












LES MONUMENS
DE
LA MONARCHIE
FRANÇOISE,

QUI COMPRENNENT
L'HISTOIRE DE FRANCE.

TOME TROISIÉME.

LES MONUMENS
DE
LA MONARCHIE FRANÇOISE,

QUI COMPRENNENT

L'HISTOIRE DE FRANCE,

AVEC LES FIGURES DE CHAQUE REGNE
QUE L'INJURE DES TEMS A EPARGNE'ES.

TOME TROISIÉME.

La suite des Rois depuis CHARLES V. jusqu'à LOUIS XI. inclusivement.

Par le R. P. Dom BERNARD DE MONTFAUCON,
Religieux Benedictin de la Congregation de Saint Maur.



A PARIS,

Chez JULIEN-MICHEL GANDOUIN, Quai de Conti, aux trois Vertus:
ET
PIERRE-FRANÇOIS GIFFART, ruë S. Jacques, à Sainte Therese.


M. DCC. XXXI.

AVEC PRIVILEGE DU ROI.

FAUTES A CORRIGER.

Page 169. *à la marge*, *lisez* 160.
Page 193. *ligne pénult. lisez* 1383. *comme au latin.*
Page 207, *l.* 7. *lisez* Villandras : *& Page* 208. *l.* 12.
Page 274. *l.* 4. *lisez* , fils de Louis Duc d'Orleans tué près de la porte Barbette.

L'Approbation & le Privilege sont imprimez aux deux premiers Volumes.



AU LECTEUR.



LES Monumens de la Monarchie Françoise sont si rares dans la premiere & seconde race de nos Rois ; & même dans la troisiéme jusqu'à Saint Louis, que malgré tous les soins que j'ai pris pour que rien n'échappât à ma diligence, il y a eû des tems où l'on ne les a pû trouver qu'en fort petit nombre. Le Regne de S. Louis en a fourni une quantité considerable. Cela se soûtient assez sous quelques Regnes suivans ; mais ce fut sous Charles V. que ces Monumens se multiplierent de telle sorte, qu'on en découvre tous les jours de nouveaux, & cela augmente beaucoup à mesure qu'on approche de ces derniers tems.

Ce Prince qui s'est acquis à si juste titre le surnom de Sage, aimoit la peinture & les beaux Arts, tombez dans une décadence affreuse depuis tant de siecles. Il avoit toujours auprés de lui un Peintre appellé Jean de Bruges ; ce nom de Bruges marque apparamment sa ville & son payis. Les Flamans se sont distinguez depuis long-tems dans la peinture plus que tous les autres peuples voisins. C'est sans doute ce Jean de Bruges qui a fait la plûpart des miniatures, d'après lesquelles nous avons donné plusieurs Plan-

---

LECTORI.

MONUMENTA Francicæ Monarchiæ, queis injuria temporum pepercit, quæque vel sub prima, vel sub secunda Regum nostrorum stirpe, vel etiam sub tertia ad usque sancti Ludovici ævum edita sunt, adeo rara supersunt, ut quantamcumque diligentiam adhibuerimus, ad quædam maxime illorum temporum spatia, paucissima proferre potuerimus. Sancti Ludovici ævum grandem nobis Monumentorum copiam subministravit, nec spernendum eorum numerum subsequentium Regum tempora suppeditavere. Verum sub Carolo Quinto Rege hujusmodi Monumenta usque adeo adaucta sunt, ut nova neque hactenus observata quotidie occurrant, crescitque semper numerus, dum ad inferiora sæcula pergis.

Princeps ille, qui ex gestis insignibus Sapientis sibi cognomen peperit, picturam & artes omnes liberales adamabat, fovebatque, quæ a tot sæculis jacuerant neglecta & pessum-data. Pictorem semper ille penes se habebat nomine Petrum de Brugis. Cognomen porro illud *de Brugis*, patriam ejus, ut credere est, indicabat ; eratque ille Brugensis & Flandrus. Flandri vero ab aliquot retro sæculis in picturæ exercitio, plusquam cæteræ vicinæ gentes floruerant. Hic porro Joannes Brugensis, ut quidem existimo, tabulas illas depictas, quas regnante Carolo V. factas ex-

ches, qui repreſentent des Aſſemblées & des Hiſtoires particulieres.

Ce goût de peinture s'accrût comme un torrent dans les Regnes ſuivans, où l'on fit une infinité de Tableaux & de Portraits des Rois, des Princes & des Grands Seigneurs; des Hiſtoires & des Aſſemblées en peinture; des Miniatures à la tête des Livres, & ſur-tout des Heures & des Livres de dévotion, avec la figure de celui qui les a fait faire; de grands Manuſcrits d'Hiſtoires où l'on montre en peinture les Actions, les Batailles, les Sieges, & les autres choſes remarquables que les Hiſtoriens décrivent. La fin du quatorziéme & tout le quinziéme ſiecle peuvent fournir une quantité prodigieuſe de ces ſortes de Monumens. Ceux qui ſont faits depuis le milieu du quinziéme ſiecle montrent plus d'art & d'élegance, comme approchant du tems où la peinture fut portée à ſa perfection.

Il y a auſſi dans quantité d'Egliſes de vieilles Tapiſſeries qui repreſentent des hiſtoires, la plûpart tirées de l'Ecriture Sainte, ou des Vies des Saints, ou de quelque autre ſujet pieux. Nous y avons pourtant trouvé l'Expedition en Angleterre de Guillaume Duc de Normandie, dit *le Conquerant*; mais c'eſt un fait ſiugulier, qui ne tire point à conſequence. Ce n'eſt point dans les anciennes Tapiſſeries des Egliſes où il faut chercher des ſujets propres à cet Ouvrage, c'eſt plûtôt dans celles des Grands Seigneurs & des Particuliers. Nous avons trouvé dans une la Cour de François I. telle qu'elle étoit vèrs le milieu de ſon Regne.

La Sculpture peut auſſi fournir des Monumens en quantité, la plûpart ſur des Tombeaux: on en rencontre encore d'autres comme des Statuës à pied & à cheval, & quelquefois des bas-reliefs, tel qu'eſt celui de l'entrevûë de François I. & d'Henri VIII. Roi d'Angleterre, trouvé à Rouen, d'un excellent goût, & qu'on donnera ſous le Regne de François I.

---

preſſimus, quod ad maximam ſaltem illarum partem; edidiſſe creditur.

Hoc pingendi artificium & ſtudium, Regum ſubſequentium ævo torrentis inſtar accrevit ac diffuſum eſt; tunc innumeræ tabulæ depictæ prodiere, ubi Regum, Principum & Procerum imagines comparent, necnon geſta plurima, cœtus & conſeſſus: tabellæ quoque minio depictæ in fronte Librorum, maximeque in libris Diurnarum Horarum, cæteriſque pietatem ac religionem præ ſe ferentibus. Ad hæc magnæ molis libri Hiſtoriarum Manuſcripti in pleriſque Bibliothecis habentur, ubi ſecundum Scriptorum enarrationem, geſta, pugnæ, obſidiones, cæteræque res inſigniores in membranis depictæ exhibentur. Decimi-quarti ſæculi finis, & totum quintum-decimum ſæculum ingentem hujuſcemodi Monumentorum copiam ſuppeditare poſſunt. Quæ autem a medio quinto-decimo ſæculo depicta fuere, majorem artem, elegantiamque exhibent, utpote ad illam infimam ætatem accedentia, in qua ex frequenti peritorum exercitio, pictura ad ſummum pene perfectionis apicem pervenit.

In Eccleſiis quoque aulæa vetera obſervantur, quæ depictas hiſtorias exhibent; ſed quarum maxima pars aut Biblicas hiſtorias, aut vitam Sanctorum, vel pium aliquod argumentum repræſentant. In Eccleſia tamen Baiocenſi, Guillelmi Normanniæ Ducis, Angliæ *Domitoris*, expeditionem in Angliam reperimus in aulæo depictam & minutatim exhibitam; ſed quod hoc Monumentum in Eccleſia habeatur, ſingulare eſt: neque enim ſolent res hujuſmodi in Eccleſiis comparere. Hujuſmodi quippe aulæa ad Hiſtoriam Francicam pertinentia, in ædibus Principum, Procerum & aliorum ſunt potius perquirenda. In aulæo uno aulam Regiam Franciſci I. reperimus, qualis illa erat, cum ipſe medium fere regnandi ſpatium attigerat.

Sculptura quoque magnum Monumentorum numerum ſuppeditare valet, quorum maxima pars in ſepulcris & mauſoleis viſitur. Alibi quoque occurrunt ſtatuæ & nonnullæ equeſtres; imo etiam anaglypha, etſi rarius; quale eſt illud, quod Rotomagi repertum fuit: congreſſus nempe Franciſci I. & Henrici VIII. Angliæ Regis, miro artificio repræſentatus, qui in Tomo ſequenti cum Franciſci Primi hiſtoria comparebit.

Par tout ce que je viens de dire, le Lecteur équitable verra bien qu'il est impossible de rassembler dans un Ouvrage toutes les pieces de ces bas siecles que la Peinture & la Sculpture nous ont conservées. Outre la difficulté de les chercher & de les découvrir en tant de differens lieux, un Auteur, ni un Libraire ne pourroient jamais fournir à la dépense de faire dessiner & graver un si grand nombre de Portraits & d'Histoires répanduës en des endroits souvent fort éloignez, où il faudroit envoier des Dessinateurs, sans parler du long-tems qu'il faudroit pour ramasser toutes ces Pieces à la Ville, à la Campagne & dans les Provinces; la vie d'un homme suffiroit à peine pour tout cela. J'ai déja dit dans ma Préface au premier Tome, que je n'aurois jamais osé entreprendre cet Ouvrage; si je n'avois trouvé de grandes avances dans les Manuscrits & les Portefeuilles de M. de Gagnieres, qui sont présentement à la Bibliotheque du Roi. Il avoit emploié à faire ces Recueils bien des années & de grosses sommes, & fait de frequens voiages en differentes Villes & contrées du Roiaume. J'ai ajoûté aux desseins de M. de Gagnieres un grand nombre d'autres Pieces, qui excedent même dans quelques Volumes celles que j'ai tirées de ses Portefeuilles, & qui certainement ne sont pas les moins estimables de cet Ouvrage.

Je crois qu'après cela on peut se passer de plus grandes recherches. Le Lecteur veut s'instruire de la forme des habits, des modes, des manieres, des usages de la Cour, de nos Rois, des Princes & des Officiers de la Couronne & des changemens qui y sont survenus dans la suite des siecles. Le nombre des figures que nous donnons est assez grand pour cela : on y en voit de toutes les sortes & de tous les tems, & j'ai lieu d'esperer que le Public sera content de la quantité de Monumens, que cet Ouvrage renferme.

Je dois avertir ici que la troisiéme Planche de ce Tome ne me paroît pas suffisamment expliquée. Le Roi Charles V. tient une banniere & la donne à un Seigneur que l'on voit à genoux. Derriere le Roi est un Evêque crossé

Ex iis porro quæ modo diximus, prudens candidusque Lector quilibet existimabit, nullo modo, nulla arte posse illa omnia infimi ævi Monumenta, a Pictoribus & Sculptoribus edita, unum in opus colligi & publicari. Præterquam enim quod difficile esset illa in tam variis & dissitis locis posita reperire ac colligere, neque Auctor, neque Bibliopola quivis posset eas pecunias numerare, quæ ad tot, tantasque historias imaginesque delineandas & in ære incidendas insumendæ essent, quæ etiam sæpe in diversis & procul positis locis exstant, quò mittendi essent delineandi periti viri. Ad hæc autem ingenti temporis spatio opus esset ad ea reperienda & colligenda, in urbe, in agro, in provinciis : vix putarim viri cujuslibet vitam ad hæc undique colligenda satis fore. Jam dixi in Præfatione ad primum Tomum, me nunquam illud opus suscipere ausurum fuisse, nisi multa jam collecta reperissem in Manuscriptis & chartis D. de Gagneriis, quæ jam in Bibliotheca Regia habentur. Ipse tot colligendis Francicis Monumentis multos annos, grandesque pecuniæ summas impendit, itinera suscepit varia ad diversas urbes, provinciasque Regni. Gagnerianis bene multa alia Monumenta adjeci, atque in quibusdam Tomis plura iis, quæ ex illius Manuscriptis exscerpsi, & quæ certe novum hoc Opus non minus quam Gagneriana illustrant.

Post tantam emissam collectionem non est quod plura requiramus. Quærit Lector ediscere vestium ritus, cultûs varietates, usus & modos in aula Regia & apud Principes & Aulicos adhiberi solitos, necnon mutationes, quæ in decursu temporum eas in res advectæ sunt. Hic depicta Monimenta tanto sunt numero, ut ejus optatui factum sit satis; hic modi omnes variorum temporum comparent, speroque fore ut Lector his animum expleat, nec plura desideret.

Hic monendum putavi tertiam hujusce Tomi tabulam non sat explanatam mihi videri. Carolus V. Rex vexillum tenet, ac nobili cuipiam viro genuflexo tradit. Pone Regem est Episco-


& mitré. Ce Prelat eſt l'Archevêque de Rheims, ſelon M. de Gagnieres, qui dit avoir tiré cette peinture d'un Manuſcrit de la Bibliotheque des Celeſtins de Paris. Cette banniere paroît être l'Oriflamme que le Roi donne à ce Seigneur, pour le déclarer Porte-Oriflamme. C'étoit alors une Charge conſidérable de la Couronne. Sous le Roi Charles V. nous trouvons deux Portes-Oriflamme, Arnoul Sire d'Audenehan, qui ſe démit du bâton de Maréchal de France, pour porter l'Oriflamme, l'an 1368. & Pierre de Villiers Grand-Maître de France, qui fut nommé Porte-Oriflamme, l'an 1372. Il y a apparence que dans la céremonie exprimée ſur cette Planche, le Roi donne cette Charge à l'un de ces deux Seigneurs.

---

pus, quem Archiepiſcopum eſſe Rhemenſem, inquit Gagnerius, qui hanc ſe depictam tabellam mutuatum teſtificatur ex Bibliotheca Cæleſtinorum Pariſienſium. Hoc vexillum Oriflammam eſſe putamus, quam iſti nobili viro Rex tradit, ut illum Oriflammam-ferentem conſtituat. Hoc autem munus tunc temporis inter præcipua Coronæ Francicæ munia cenſebatur. Regnante Carolo V. duos Oriflammam-ferentes comperimus; Arnulphum Audenehani Toparcham, qui anno 1368. Mareſcalli Franciæ baculum depoſuit, ut Oriflammam-ferens conſtitueretur; & Petrum de Villariis, Magnus Franciæ Magiſter, qui Oriflammam-ferens conſtitutus fuit anno 1372. Rex itaque, ut veriſimile eſt, alterutri ex iſtis munus Oriflammam ferentis ſolenniter tradit.



LES MONUMENS



LES MONUMENS DE LA MONARCHIE FRANÇOISE,

QUI COMPRENNENT L'HISTOIRE DE FRANCE: AVEC LES FIGURES DE CHAQUE REGNE, que l'injure des tems a épargnées.

CHARLES V. dit LE SAGE & LE RICHE.



E Dauphin Charles, dès qu'il apprit la mort de ſon Pere, prit la qualité de Roi de France. Il trouva le Roiaume dans un triſte état, les Finances abſolument épuiſées, les Provinces déſolées par les compagnies de Brigans, qui ravageoient les campagnes; l'autorité Roiale fort affoiblie par une eſpece d'impuiſſance, où s'étoit mis le Roi défunt de remedier à tant de deſordres. Le ciel parut alors propice à la France, en lui donnant un Prince, dont la ſageſſe remit dans peu de tems en un état floriſſant le Roiaume preſque bouleverſé.

MONUMENTA FRANCICÆ MONARCHIÆ QUÆ FRANCIÆ HISTORIAM COMPLECTUNTUR:

cum iis cujuſque Regni figuris quibus injuria temporum pepercit.

CAROLUS V. cognomine SAPIENS & DIVES.

COMPERTO patris obitu, Carolus Delphinus, ſe Regem Francorum promulgari curat. Res fere omnes in Regno peſſumdatas invenit: exhauſtum penitus ærarium, vaſtatas undique regiones a turmis prædonum, qui perpetuis incurſibus depopulabantur agros: hincque lapſam fere regiam potentiam & majeſtatem, quæ vix poſſet tot malis & calamitatibus manum medicam admovere. Tunc emicuit divina erga Francos Providentia, Rege conceſſo, cujus ſapientia, nec multo temporis ſpatio, labefactatum, ac fere everſum Regnum, florentem in ſtatum reduxit. *Froiſſart.*

1364. Charles ſongea d'abord à aller ſe faire ſacrer à Rheims. Mais avant que de partir, il donna des preuves de ſa vigilance. Une fâcheuſe guerre alloit lui tomber ſur les bras. Charles le Mauvais, Roi de Navarre, outré de ce que le Roi Jean s'étoit emparé de la Bourgogne, qu'il prétendoit lui appartenir, ſe préparoit à venir porter la guerre au cœur du Roiaume. Outre un bon nombre de places, & de gens de guerre, qui tenoient ſon parti; il avoit ſur la Seine les deux villes de Mante & de Meulan, qui pouvoient fort incommoder Paris. Le Roi Charles envoia le Maréchal de Boucicaut avec ordre de ſe joindre à Bertrand du Gueſclin, & de tâcher de s'emparer de ces deux places. Ces deux chefs joints enſemble uſerent de ſtratagême, & ſurprirent ces deux villes ſans preſqu'aucune perte, ce qui recula fort les affaires du Roi de Navarre.

Mante & Meulan pris.

Le Roi Charles rendit enſuite les derniers devoirs à ſon pere, dont le corps fut apporté d'Angleterre. Les obſeques en furent célebrées à S. Denis. Le Roi de Chypre fut preſent à la céremonie & à l'enterrement.

Après cela Charles ſe rendit à Rheims avec Jeanne de Bourbon ſa femme, pour s'y faire ſacrer & couronner. L'aſſemblée fut auguſte. Le Roi de Chypre s'y trouva, avec les Ducs d'Anjou & de Bourgogne, Venceſlas Duc de Luxembourg & de Brabant, les Comtes d'Eu, de Dampmartin, de Tancarville, de Vaudemont, & un grand nombre d'autres Princes, Prélats & Seigneurs. La cérémonie de l'onction, repreſentée dans la Planche ſuivante, eſt tirée d'un Manuſcrit de la Bibliotheque des Céleſtins de Paris, dont le Monaſtere a été fondé par Charles V. L'Archevêque de Rheims Jean de Craon oint le Roi, qui eſt à genoux ſur un carreau. Les douze Pairs aſſiſtent à cette fonction, & étendent leurs bras vers le Roi. Les Pairs Eccleſiaſtiques portent la mitre, & les Pairs Séculiers ont la tête nue; ceux-ci ont une courte veſte frangée par le bas. C'étoit l'habit de ces tems-là; nous verrons plus bas dans une cérémonie le Roi & un autre Seigneur vêtus de même. L'onction de la Reine Jeanne de Bourbon ſe fait de la même maniere. Il n'y a ſur la Planche pour ſpectateurs que des Evêques d'un côté, & des Dames de l'autre.

Sacre & Couronnement de Charles V. & de ſa femme.

PLANCHE I.

Le couronnement du Roi & de la Reine, qui ſe fit au même tems, a été peint dans le beau Manuſcrit de Froiſſart de la Bibliotheque du Roi, tel que


---

Idem. Nec mora Remos profectionem parat, ut pro more inter Francos recepto, inungeretur in Regem. Verum antequam iter carperet, quam ſolerter Regni negotiis vel a principio advigilaret deprehenſum eſt. Inſtabat importunum bellum. Carolus Rex Navarræ, cognomine Malus, indignatus, quod Joannes Rex ante obitum ſuum Burgundiam occupaſſet, quam ipſe Carolus ad ſe pertinere contendebat, Regi Francorum inferre bellum parabat, neque extrema regni confinia invadere cogitabat; ſed in regiæ urbis vicinia graſſari, urbes enim & caſtella non procul poſita tenebat, militumque turmas dicto audientes. Ad hæc vero Meduntam & Mellentum ad Sequanam occupabat, quæ oppida Lutetiæ poterant multum incommodi parere. Juſſit ergo Carolus, Bucicaltium Mareſcallum, adjuncto ſibi Bertrando Gueſclinio, iſtæc aggredi oppida, & belli fortunam tentare, ut illa ſibi adſciſcerent. Hi vero duces una conjuncti, arteque uſi, ſine ullo pene agminis Francici diſpendio, hæc oppida ceperunt; quo factum, ut Regis Navarræ negotia ſecus quam ipſe putaverat, ab initio cederent.

Idem. Tum Carolus, ut defuncto patri juſta perſolveret, corpus ejus, ex Anglia relatum, in Eccleſiam S. Dionyſii in Francia ipſo Rege præſente & comitante transferri curavit, ubi magnifice & ritu celebri tumulatum fuit. Parentalibus adfuit Rex Cypri.


Sub hæc Carolus profectus eſt cum uxore Joanna Borbonia, ut pro more ambo regia unctione & corona donarentur. Celeberrimus conventus, auguſtus cœtus fuit, cui interfuere Rex Cypri, Duces Andegavorum & Burgundiæ, Venceſlaus Dux Luxemburgi & Brabantiæ, Comites Augæ, Domni-Martini, Tancarvillæ & Valdemontii, atque innumeri pene alii Principes, Antiſtites, Proceresque. Unctionis ceremonia, quæ in ſequenti inciſa tabula exhibetur, educta fuit ex Codice Biblioth. RR. PP. Cæleſtinorum Pariſienſ. quorum Monaſterium fundatum eſt a Carolo V. Rege. Archiepiſcopus Rhemenſis Joannes de Cratumno, Regem inungit pulvino genibus innixum. Duodecim Franciæ Pares officio ſuo fungentes verſus Regem brachia extendunt. Pares Eccleſiaſtici mitram, ut vulgo dicitur, capite geſtant. Pares vero ſæculares capitibus ſunt nudis. Hi omnes ſtrictiori veſte non longa induti ſunt, fimbriis inferne ornata: quod veſtimenti genus illo tempore in uſu erat. Infra Regem videbimus & primorem alium eadem indutos veſtimenti forma. Unctio Reginæ Joannæ Borboniæ, eodem ipſo perficitur ritu. In tabula non alii conſpiciuntur ſpectatores, quam Epiſcopi ex uno latere, & primores feminæ ex altero.

Poſt unctionem Rex & Regina coronam acceperunt, quæ coronarum impoſitio depicta habetur in eleganti illo Froiſſartii Codice Manuſcripto, qui in Biblioth. Re-


Sacre du Roi Charles V.

Sacre de la Reine Jeanne de Bourbon.






II Pl. du Tom. III
p. 2.
COURONNEMENT DU ROI CHARLES V.
ET DE LA REINE SA FEMME.



nous le donnons dans la Planche ſuivante. La même troupe y eſt repreſentée deux fois. Elle vient en proceſſion à l'Egliſe Cathedrale de Rheims. L'eau benite & la Croix marchent devant. A la tête de la troupe qui ſuit, marchent deux Religieux en chappe, reconnoiſſables par leur tonſure. Ce pourroit bien être les Abbez de S. Denis & de S. Remi de Rheims, qui aſſiſtoient ordinairement à ces céremonies. Après quelques autres qui les ſuivent, le Roi & la Reine viennent ſous un dais ſoutenu par quatre Seigneurs; ceux qui ſuivoient & qui faiſoient ſans doute le plus grand nombre, ſont cachez par l'Egliſe; c'étoient les Princes, les Prélats, les Seigneurs & le peuple. Le couronnement ſe fait dans l'Egliſe. Le Roi & la Reine ſont aſſis au pied du grand Autel. L'Archevêque qui ſe tient derriere le Roi, lui met la couronne ſur la tête. Parmi les aſſiſtans, on remarque un Prince qui porte la Couronne, le Sceptre, & le Manteau Roial. C'eſt certainement Pierre Roi de Chypre. Après la céremonie le Roi & toute la Cour demeura à Rheims l'eſpace de cinq jours, qui ſe paſſerent en feſtins & en réjouiſſances. Après quoi il s'en retourna à Paris.

PL. II.

Je ne ſai ſi ce fut après ſon Sacre que le Roi Charles fit benir ſa banniere Roiale par l'Archevêque de Rheims. Cette benediction ſe trouve peinte en miniature dans la Bibliotheque des Céleſtins de Paris, d'où M. de Gaignieres la fit copier telle que nous la repreſentons ici. Un chevalier à genoux la tête nue tient cette banniere de ſes deux mains. Le Roi la prend, & porte ſa couronne ornée de trefles. L'Archevêque la mitre en tête, qui tient une grande croix de ſa main gauche, benit de la droite cette banniere. Le Roi & le Chevalier, qui tiennent la banniere, ont des gands aux mains, & ſont vêtus de même que les Pairs Séculiers qui aſſiſtent au Sacre ci-deſſus. On a d'autres preuves que c'étoit l'habit du tems.

PL. III.

Avant que le Roi partît de Rheims, il eut nouvelle de la victoire que Bertrand du Gueſclin venoit de remporter ſur le Captal de Buch, & ſur les troupes Navarroiſes. En voici l'hiſtoire. Le Roi de Navarre pour porter ſelon ſon projet la guerre en France, avoit engagé le Captal de Buch de paſſer en Normandie avec un bon nombre de Gaſcons. Il ſe mit ſur mer, y aborda heureuſement, & ſe joignit à Jean Jouel Capitaine Anglois, à Robert Knolles, & à d'autres ac-

---

gia aſſervatur, qualem nos exhibemus in ſequenti tabula. Idem ipſe cœtus totus in eadem imagine bis repræſentatur. Primo namque ille ſolemni ritu procedit ad Eccleſiam Cathedralem Rhemenſem. Præeunt crux & aqua luſtralis benedicta. Primi procedunt Monachi duo, cappis induti, quos ex attonſo capite Monachos deprehendimus. Hi ſunt fortaſſis Abbates ſancti Dionyſii in Francia, & S. Remigii Rhemenſis, qui iſtiuſmodi celebritati intereſſe debent & ſolent. Hos alii ſequuntur: poſteaque Rex & Regina ſub umbella a quatuor ex primoribus geſtata procedunt. Qui priorem ſequebantur turmam, & majore haud dubie numero erant, ab Eccleſia, ne compareant, obteguntur. Hi erant Principes, Epiſcopi, primores & populus. Rex & Regina in Eccleſia coronantur, ſedentque ante aræ majoris gradus. Archiepiſcopus pone Regem ſtans, coronam ipſi imponit. Inter aſtantes ſuſpicitur Princeps quiſpiam coronam, ſceptrum, palliumque regium geſtans. Is eſt haud dubie Petrus Cypri Rex. Poſt peractam illam tam celebrem functionem, Rex quinque dies ſequentes Rhemis tranſegit cum Aulicis, quod temporis ſpatium conviviis, cæteriſque oblectandi animi cauſa ſpectaculis inſumtum fuit. Poſteaque Rex Lutetiam reverſus eſt.

Froiſſart.

Non auſim affirmare an poſt peractam regiam unctionem Carolus, an alio ſuſcepto Rhemos itinere, Vexillum regium ab Archiepiſcopo Rhemenſi benedici curaverit. Ut ut res eſt, benedictio iſtæc depicta viſitur in Bibliotheca Cæleſtinorum Pariſienſium, indeque Gagnerii juſſu delineata fuit, qualem hîc exhibemus. Ex equeſtri & Nobilium ordine, quiſpiam flexis genibus, nudo capite, hoc vexillum ambabus tenet manibus. Ipſum Rex accipit, coronam trifoliis ornatam capite geſtans. Archiepiſcopus mitra ſua inſignitus, grandem ſiniſtra ſua crucem tenens, dextera vexillo benedictionem impertit. Rex & nobilis ille vir, qui ambo vexillum tenent, manus chirothecis obtectas habent, & eodem veſtitus genere induti ſunt, quo Pares illi ſæculares, qui unctioni regiæ ſupra interfuere. Aliis quoque exemplis confirmatur ejuſmodi fuiſſe iſtius ævi veſtem virilem.

Nondum Rhemis profecto Regi nunciata fuit victoria à Bertrando Gueſclinio de Capital. Boiorum, & de Navarræis reportata: quæ res ſic feliciter acta fuit. Carolus Rex Navarræ, cum bellum in Galliam inferre conſtituiſſet, cum Capitali Boiorum id pacto inito conſtituerat, ut Capitalis ipſe, collecta Vaſconum valida manu, in Normanniam trajiceret. Conſcenſis navibus Capitalis cum Vaſconum manu illò appulit, ac cum Joanne Juello, Roberto Knollio Ducibus, aliiſ-

Froiſſart, hiſt. de Bertrand du Gueſclin.

compagnez de troupes Angloises. Bertrand du Guesclin, qui depuis la prise de Mante & de Meulan avoit reçû un renfort considerable, & quantité de troupes Gasconnes commandées par des Seigneurs de cette nation, alla chercher les ennemis. Le Captal s'avançoit aussi de son côté, & alla se camper auprès de Cocherel sur une colline. Le poste étoit de difficile accès. Quelqu'envie qu'eût du Guesclin d'en venir aux mains, il ne vouloit pas risquer le combat en un lieu, où l'action seroit trop périlleuse pour lui & les siens. Il prit donc le parti de faire semblant de se retirer : & fit faire volte-face à ses gens, comme s'il eût voulu s'éloigner du camp des ennemis. Alors Jean Jouel Anglois, croiant victoire gagnée, se mit en marche pour donner sur les François. Le Captal plus sage, qui savoit bien que du Guesclin n'étoit pas d'humeur à s'enfuir, soupçonna que ce n'étoit qu'une feinte, & voulut arrêter Jouel; mais malgré ses rémontrances Jouel engagea le combat, qui fut rude & long-tems disputé; ensorte qu'on ne savoit pas de quel côté la victoire tourneroit. Elle demeura enfin aux François. Jean Jouel fut blessé à mort. Le Captal de Buch fut fait prisonnier. Il y eut bien des gens tuez des deux partis, mais beaucoup plus du côté des ennemis, dont plusieurs demeurerent prisonniers.

Combat de Cocherel, & victoire des François sur les Anglois & Navarrois.

Après cette victoire, Bertrand du Guesclin acheta de Wautaire, Capitaine d'une compagnie de Pillards, le Château de Romboise pour le prix de six mille francs. Le payis se trouva ainsi délivré de ces Brigands, qui désoloient les campagnes.

Charles après son retour du Sacre donna à son frere Philippe l'investiture du Duché de Bourgogne, selon la volonté du Roi Jean son Pere. Philippe alla en prendre possession, & reçût les hommages des Seigneurs. Après quoi le Roi son frere l'envoia avec un corps de troupes pour chasser les compagnies de Pillards des forteresses qu'elles tenoient en diverses Provinces, où elles faisoient le dégât. Philippe aiant divisé ses gens en plusieurs corps, assiegea & prit un grand nombre de Châteaux. Pendant ce tems-là le Comte de Montbelliard entra dans la Bourgogne, & se mit à piller, brûler & désoler les campagnes. Le Duc Philippe se rendit en Bourgogne, assembla quantité de Seigneurs, de Chevaliers & de Gendarmes, &ravagea tout le Comté de Montbelliard.

Tandis que le Duc de Bourgogne faisoit ces expeditions; les gens de Louis de Navarre, frere bâtard de Charles le Mauvais, Navarrois, Anglois, Gascons

---


que Anglorum bene multorum ducibus copias junxit. Bertrandus vero Guesclinius, qui post capta oppida Meduntam & Mellentum, Vasconum manum & ipse non spernendam, ducibus Vasconum quibusdam primoribus, in subsidium acceperat, in hostium occursum cum toto agmine perrexit. Nec impigre Capitalis properabat ut cœpta perficeret, cumque propius accessisset, juxta Cocherellum castrum in colle castra posuit, locumque occupavit, quo difficilis aditus hosti erat. Etsi porro Guesclinius cum Capitali manus conserere per. ptabat, nolebat tamen istic belli fortunam tentare, ubi ex difficultate loci majus periculum imminebat. Verum ut hostes ad castra relinquenda sua alliceret, se receptui canere simulavit, exercitumque suum quasi aliò proficiscentem hosti terga dare & aliò proficisci jubet. Ut vidit Juellus dux Anglus Francos loco movere & terga dare, quasi ad certam victoriam egressus properat, ut Francos adoriatur. Capitalis vero peritior, gnarus item non tali animo esse Guesclinium, ut ad hostium conspectum terga daret, dolum suspicatus, Juellum cohibere conatur : at frustra cessere monita. Juellus pugnam invit; diu utrinque & acerrime pugnatum est, ita ut vix posset sciri cui cessura victoria esset. Tandem victores Franci fuerunt. Juellus gravissime vulneratus : ex vulnere postea interiit. Capitalis Boiorum captus fuit. Multi utrinque cæsi sunt, sed longe plures ex Navarræis, quorum multi captivi mansere.

Post victoriam Bertrandus Guesclinius a Waltario quodam prædonum duce, Rombosium castrum emit precio sex millium Francorum, sicque regio vicina ab incursibus libera fuit, queis antea devastabatur. *Froissar*

Reversus Rhemis Carolus unctus & coronatus, Burgundiæ Ducem instituit fratrem Philippum, id quod a patre suo Joanne Rege jam decretum, nec peractum fuerat. Philippus Burgundiam petiit, ibique procerum *hominia* accepit. Tum jubente fratre, cum militum manu profectus est, ut prædonum cohortes profligaret, quæ castra & oppida quædam occupantes, provincias circum devastabant. Copiis suis Philippus multas in partes divisis, castra multa cepit. Interea vero Montis-Belligardi Comes, Burgundiam invadens, agros & regionem depopulatur. Philippus vero Dux in Burgundiam profectus, Proceres, Equites & armatos quotquot potuit collegit, & Montis-Belligardi Comitatum igni ferroque vastavit. *Idem.*

Dum hæc gererentur, Ludovicus Navarræus frater nothus Caroli Mali Navarræ Regis, missis Navarræis, *Idem*

CHARLES V. DONNE L'ORIFLAMME A UN SEIGNEUR.



prirent la Charité ſur Loire, s'y établirent, & faiſoient delà des courſes de l'un & de l'autre côté de la riviere, pillant & déſolant le payis. Le Roi pour prévenir les maux que pouvoient faire ces Navarrois, fit partir le Connétable de Fiennes, avec les deux Maréchaux de Boucicaut & de Blainville, pour en faire le ſiége; & fit depuis partir le Duc de Bourgogne avec un grand renfort de troupes pour y aller commander. La garniſon ſe défendit fort bien au commencement; mais quand ils ſe virent ſerrez de tous côtez par une nombreuſe armée, ils demanderent à capituler. Le Duc de Bourgogne ne vouloit d'abord les recevoir qu'à diſcretion: mais comme Charles de Blois qui diſputoit la Bretagne à Jean de Montfort, avoit beſoin d'un promt ſecours, le Roi Charles manda à ſon frere de recevoir la place à compoſition; ce qui fut fait. On les laiſſa ſortir ſans rien emporter, que ce qu'ils pouvoient porter ſur eux, après qu'ils eurent juré que de trois ans ils ne ſerviroient le Roi de Navarre.

La Charité ſur Loire pris & repris.

La guerre s'étoit renouvellée plus fort que jamais entre Charles de Blois & Jean de Montfort. Chacun d'eux tenoit une partie de la Bretagne, & travailloit à chaſſer ſon competiteur de l'autre partie. Montfort aſſiegea le château d'Avrai & le ſerra de ſi près, qu'il étoit ſur le point de ſe rendre. Charles de Blois à qui il importoit beaucoup d'empêcher que ſon rival ne s'aggrandît à ſes dépens, demanda ſecours au Roi de France, qui lui envoia un puiſſant renfort de troupes, commandé par Bertrand du Gueſclin. Jean de Montfort de ſon côté demanda ſecours aux Anglois. Jean Chandos qui commandoit en ces payis-là ſous le Prince de Galles, le vint joindre avec tout ce qu'il pût ramaſſer de troupes Angloiſes. La bataille ſe donna. Il n'y en eut jamais de plus diſputée que celle-ci, il y eut un grand nombre de morts de part & d'autre, & bien des gens de qualité y furent tuez ou bleſſez. Charles de Blois fut tué ſur la place, Bertrand du Gueſclin fut priſonnier, & la victoire demeura à Montfort. Froiſſart dit que les Anglois pour mettre fin à une guerre qui faiſoit périr tant de gens, avoient réſolu de tuer le Comte de Blois s'il tomboit entre leurs mains, & que les François vouloient faire le même traitement à Jean de Montfort, s'ils pouvoient le prendre.

Bataille d'Avrai, & mort de Charles de Blois.

Ainſi finit Charles de Blois, un des plus braves & des plus vertueux Princes

---

Anglis & Vaſconibus, Charitatem oppidum ad Ligerim occupavit. Iſti vero agros citra ultraque Ligerim depopulabantur. Rex ut imminentibus inde damnis occurreret, ſtatim miſit Conſtabularium de Fielnis, cum Mareſcallis Bucicaltio & Albavillæo, qui oppidum obſiderent; poſteaque juſſit Burgundiæ Ducem cum magna militum manu, illò ſe conferre, ut imperaret obſidentibus. Initio quidem Navarræi adorientes ſe Francos ſtrenue propulſabant: at ubi viderunt ſe ab numeroſo exercitu undique premi, pacta inire rogarunt, ut liberi abirent. Dux autem Burgundiæ, nonniſi ad arbitrium ſuum illos ſtatim excipere volebat: verum quia Carolus Bleſenſis qui tunc de Britanniæ ditione cum Joanne de Monteforti concertabat, celeri & grandi opus habebat auxilio, miſit Rex Carolus fratri, imperans ut obſeſſos pactis conditionibus emitteret; id quod ſubito factum fuit: egreſſique ſunt Navarræi quique ſarcinam ſuam geſtantes, quantum ſcilicet ferre poterant, dato prius ſacramento quo pollicebantur, ſe per totum triennium ſequens pro Navarræ Rege arma geſtaturos non eſſe.

Froiſſart, [illegible] Lobineau.

Recruduerat in Britannia bellum, Carolum Bleſenſem inter & Joannem de Monteforti. Uterque partem Britanniæ tenebat, uterque alterum ex finibus regionis pellere totis viribus nitebatur. Joannes de Monteforti Avraicum caſtrum obſedit, & tam arcte premebat urgebatque, ut deditioni proximum eſſet. Carolus porro Bleſenſis, ne diſpendio ſuo rivalis hoſtiſque ſuus ditione creſceret, Caroli Francorum Regis opem imploravit, qui validiſſimam armatorum manum duce Bertrando Gueſclinio miſit in auxilium. Montefortius quoque Anglorum ſuppetias evocat, venitque Joannes Candoſius cum quanta potuit Anglorum manu: eratque Candoſius ſub Principe Gallenſi dux Anglorum ſtrenuus, & Montefortii copias junxit. Pugna committitur, qua nulla uſquam acrior viſa fuerat, multi utrinque ceciderunt, exque Proceribus plurimi vel cæſi vel capti fuere. Carolus Bleſenſis confoſſus interiit. Bertrandus Gueſclinius captus eſt, & Montefortius victor evaſit. Ait vero Froiſſartius apud Anglos ſtatutum fuiſſe ut Carolus Bleſenſis trucidaretur, ſi quidem in illorum manus incideret, quo tam diuturnum, tam cruentum bellum finem tandem haberet: apud Francos item edictum fuiſſe, ut ſi Montefortius pugnantibus occurreret, ſtatim occideretur, ut hoſte cadente diſſenſio finiretur.

Sic e vivis ſublatus fuit Carolus Bleſenſis, inter ſtrenuiſſimos ac piiſſimos Principes computandus, probi-

Iidem.

de ſon tems, plus recommandable encore par ſa pieté que par ſa valeur. Toujours attaché aux devoirs du Chriſtianiſme, il portoit la haire & le cilice. Les Bretons le regardent comme Saint, & racontent de lui pluſieurs miracles.

Après cette victoire, le Comte de Montfort prit pluſieurs places, mit le ſiége devant Dinan, & le réduiſit enfin ſous ſon obéiſſance, alla aſſieger Quimpercorentin, qui ſe défendit plus longtems, mais il ſe rendit enfin. Tout cédoit au vainqueur; cependant le Duc d'Anjou vouloit ſoutenir puiſſamment la veuve & les enfans de Charles de Blois, & le Roi panchoit aſſez de ce côté-là. Mais aiant aſſemblé ſon Conſeil, on lui repreſenta les inconveniens d'une guerre qui apparemment devoit être fort longue, & le péril qu'il y avoit que Jean de Montfort ſe voiant ennemi de la France, ne rendît hommage de la Bretagne au Roi d'Angleterre; au lieu que traitant preſentement avec lui, on pourroit lui accorder le Duché à condition qu'il en rendroit hommage au Roi de France.

1365. Traité de paix fait à Guerrande.

Ce conſeil fut ſuivi, on traita avec le Comte de Montfort, & l'on convint des articles ſuivans. Que Jean de Montfort ſe mettroit en poſſeſſion de la Bretagne & en rendroit hommage au Roi: que la veuve de Charles de Blois porteroit durant ſa vie le titre de Ducheſſe de Bretagne: que le Comté de Pentievre & le Vicomté de Limoges lui demeureroient & à ſes deſcendans à perpetuité; on y ajouta auſſi quelques rentes. On convint de plus, qu'Henri fils aîné de Charles de Blois épouſeroit la Sœur du Comte de Montfort, que ſa mere lui donneroit en le mariant le Vicomté de Limoges, & que ſi le Comte de Montfort mouroit ſans enfans légitimes, les enfans de Charles de Blois lui ſuccederoient. Le Roi Charles attira alors à ſon ſervice Olivier de Cliſſon, Tannegui du Chaſtel, & le Sire de Beaumanoir. Le Duc de Bretagne vint l'année d'après rendre hommage au Roi de ſon Duché.

1366. Par l'entremiſe du Captal de Buch, le Roi de France fit auſſi ſa paix avec le Roi de Navarre, en lui rendant les places qui lui appartenoient en France, hors Mante & Meulan, qui demeurerent au Roi. Et pour ſes prétentions ſur les Comtez de Brie & de Champagne, le Roi lui donna la ville de Montpellier. La crainte d'une guerre que le Roi de Navarre avoit à ſoutenir contre le Roi d'Aragon, ſuſcité par la Cour de France, ne contribua pas peu à la concluſion de cette paix.

---

tate morum, ſanctitateque commendabilior, quam fortitudine. Semper chriſtianæ vitæ officiis addictus, cilicio corpus macerabat. Illum Britones ut Sanctum colunt, plurimaque ab illo miracula patrata fuiſſe narrant.

Idem. Poſt illam victoriam Montefortius plurima caſtra, oppidaque cepit, Dinantium obſedit, & ad deditionem compulit. Coriſopitum etiam obſidione cinxit, diuturniorque fuit obſidio; at obſeſſi tandem victoris legibus ceſſerunt. In tali tamen rerum conditione Dux Andegavenſis uxorem viduam & filios Caroli Bleſenſis fovere, & contra hoſtem fortiter tueri peroptabat, in illamque ſententiam ſtatim propendebat Rex Carolus. Verum coacto conſilio, perpenſum fuit quanta incommoda eſſet paritur um bellum, quod admodum diuturnum fore portendebatur, & quantum periculi eſſet, ne Montefortius Francicam ſibi Regiam infeſtam videns, *hominium* pro Britannia Anglorum Regi præſtaret; ſin contra cum illo pacta inirentur, Britanniam illi concedi poſſe ea lege, ut *hominium* illud Regi Francorum præſtaret. Placuit hoc conſilium, cum Montefortio pacta inita fuerunt, ea lege, iiſque conditionibus, ut Montefortius totam Britanniam occuparet, pro illaque *hominium* Regi Francorum redderet; ut uxor defuncti Caroli Bleſenſis, dum viveret, Ducissæ Britanniæ cognomen haberet; ut Comitatus Pentevrienſis & Vicecomitatus Lemovicenſis ipſi & filiis ſuis in perpetuum permanerent: his etiam aliquot annui proventus adjecti fuerunt. Pactum quoque fuit ut Henricus Caroli Bleſenſis primogenitus ſororem Comitis Montefortii uxorem duceret, ut mater filio nuptias contrahenti Lemovicenſem Vicecomitatum daret, utque ſi Montefortius Comes ſine legitimis filiis obiret, filii Caroli Bleſenſis Britanniæ Ducatum accepturi eſſent. Tunc porro Carolus Rex ad ſuas allexit partes Olivarium de Cliſſonio, Tanaquillum de Caſtello, & dominum de Bello-Manerio. Anno autem ſequenti Dux Britanniæ *hominium* redditurus Regem adiit.

Interveniente Capitali Boiorum, Carolus Rex Francorum pacem fecit cum Rege Navarræ, cui urbes & oppida, quæ in Francia pridem poſſidebat, ipſi reſtituit, exceptis Medunta & Mellento, quæ Regi Francorum ceſſere. Quia vero contendebat Navarræus ſibi in Campaniam & Briam aliquot jura competere, hæc ut compenſaret Francorum Rex, Montempeſſulanum urbem dedit illi. Ad pacem cum Rege Francorum ineundam deductus eſt Navarræus, quod metueret ſe bello impetendum fore ab Aragonum Rege, quem contra ipſum ſuſcitaverat Rex Francorum. *Froiſſart.*

La France ſe trouva alors en paix avec ſes voiſins. Une ſeule choſe l'empêchoit de jouir pleinement de cet avantage ; c'étoit ce grand nombre de compagnies de Pillards qui déſoloient le Roiaume, & qu'il étoit fort difficile d'exterminer. Il ſe preſenta une occaſion favorable pour s'en délivrer. Dom Pedro Roi de Caſtille s'étoit attiré la haine de tous les Etats de ſon Roiaume par ſes violences, par ſon humeur ſanguinaire, & ſes autres mauvaiſes qualitez ; il fit empoiſonner ſa femme Blanche de Bourbon, ſœur de Jeanne femme de Charles V. Roi de France. Il n'y avoit preſque point de jour qui ne fût marqué de quelque action d'inhumanité. On peut voir tout ceci écrit fort en détail dans Mariana. Il avoit cinq freres naturels, tous d'une mere, il fit tuer à diverſes fois la mere & deux des fils, Féderic & Ferdinand, & grand nombre de Seigneurs, ce qui lui acquit à juſte titre le ſurnom de Cruel. L'aîné des trois freres qui reſtoient, & qui s'appelloit Henri Comte de Triſtemare, ou, comme d'autres diſent, Traſtamare, fut enfin obligé de ſe refugier en Aragon & depuis en France, où il demeura longtems. Il complota enfin avec le Roi d'Aragon pour détrôner le tyran, & ſe faire élire Roi en ſa place ; il demanda ſecours au Roi de France. Le Roiaume étant épuiſé par tant guerres & de malheurs, il n'étoit guere en état de l'aider à executer une ſi grande entrepriſe. Mais il penſa que ſi l'on pouvoit engager ces compagnies de Pillards qui déſoloient la France, à aller porter la guerre en Eſpagne, on en tireroit un double avantage, & de ſecourir Henri, & d'éloigner ces Brigands du Roiaume. La difficulté étoit de les réſoudre à une telle expedition. Il n'y avoit point d'homme plus propre à le faire que Bertrand du Gueſclin, qui connoiſſoit la plûpart des Capitaines, & dont la réputation étoit capable d'attirer ces compagnies à marcher ſous ſa conduite. Guerre d'Eſpagne.

Bertrand du Gueſclin étoit encore priſonnier depuis la bataille d'Avrai. Le Pape, qui s'intereſſoit à cette guerre pour plus d'une raiſon, le Roi, & le Prince Henri de Caſtille ſe cottiſerent & paierent ſa rançon. Bertrand du Gueſclin aiant ainſi obtenu ſa liberté, eut bien-tôt perſuadé aux chefs des compagnies de le ſuivre. Il leur diſoit d'abord, qu'ils iroient faire la guerre aux Mores de Grenade, & qu'ils s'enrichiroient des dépouilles de cette nation : & ne leur déclara 1367.

Idem. Tunc Francia pace cum vicinis & conterminis omnibus facta frui cepit : unum erat quod ſuæ officeret tranquillitati, prædonum nempe agmina per totum regnum ſparſa, quæ agros ubique depopulabantur : difficileque erat illa vel eliminare, vel delere. Tandem hæc ſeſe occaſio obtulit, & ſpes affulſit, poſſe illa amoveri & alio averti. *Mariana. Froiſſart.* Petrus Caſtellæ Rex omnium Regni ſui ordinum ſibi odium pepererat, tum ex violentia, tum ex ſanguinario & ad quælibet vitia propenſo animo : Blancham Borboniam, Reginæ Francorum ſororem uxoremque ſuam veneno ſuſtulerat ; nulla dies erat, quæ non aliqua crudelitatis nota inſigniretur. Hæc vero omnia ſpeciatim enarrata apud Marianam videre poſſis. Erant ipſi quinque fratres ſpurii ex eadem matre nati. Jam ille & matrem & ex fratribus duos Federicum & Ferdinandum necari curaverat ; hinc merito Petri Crudelis nomen ſortitus eſt. Trium vero ſuperſtitum fratrum primogenitus Henricus vocabatur, Comes Triſtemaræ, vel ut aliis placet, Traſtamaræ. Is vero in Aragoniam poſteaque in Franciam confugere coactus eſt. Iſtic diuturno verſatus tempore, tandem cum Rege Aragoniæ pacto inito, Tyrannum e regno deturbare, ſeſeque Regem conſtituere cogitavit. Hæc ut perficere poſſet, ab Rege Francorum ſuppetias poſtulavit. Exhauſto tot bellis & infortuniis Francorum regno, vix poterat Carolus copias quantas ad tantam expeditionem opus erat, extra Galliam mittere. At hæc cogitanti in mentem ſubiit, ſi poſſent illæ prædonum turmæ, quæ Gallias devaſtabant, ad hoc Hiſpanicum bellum mitti, hinc duplex commodum oriturum eſſe; quod & auxiliares copiæ numeroſæ Henrico mitterentur, & regnum Francorum ab infeſtis latronum turmis liberaretur. Verum non ita facile videbatur eſſe, prædonibus varias in turmas coactis ſuadere ut talem expeditionem ſuſciperent. Unus ad rem ſuſcipiendam & exſequendam omnium aptiſſimus videbatur eſſe Bertrandus Gueſclinius, qui prædonum duces pene omnes noverat, cujuſque in re bellica fama poterat prædonum turmas ad illam expeditionem ſuſcipiendam allicere, tali videlicet præeunte duce.

Bertrandus vero Gueſclinius in pugna Avraïca captus, nondum ſolutus erat : at Summus Pontifex, cui hoc bellum maxime cordi erat, neque una ſolum de cauſa, Rex quoque Francorum Carolus & Henricus Traſtamarenſis, expetitas ad libertatem ipſi obtinendam pecunias conjunctim ſubminiſtrarunt. *Idem.* Liber Gueſclinius duces prædonum adiit, facileque ſuaſit illis, ut ad hujuſmodi bellum ſecum proficiſcerentur. Statim porro quo magis alliceret eos, dicebat Gueſclinius hoc bellum contra Mauros Granatenſes apparari, tantaſque ex manubiis opes ſperari, ut quotquot hoc bellum ſuſciperent, divites inde reverti poſſent, nec niſi

que dans la ſuite le véritable ſujet de cette expedition en Eſpagne. Ces compagnies ainſi réunies firent une armée de trente mille hommes, qui s'avança du côté d'Avignon, & exigea du Pape une ſomme conſiderable de cent mille livres. Le Duc de Bourbon qui étoit alors en Languedoc fut nommé General de cette armée; mais ce Prince encore fort jeune, laiſſa le commandement à du Gueſclin, & ne partit point du Languedoc. L'armée ſe rendit en Aragon, où elle trouva le paſſage libre. Le Roi d'Aragon leur fit fort bon accueil, & donna à Bertrand du Gueſclin le château de Borgia. L'armée arrivée dans la Caſtille, ſe rendit à Burgos, où elle entra ſans réſiſtance. Henri de Traſtamare y fut couronné Roi. La renommée en vola dans la Caſtille, & fut reçûë avec applaudiſſement dans toutes les villes: tant Dom Pedro étoit haï. Le Roi Henri fut reconnu par tout, & Dom Pedro, qui s'étoit retiré à Seville, voulut ſe refugier en Portugal; mais le Roi de Portugal ne voulut point le recevoir, & il fut obligé de ſe retirer dans la Gallice. Le Roi Henri voiant que tout étoit tranquille, & que l'armée étrangere qu'il avoit chez lui ne pouvoit ſervir qu'à charger l'Etat; congedia les compagnies, & retint auprès de lui Bertrand du Gueſclin. Ces compagnies eurent aſſez de peine à paſſer les Pyrenées.

Dom Pedro le Cruel envoia prier le Prince de Galles de lui donner ſecours pour recouvrer ſon Roiaume. Il ſe rendit depuis lui-même à Bayonne, & de là à Bourdeaux, où il promettoit mons & merveilles au Prince de Galles; s'il vouloit le rétablir dans ſon Roiaume. Le Prince aſſembla ſon Conſeil, pluſieurs furent d'avis qu'il ne devoit pas ſe mêler dans cette guerre, ni travailler à remettre ſur le trône un homme du caractere de Dom Pedro, un tyran décrié dans toute la Chrétienté. Le ſentiment oppoſé, qui étoit plus au goût du Prince, prévalut. Il réſolut de faire cette expedition, ramaſſa des troupes de tous côtez, fit engager dans ſon parti pluſieurs de ces mêmes compagnies, qui avoient mis le Roi Henri ſur le trône, pour l'aller détrôner & remettre Dom Pedro en ſa place, en un mot il forma une très-puiſſante armée.

Le Roi Henri de ſon côté faiſoit ſes préparatifs pour le bien recevoir. Il ramaſſa tout ce qu'il pût de troupes dans ſes Etats; ſon infanterie étoit fort ſuperieure en nombre à celle du Prince de Galles, mais incomparablement moins

---

inſequenti tempore, quæ vera eſſet expeditionis tantæ cauſa declaravit. Una vero coactæ prædonum turmæ, triginta milium virorum exercitum conſtituerunt, qui verſus Avenionem iter agentes, a Summo Pontifice pecuniæ ſummam grandem centum mille librarum exegerunt. Dux Borbonius, qui tum in Septimania degebat, exercitus hujuſce dux conſtitutus eſt: verum ille cum junior adhuc eſſet, imperium Gueſclinio detulit, neque ex Septimania movit. In Aragoniam iter habuit exercitus, Rege Aragoniæ comprobante, qui & liberum tranſitum dedit, & properantes humaniter excepit, atque Bertrando Gueſclinio caſtellum nomine Borgiam dono obtulit. In Caſtellam ingreſſus exercitus, Burgos movit, quam in urbem nullo obſiſtente ingreſſus eſt. Hic vero Henricus Traſtamarenſis Rex coronatur. Hujuſce rei nuncia fama per Caſtellam volavit, ac cum plauſu omnium in cunctis civitatibus excepta fuit; tantum ſcilicet odium apud omnes ſibi pepererat Petrus ille Crudelis dictus. Henricus, Rex ab omnibus promulgatus eſt. Petrus vero, qui Hiſpalim ſe receperat, in Luſitaniam confugere voluit; ſed abnuente Luſitaniæ Rege, nec recipere volente, in Galleciam receptum habuit. Henricus vero Rex, ubi tranquilla omnia vidit, metuens ne tantus ille prædonum extraneorum exercitus oneri ſibi & regno ſuo foret, cohortes illas dimiſit, & penes ſe Bertrandum Gueſclinium detinuit. Turmæ porro illæ ægre & cum labore multo Pyrenæos montes ſuperarunt.

Petrus e regno ſuo pulſus, Principem Gallenſem rogatum miſit, ſibi ad regnum recuperandum auxilia commodaret. Poſteaque ipſe Baionam venit, indeque Burdegalam, ubi nihil non pollicebatur Gallenſi Principi, ſi ſe in ſtatum priſtinum reſtitueret. Coacto conſilio Gallenſis, quid agendum eſſet deliberavit. Plurimi vero dicebant non eſſe bellum ſuſcipiendum, nec decere Petro ferre ſuppetias, vel ipſum in ſtatum priſtinum reſtituere; virum ſcilicet qui immanitate ſua Tyranni ſibi famam per totum Chriſtianum orbem conciliaverat. Alii ſecus ſentiebant, & ferendam opem cenſebant; quæ ſententia cum Gallenſi placeret, invaluit. Ad expeditionem illam copias undique collegit, ex turmis autem illis prædonum, quæ Henricum in regnum invexerant, plurimas ad ſuas ille partes allexit, ut ſecum deducerent eum quem evexerant, & quem eliminaverant reducerent: uno verbo numeroſiſſimum fortiſſimumque collegit exercitum. *Iidem.*

Henricus vero Rex ad tantum propulſandum hoſtem ſeſe apparabat. In regno ſuo copias undique evocat, pedites colligit, & quidem longe majori numero quam in exercitu Gallenſis Principis eſſent, ſed non *Iidem.*

aguerrie

aguerrie. Il envoia Bertrand du Gueſclin en France, qui ramaſſa quatre mille hommes d'armes, qui faiſoient douze mille hommes, chaque homme d'armes aiant ſon écuyer & ſon coſtilier; & deux mille arbaletriers, qu'il amena au Roi Henri.

Le Prince de Galles ſe mit en marche, & traita avec Charles Roi de Navarre pour avoir le paſſage libre dans ſon Roiaume. Charles s'accorda avec lui, & puis il traita avec le Roi d'Aragon, à deſſein de tromper l'un & l'autre. Mais aiant été pris dans ſes fineſſes, il donna enfin paſſage au Prince de Galles, qui arriva aux frontieres de la Caſtille. Henri vint au-devant de lui & ſe poſta ſur une montagne, où il étoit impoſſible de l'attaquer. Il aſſembla ſon Conſeil pour déliberer ſur le parti qu'il avoit à prendre. Bertrand du Gueſclin & les plus ſages lui conſeilloient de ne point donner bataille, mais de ſe fortifier dans ſon camp, où on lui apporteroit abondamment des vivres; au lieu que l'armée ennemie manqueroit infailliblement de ſubſiſtance: ils lui diſoient que s'il donnoit une bataille & qu'il la gagnât, il ne gagnoit rien ſur ſes ennemis, & s'il la perdoit, il perdoit ſon Roiaume. Mais parce que Dom Teillo frere du Roi Henri, enflé de quelque avantage qu'il avoit remporté ſur les avantcoureurs de l'armée du Prince de Galles, vouloit à force donner la bataille, & fut ſuivi des Seigneurs Caſtillans, le Roi prit enfin ce parti.

Bataille de Navarrete. Bertrand du Gueſclin priſonnier.

La bataille ſe donna à Navarrete. L'aîle droite de l'armée Caſtillane, où étoit Bertrand du Gueſclin pouſſa d'abord l'aîle gauche des Anglois; mais la gauche d'Henri ne fit preſque point de réſiſtance, Teillo qui avoit tant demandé la bataille, s'enfuit & entraîna toute cette aîle. Le Roi Henri fit tout ce qu'on pouvoit attendre du plus brave Prince, il menoit ſes gens à la charge & les encourageoit; mais enfin les Caſtillans plierent, & Henri s'enfuit vers l'Aragon. Bertrand du Gueſclin attaqué de tous côtez ſe défendit juſqu'à la derniere extrêmité, & ſe rendit enfin au Prince de Galles.

Par le gain de cette bataille Dom Pedro fut rétabli dans ſes Etats: après quoi il ne penſa plus qu'à écarter le Prince de Galles, qu'à l'amuſer par de belles paroles, ſans lui tenir aucune des promeſſes qu'il lui avoit fait; il fit ſa paix avec

---

ita ad bellum exercitatos. Bertrandum Gueſclinium in Galliam miſit, qui quatuor mille viros *armorum* ut vocabant, collegit; ſinguli vero *armorum* viri ſuum ſcutiferum, & inſuper cultellarium habebant; ita ut quatuor mille viri duodecim millia virorum conſtituerent. Præterea duo millia ſagittariorum ad Henricum Regem adduxit.

Iidem. Princeps Gallenſis cum exercitu ſuo iter ſuſcepit, & cum Carolo Rege Navarræ egit, ut tranſitum per regnum ipſius liberum obtineret. Carolus cum Gallenſi pepigit, etiamque cum Rege Aragonio pacta iniit, utriuſque fallendi animo. Sed callide licet ageret deprehenſus, liberum tranſitum Gallenſi exercituique ejus præbuit, qui demum ad regni Caſtellæ confinia pervenit. In occurſum illius cum exercitu venit Henricus, & in monte quodam caſtra poſuit, ſic ordinatis agminibus, ut nullus hoſtili exercitui aditus relinqueretur. Coacto conſilio deliberatum eſt, quid agendum eſſet. Gueſclinii & peritiorum opinio erat, ut ne pugna committeretur, ſed caſtra undique munirentur, ut nullus hoſti pateret acceſſus, dicebantque annonam facile in caſtra duci, hoſtilem vero exercitum, annona & commeatu omni privatum, non poſſe diu eodem in loco conſiſtere. Si pugna committeretur & Henricus vinceret, ne ipſum veſtigium quidem pedis in hoſtium ditione lucrari; ſin vinceretur, regnum totum amittere. At quia Telleſius Henrici Regis frater elatus quod prævios quoſdam curſores exercitus Gallenſis fudiſſet, pugnam omnino committi volebat, quæ erat etiam Procerum Caſtellanorum ſententia, Rex quoque pugnandum eſſe cenſuit.

Froiſſart. Mariana. Pugna itaque Navarretæ commiſſa eſt: ala dextera Caſtellani exercitus, ubi erat Bertrandus Gueſclinius, alam ſiniſtram Anglorum retrocedere compulit. Verum ala ſiniſtra Regis Henrici non diu Anglorum impetum tulit, Telleſius, qui ſe adeo pugnæ cupidum exhibuerat, fugam capeſſivit, & totam pene alam illam ſiniſtram ſecum abduxit. Henricus ſtrenuiſſime pugnavit, ſeſe fortem intrepidumque Principem exhibuit: ſuos ad prælium ducebat, ipſiſque animos faciebat: at Caſtellani demum in fugam verſi ſunt: Henricus vero in Aragoniam receptum habuit. Bertrandus Gueſclinius ab Anglis cinctus undique, fortiter diuque obſtitit, tandemque Principi Gallenſi ſe dedere coactus eſt.

Iidem. Poſt illam Anglorum victoriam, Petrus amiſſum regnum obtinuit. Deindeque non aliud cogitabat, quam ut Gallenſem Principem procul amoveret, utque illum verbis produceret, dum interim nullum promiſſorum exſequeretur. Pacem vero fecit cum Regibus Navarræ

les Rois de Navarre & d'Aragon. Le Prince de Galles s'arrêta longtems en Castille, dans l'esperance de retirer les sommes promises, & la Biscaye dont le tyran devoit le mettre en possession. L'excessive chaleur du climat mit la maladie & puis la peste dans son armée, dont il périt plus de la moitié. Il tomba lui-même dans une langueur & une espece d'hydropisie, dont il se ressentit le reste de ses jours. Il se retira enfin dans la Guienne très-mécontent de Dom Pedro.

Henri de Castille, qui après sa défaite s'étoit refugié en Aragon, se rendit ensuite dans la Bigorre, où il passa quelque tems, attendant le succès des affaires de Castille. Dès qu'il apprit que le Prince de Galles étoit retourné en Aquitaine avec son armée, fort mécontent de Dom Pedro; & que ce Prince s'attiroit de plus en plus la haine de ses Sujets par ses cruautez: il ramassa des gens de tous côtez, & se rendit à Toulouse. Le Duc d'Anjou Gouverneur de Languedoc, qui s'interessoit vivement pour lui, lui fournit tout ce qu'il pût trouver de gens de guerre. Il passa en Aragon, & delà en Castille où il prit d'abord sans aucune résistance la ville de Burgos; il alla ensuite au Roiaume de Leon, qu'il conquit avec la même facilité: il prit encore plusieurs autres places, & alla enfin mettre le siége devant Tolede qui se défendit bien.

1368.

A ces nouvelles, Dom Pedro qui se tenoit à Seville, assembla une armée, demanda secours au Roi de Portugal, & l'obtint. Les Maures qu'il mit aussi dans ses interêts, lui fournirent vingt mille hommes. Avec cette grande armée il s'avança vers Tolede pour secourir la ville, & combattre contre Henri: il vint jusqu'à Montjel forteresse assez près de Tolede. Henri laissant une partie de ses gens pour continuer le siége, alla au-devant de lui pour lui donner bataille. Par le plus grand bonheur du monde, il fut joint dans sa marche par Bertrand du Guesclin, qui lui amenoit un renfort considerable de troupes, & surtout de cavalerie. Il avoit été fait prisonnier, comme nous venons de dire, à la bataille de Navarrete, & avoit enfin obtenu sa liberté en payant une grosse rançon au Prince de Galles. L'arrivée de du Guesclin encouragea beaucoup Henri & ses troupes. La bataille fut donnée & longtems disputée. Dom Pedro s'y comporta vaillamment, & fut enfin défait. Il s'enfuit au château de Montjel, où il fut fort étroitement assiegé.

Bataille de Montjel. Mort de Pierre le Cruel.

& Aragoniæ. Princeps autem Gallensis diuturnas in Castella traxit moras, sperans semper & promissas pecuniæ summas se accepturum, necnon Cantabriam quam pollicitus Petrus fuerat. Solis æstus in istis regionibus ardentior, morbum primo, deinde pestilentiam in ejus exercitum immisit; ita ut plusquam dimidia pars armatorum interiret. Ipse Princeps in languorem incidit, & in quamdam ceu hydropisim, a qua nunquam postea liber omnino fuit. Tandemque in Aquitaniam se recepit, Petri perfidiam exsecratus.

Iidem. Henricus Castellæ Princeps, qui post cladem acceptam in Aragoniam confugerat, ad Bigerrensem deinde tractum se contulit, ubi aliquamdiu eventus rerum observabat. Cum comperisset autem Gallensem Principem, in Aquitaniam cum exercitu regressum, infenso animo Petri horrere perfidiam, ipsumque tyrannum Petrum inhumanitate solita subditos suos in dies exasperare, armatos undique collegit, Tolosamque venit. Andegavensis Dux, qui Septimaniam provinciam tunc regebat, Henrici rebus admodum studebat, ipsique quantas potuit copias undique cogere tradidit, in Castellam ducendas. In Aragoniam vero, indeque in Castellam cum exercitu se contulit, Burgos urbem nullo obsistente cepit, Legionense regnum invasit, parique facilitate in potestatem redegit suam, aliaque oppida multa obtinuit; tandemque Toletum obsidione cinxit, obsessosque ad suum propulsandum impetum paratos invenit.

His compertis Petrus, qui tunc Hispali erat, exercitum collegit, ab Lusitaniæ Rege auxilium impetravit, a Mauris etiam, qui ipsi favebant, viginti millia pugnatorum obtinuit. Cum hoc tanto exercitu versus Toletum movit, ut obsessis opem ferret. Montjellum autem venit castrum prope Toletum. Tunc Henricus, parte pugnatorum ante Toletum relicta, cum Petro pugnaturus movit. Dum pergeret autem, fausto fortunæ casu evenit, ut in Bertrandum Guesclinium incideret, qui ipsi copiarum manum validissimam adducebat, maxime vero equitatum, quo opus habebat. Captus fuerat Guesclinius, ut modo dicebamus, in pugna Navarretensi, solutoque tandem redemtionis precio, libertatem adeptus fuerat. Guesclinii adventus & Henrico & exercitui ejus animos fecit. Committitur pugna, acerrimeque dimicatur. Strenue pugnavit Petrus, tandemque profligatus exercitus ejus fuit, fugitque Petrus in Montjelli castrum, quod statim obsidione cinctum fuit. *Iidem.*

La mort de cet infortuné Prince eſt rapportée diverſement : voici comme Froiſſart la raconte. Il n'y avoit point de vivres dans le château de Montjel. Les avenuës en étoient d'ailleurs ſi bien gardées, qu'il n'y avoit pas moien de s'enfuir ſans être apperçû. Cependant Dom Pedro & ſon Conſeil virent bien qu'il falloit neceſſairement tenter de s'échapper, n'y aiant pas moien d'éviter que le Roi ne fût tué, s'il tomboit entre les mains de ſes ennemis. Il ſortit donc la nuit lui douziéme, & fut arrêté par le bâtard de Villaines, à qui il promit une rançon extraordinaire, s'il vouloit le garder ſans rien dire à Henri ſon frere. Il le lui promit & le mena dans ſa tente. Il n'y fut pas une heure qu'Henri ſe rendit à cette tente accompagné du Comte de Roquebertin & de quelques autres. Dom Henri & Dom Pedro ſe dirent mille injures : Dom Pedro ſe lança ſur Dom Henri le jetta à terre, & tira ſa dague pour le tuer ; mais Roquebertin venant au ſecours, Henri prit le deſſus, & tua Dom Pedro. Après quoi Dom Henri ſe rendit aiſément le maître de tout le Roiaume. Ainſi finit cette guerre, qui fit un grand bien à la France, en éloignant une grande partie de ces compagnies de Pillards, qui déſoloient tout le Roiaume.

Le Roi Charles profitant de la tranquilité, où ſe trouvoit ſon Etat par l'éloignement de ces Brigands, ſongea à ſoulager ſes peuples, diminua les impôts. Il avoit déja augmenté ſes revenus en retirant les terres du Domaine, que ſon grand-pere, ſon pere & lui avoient alienées dans des tems fâcheux, où ils ne pouvoient autrement retenir à leur ſervice les Seigneurs, qui faiſoient la guerre pour eux. La profonde paix dont il jouiſſoit alors, faiſoit qu'il entretenoit peu de troupes. Ainſi le Tréſor Roial augmentoit, au même tems que les peuples, & par l'éloignement des Brigands, & par la diminution des taxes, commençoient à reſpirer après des tems ſi orageux. Le 3. Décembre de cette même année, la Reine accoucha de ſon premier fils, ce qui cauſa une grande joie à la Cour & dans tout le Roiaume.

Le Prince de Galles, qui avoit dépenſé de groſſes ſommes à la guerre d'Eſpagne, & qui n'avoit rien touché de ce que Dom Pedro lui avoit promis, ſe trouva fort embaraſſé à ſon retour. Il avoit accumulé dettes ſur dettes, & il lui fal-

---

Quo mortis genere perierit infeliciſſimus ille Princeps varie a Scriptoribus narratur. Sic vero rem actam recenſet Froiſſartius. In Montjelli caſtro deficiebant omnia ad victum neceſſaria, adeoque arcte aditus ad caſtrum omnes obſervabantur, ut nullus videretur ſupereſſe elabendi modus. Interea vero Petrus habito cum ſuis conſilio, tentandam omnino aleam eſſe, cæteris ſuadentibus, decrevit; neque enim ſpes erat poſſe Regem ſalvum evadere, ſi in hoſtium manus incideret. Comitantibus ergo ſuis, noctu duodenus egreditur, ſed a Notho de Villaniis capitur. Huic ille immenſam pollicetur pecuniæ ſummam, ſi ipſum clam ſervare vellet, neque rem Henrico fratri patefaceret. Nothus conditionem accipit, ac Petrum in tentorium ſuum adducit. Vix a capto Petro elapſa hora erat, cum Henricus in tentorium iſtud, comitantibus Rocabertino, aliiſque ſe contulit. Tunc Henricus & Petrus ſe convitiis mutuo inceſſerunt. Petrus in Henricum inſilit, ipſumque in terram dejecit, arreptoque pugione, jugulare tentabat. Accurrit Roccabertinus, ut Henrico ferat opem. Revolvitur Henricus, ſubſtratumque Petrum interficit. Quo peremto facile Henricus regnum totum in poteſtatem ſuam redegit. Hic tanti belli finis fuit, quod in Galliarum felicitatem ſuſceptum, peractumque eſt : ab hinc enim prædonum turmæ quæ regnum depopulabantur, eliminatæ ſunt pene omnes.

Sic abactis magna ſaltem ex parte prædonibus, cum tranquilla omnia eſſent, Rex Carolus, ut populum tum latrociniis, tum vectigalibus nimiis antehac oppreſſum liberaret, tributa oneraque minuere ſatagebat. Ipſe vero jam proventum, ærariumque ſuum augere mente agitabat, cum recuperavit terras, agros, villas, oppida, quæ Regii erant dominii, quæque avus & pater Caroli, ipſeque Carolus oppignaverant, cum ærario exhauſto, ob temporum infelicitatem, non alio modo poterant proceres illos qui bella gerebant & propulſando hoſti operam dabant, in hoc officio retinere. Tunc vero, cum pax ubique eſſet, pugnatorum copiam, quam minimam poterat, Carolus retinuerat, atque ita Regium ærarium augebatur. Eadem autem opera populi, & pulſis prædonibus, & vectigalibus imminutis, poſt diuturnas illas ærumnas, poſt vaſtitatem tantam, reſpirare demum incipiebant. Tertia Decembris hujuſce anni Joanna Regina primogenitum ſuum enixa eſt, inde gaudium & lætitia ingens exorta eſt in Aula Regia, perque totum Francorum Regnum pervaſit. *Froiſſart.*

Princeps Gallenſis, qui ingentem pecuniæ ſummam in Hiſpanico bello profuderat, quique a Petro nihil promiſſorum implente deceptus, æs alienum grande conflaverat, redux, quid conſilii caperet non habe *Froiſſart.*

loit beaucoup d'argent pour ſoutenir l'état de ſa Cour, le plus grand & le plus magnifique qu'il y eut alors dans la Chrétienté, & dont il ne vouloit rien rabatre. On lui conſeilla de lever un certain droit qu'on appelloit *de fouage*; c'étoit une eſpece de capitation, qui lui devoit produire douze cent mille francs, ſomme fort extraordinaire en ces tems-là. Le Poitou, la Rochelle, la Saintonge, le Limoſin & le Rouergue, ſe ſoumettoient volontiers à cette levée de deniers; mais les Gaſcons n'y vouloient point conſentir. Le Prince de Galles s'obſtinant à lever ce ſubſide, les principaux Seigneurs de Gaſcogne ſe rendirent à la Cour du Roi Charles, & le ſolliciterent de prendre leur fait & cauſe comme leur Souverain. On leur objectoit le Traité de Bretigni, où le Roi s'étoit dépouillé de tout Domaine ſur ces Provinces. Ils répondoient, qu'un Traité fait ſans qu'on y appellât les Etats de ces payis-là, les Prélats & les Seigneurs, étoit de nulle valeur; que les Anglois avoient ſouvent violé ce même Traité; que les Lettres du Roi Edouard, qu'on produiſoit, portoient, que s'il y avoit des rebelles dans le Roiaume, le Roi d'Angleterre ſeroit obligé de joindre ſes forces à celles du Roi de France pour les reprimer, & que bien loin d'executer ce point important, le Roi d'Angleterre & le Prince de Galles avoient toujours fomenté ces compagnies de Pillards qui déſoloient la France, & que le Roi Charles n'étoit point obligé de tenir un Traité que les Anglois avoient violé tant de fois.

Les Seigneurs Gaſcons ſuſcitent le Roi contre le Prince de Galles.

Le ſage Roi temporiſa, & prit ſouvent conſeil ſur cette importante affaire; & pour ne pas mécontenter ces Seigneurs Gaſcons qu'il retenoit à Paris, il les défraia pendant tout le tems qu'ils y demeurerent. Il ſe détermina enfin à envoier citer & ajourner le Prince de Galles pour comparoître en Parlement, & rendre raiſon de ſa conduite. Les porteurs de l'ajournement furent un Chevalier & un Clerc. Le Prince de Galles indigné d'un tel meſſage, répondit ſuperbement, qu'il comparoîtroit le bacinet en tête accompagné de ſoixante mille hommes, & fit depuis arrêter ſous quelque prétexte le Chevalier & le Clerc, qui avoient porté la parole. Les choſes furent ainſi diſpoſées à une guerre ouverte: le Duc de Berri qui avoit été longtems en ôtage en Angleterre, étant venu en France avec la permiſſion d'Edouard, ſe regarda comme libre dès qu'il

1369. Le Prince de Galles cité en Parlement.

---

bat. Ipſe jam olim aulam regia quavis magnificentiorem tenebat, cui par nulla erat in orbe Chriſtiano, neque temporum conditioni cedere, ſed omnia in priſtino ſtatu ſervare cogitabat. De ſuorum itaque conſilio, ut optatui faceret ſatis, vectigal impoſuit, quod *Focagium* vocabant, quia videlicet ſinguli foci, ſive ſingulæ domus ſtatam pecuniæ ſummam pendere cogebantur. Tota vero inde proventura ſumma erat duodecim centenorum millium Francorum, quæ ingens iſtis temporibus habebatur. Pictavi, Rupella, Santones, Lemovices, Rhuteni, hujuſmodi vectigal ſolvere parati erant, ſed abnuebant omnino Vaſcones. Perſiſtente autem Gallenſi, & vectigal pertinaciter repetente, primores Vaſconum ad aulam Caroli Regis confugerunt, ipſumque ut ſupremum Dominum rogabant cauſam ſuam ſuſciperet, & injuſta exigenti Principi obſiſteret. Objiciebantur ipſis Bretiniacenſia pacta, queis Rex Francorum ſupremum in haſce provincias dominium depoſuerat. Reponebant illi, hujuſmodi pacta, non advocatis harumce Provinciarum Ordinibus, Epiſcopis, & Primoribus edita, nulla eſſe. Alioquin vero Anglos pactiones Bretiniacenſes ſæpe violaſſe: nam ex ipſis Eduardi Regis literis, quæ tum proferebantur, conſtabat Regem Angliæ pollicitum fuiſſe, ſi qui eſſent in Francorum regno, Principi ſuo rebelles, ſe cum ipſo Rege conjunctis copiis, ad illos exterminandos operam daturum eſſe: at Eduardum Regem & Principem Gallenſem, nedum promiſſa exſequerentur, prædonum turmas, quæ regnum devaſtabant, ſemper foviſſe, nec teneri Carolum Regem ſtare pactis & promiſſis, Anglorum Principum fraude toties violatis.

His auditis Rex ſapiens cunctatur, & de re tam gravi, conſilia ſuorum frequenter expetit. Ut ne vero primores illi Vaſcones moras ægre ferrent, quamdiu Lutetiæ manſerunt ſumtus illis quotidianos ſuppeditavit; ſed re tandem mature deliberata, viros miſit, qui Principi Gallenſi diem dicerent, ipſumque ad Senatum *Parium* evocarent, ut cauſam ſuam diceret. Miſſi vero ad eam rem fuere, Eques quiſpiam & *Clericus* ut vocabant. Nuncios ille audacter excepit, deque re propoſita indignatus, ſuperbe reſpondit, venturum ſe utique eſſe, ſed galeatum, & cum ſexaginta mille pugnatoribus. Equitem vero & Clericum qui juſſa regia attulerant, cauſam prætextens frivolam, apprehendi & ſub cuſtodia teneri juſſit. Sic in apertum bellum res proruptura videbatur. Bituricenſis porro Dux, qui jamdiu obſes in Anglia erat, cum Eduardo concedente Rege in Franciam tunc veniſſet, ut vidit imminere bellum contra Anglos, ſe liberum putavit: *Idem.*

vit qu'on alloit lui déclarer la guerre ; plusieurs autres ôtages échapperent de même. Ceux qui restoient furent mis à rançon.

Cependant Charles de l'avis de son Conseil envoia des ordres exprès dans les Provinces de fortifier les villes & les châteaux, & comme il prévoioit que les Anglois qui avoient déja souvent fait des courses autour de Paris, pourroient bien y revenir, il ordonna à Richard Abbé de S. Germain des Prez de fortifier son Abbayie, & de la munir comme une place de guerre. Quoique cela ne se pût faire sans une très-grande dépense, Richard executa volontiers les ordres du Roi. Il bâtit autour de l'Abbayie des murs fort épais munis de tours d'espace en espace, de ponts-levis, & de grands fossez pleins d'eau.

L'emprisonnement du Chevalier & du Clerc, qui étoient venus de la part du Roi ajourner le Prince de Galles, fut regardé comme le signal de la guerre. Les Comtes de Périgord & de Comminge, avec plusieurs autres Seigneurs Gascons dresserent une embuscade au Sénechal de Rouergue, qui étoit en marche du côté de Villeneuve d'Agenois, avec soixante lances & deux cens archers Anglois. Ils furent d'abord mis en déroute, & la plûpart tuez ou pris. Le Prince de Galles fit appeller le brave Jean Chandos, qui étoit alors dans le Coutentin, & le fit venir sur la Garonne, pour tenir tête à ces Seigneurs Gascons, qui avoient déja commencé les actes d'hostilité : il fit d'autres levées pour la guerre qu'il se disposoit à porter sur les terres du Roi Charles, qui faisoit aussi ses préparatifs.

Ce Prince dont la sagesse & la prévoiance étoient le principal caractere, voiant le Comté de Ponthieu mal gardé, & aiant dessein de commencer la guerre en s'en emparant, amusoit le Roi Edouard, &, pour lui faire croire, qu'il vouloit terminer par la négotiation certains differens qui s'élevoient entr'eux, il lui envoia des Ambassadeurs, chargez de lui porter des plaintes sur son peu d'exactitude à garder le Traité, & de proposer en même tems des voies d'accommodement. Cependant il avoit des intelligences dans Abbeville & dans le Ponthieu & quand les choses furent au point qu'il souhaitoit, il fit déclarer la guerre au Roi Edouard, par un valet Breton, ne voulant point exposer des gens de qualité à subir le même traitement que le Prince de Galles avoit fait au Chevalier & au Clerc, qu'il lui avoit envoiez pour l'ajourner au Parlement des Pairs. *La guerre est déclarée au Roi d'Angleterre.*

---

alii obsides partim clam aufugerunt, partim soluto redemtionis precio libertatem adepti sunt.

Hist. de S. Germain des Prez, D. Bouillart. Interea Carolus, habito cum suis consilio, misit per provincias nuncios, qui nomine suo juberent urbes & castra vallis & præsidiis muniri. Cum autem prospiceret Anglos, qui non raro prope Lutetiam incursiones fecerant, eodem hostiliter redituros esse, Ricardo sancti Germani a Pratis Abbati præcepit, ut Monasterium suum in arcis modum muniret. Etsi vero res nonnisi grandi sumtu perfici posset, jussa Regis Ricardus libenter exsequutus est : densissimos circa Monasterium muros excitavit, munitos hinc & inde turribus, pontibusque subliciis, cinctos fossis grandibus aqua plenis.

Froissart. Quod Princeps Gallensis Equitem & Clericum, qui ut sibi diem dicerent ab Rege Carolo missi fuerant, sub custodia posuisset, id quasi belli denunciatio habitum est. Comites Petragoricensium & Convenarum cum plurimis aliis Vasconum proceribus insidias struxere Senescallo Ruthenorum, qui prope Villam-novam Aginnensium iter agebat cum sexaginta lanceis, & ducentis sagittariis Anglis, qui statim in fugam versi, & maxima pars vel cæsi vel capti sunt. Tunc Gallensis Princeps strenuum illum virum Joannem Chandosium evocavit, qui tunc in tractu Constantiensi erat, atque ad Garumnam direxit, ut illis Vasconum primoribus obsisteret, qui jam hostilia cœperant ; aliosque apparatus fecit ad bellum quo impeturus erat terras, regionesque Caroli Regis, qui etiam ad bellum sese apparabat.

Hic vero Princeps qui sapientia, præmeditatione & cautione præ cæteris eminebat, ubi vidit Pontivi tractum neglectum, neque ab Anglis adeo munitum, hanc invadere regionem ante alias meditabatur : utque Eduardi Regis animum aliò averteret, ipsique suaderet, velle se negotiatione & pactionibus, dissidia quæ suboriri videbantur, terminare, Oratores ad illum misit, qui conquererentur ipsum Eduardum pridem edita pacta non accurate servavisse, simulque confirmandæ pacis modos proponerent. Interea vero ille in Abbatis-villa, & in Pontivo tractu viros secum consentientes habebat, qui res ad nutum suum disponerent. Ubi vero omnia ad exitum felicem apparata vidit, misit ad Eduardum Regem qui bellum indiceret, non virum quempiam nobilem & insignem, ne perinde atque Eques ille alius & Clericus qui ad Gallensem Principem missi fuerant, in carcerem truderetur, sed servum quemdam Britonem. *Idem.*

Cette déclaration de guerre paroiſſoit bien hardie après tant de malheurs dont la France avoit été preſque accablée, par les victoires des Anglois. Mais le bon Roi Charles eſperoit qu'en prenant des routes toutes contraires à celles des Rois précedens, il auroit une meilleure iſſue. Toujours attentif aux devoirs du Chriſtianiſme, il s'exerçoit au jeûne & à la priere. Il ordonna auſſi des prieres publiques dans tout ſon Roiaume, & ſe rendit ainſi le ciel propice, comme l'évenement le prouva.

Dès que la guerre fut ainſi déclarée, le Comte de Saint Pol & le Sire de Châtillon Maître des Arbaletriers de France, ſe ſaiſirent d'Abbeville, attaquerent les Anglois qui gardoient le Pont de Saint Remi, & qui furent preſque tous tuez ou pris & la fortereſſe rendue ; ils conquirent en peu de tems tout le Ponthieu, avant que le ſecours qu'Edouard avoit préparé y pût arriver. Le Duc de Berri qui commandoit du côté d'Auvergne, ſe mit en devoir de porter la guerre dans le Poitou, & dans les payis voiſins, ſujets au Roi d'Angleterre ; & le Duc d'Anjou Gouverneur du Languedoc, qui ſe tenoit vers Toulouſe, attira pluſieurs Seigneurs Gaſcons au parti du Roi ſon frere. Il y avoit encore dans le Roiaume pluſieurs compagnies de ces Pillards qui ne reconnoiſſoient proprement aucun Souverain. Le Roi Charles en gagna pluſieurs, il y en eut auſſi quelques-uns qui ſe tournerent du côté du Prince de Galles.

Le Roi d'Angleterre envoia au Prince de Galles cinq cent lances & mille arbaletriers conduits par le Comte de Cambridge ſon fils, & par le Comte de Pembroc ſon gendre ; ils traverſerent la Bretagne, & allerent joindre le Prince avec leur troupe. Il reçût auſſi pluſieurs autres renforts amenez par Jean Chandos, Euſtache d'Auberticourt, Hugue Caurelée, qui vint de l'Aragon avec ſa troupe. La guerre recommença donc en pluſieurs endroits par des petits corps détachez, à l'avantage tantôt des uns, tantôt des autres, mais les bons ſuccès furent plus ſouvent du côté des François; ils ſurprirent près de Luſignan dans une embuſcade un corps de deux ou trois cens Anglois, qui ſe défendirent bien, & furent preſque tous tuez ou pris. Jean Chandos qui ſe tenoit à Montauban alla aſſieger la petite ville de Terrieres dans le Toulouſain, & voiant qu'il auroit peine à la prendre par aſſaut, il fit jouer la mine, & après quinze jours de ſiege il prit la ville. Il voulut auſſi ſurprendre Laval, autre ville à quatre lieues de

Hoſtilitez de part & d'autre.

Hæc belli denunciatio audacis certe animi videbatur eſſe, poſt calamitates illas tantas tam recentes, queis poſt Anglorum victorias, oppreſſa Francia fuerat : at ſapiens ille Princeps ſperabat, ſe ſi adverſam deceſſoribus viam carperet, proſperum habiturum exitum. Cæterum chriſtianis intentus officiis, jejunio, precibuſque dabat operam, atque ut divinum Numen placaret, preces publicas per totum regnum indixit : ſicque Cælum ſibi propitium reddidit, ut ex eventu comprobatum eſt.

Froiſſart. Bello ſic denunciato, Comes S. Pauli & Caſtellionæus Magiſter ſagittariorum in Francia, Abbatis-villam ſine ſanguinis effuſione ceperunt, poſteaque Anglos adorti ſunt, qui pontem S. Remigii cuſtodiebant. Hi fere omnes vel cæſi vel capti ſunt, & arx deditionem fecit. Exinde Pontivum tractum omnem invaſerunt, & in Regis Francorum poteſtatem redegerunt, antequam paratæ ab Eduardo auxiliares copiæ illò pervenire poſſent. Dux Bituricenſis qui prope Arvernos tunc verſabatur, ad bellum in Pictavos & in vicinas regiones, quæ Anglis parerent, inferendum ſeſe apparabat. Dux vero Andegavenſis, Septimaniæ provinciæ Rector, qui tum Toloſæ degebat, multos Vaſconum primores ad fratris ſui Regis partes attraxit. Erant adhuc per regnum aliquot prædonum turmæ, quæ nullum Regem, nullum agnoſcebant Principem. Harum majorem partem ad ſe pellexit, & copiis ſuis junxit Carolus. Nonnullæ etiam Gallenſi Principi ſeſe dediderunt.

Rex Angliæ Gallenſi Principi miſit quingentas lanceas, milleque ſagittarios, ducibus Comite Cantabrigienſi filio ſuo, & Pembrocii Comite genero. Britanniam illi Armoricam trajecerunt, & cum agmine ſuo Gallenſem Principem adierunt. Alias quoque pugnatorum manus excepit ille, ducibus Joanne Chandoſio, Euſtachio de Alberticurte, & Hugone Caureleo, qui cum pugnatorum manu ex Aragonia venit. In hoc belli initio non ita numeroſæ militum manus conflixere, cum vario eventu, modo his, modo aliis ſuperantibus; verum ſæpius penes Francos victoria fuit. Inſidiis hi prope Luſinianum collocatis, ducentos trecentoſve Anglos intercepere, qui ſtrenue pugnantes pene omnes interfecti, vel capti ſunt. Joannes Chandoſius qui in Monte-albano urbe ſedes habebat, Terrerias oppidulum in Toloſano tractu obſedit, cumque videret vix poſſe aſſultu expugnari, cuniculos admovit, & poſt dies quindecim oppidulum cepit. Lavallium etiam urbem quatuor leucis Toloſa diſtantem aggreſſus eſt, *Froiſſart.*

Toulouſe ; mais il manqua ſon coup. D'un autre côté les Comtes de Périgord, & de Comminges, & un grand nombre d'autres Seigneurs allerent ſuivant l'ordre du Duc d'Anjou ravager le Querci, & aſſiegerent enſuite Realville place bien munie, où commandoit le Sénechal de Querci avec une garniſon Angloiſe qui ſoutint longtems le ſiége. La ville fut enfin priſe d'aſſaut, & tous les Anglois qui ſe défendirent juſqu'au dernier ſoupir, taillez en pieces.

Tandis que les troupes Françoiſes aſſiegeoient & prenoient des places, Jean de Cardaillac Archevêque de Toulouſe, incité par le Duc d'Anjou, alloit prêcher dans les villes & les campagnes le bon droit du Roi Charles : l'efficace de ſes diſcours ramena ſous la domination Françoiſe plus de ſoixante villes, châteaux ou fortereſſes, entre autres Cahors dont ſon frere étoit Evêque. D'autres Prélats dans le Roiaume firent la même fonction avec un ſuccès preſque égal. Le Roi Edouard publioit auſſi ſon bon droit, & tâchoit d'attirer à ſon parti bien des gens; il ſollicita le Comte de Hainaut & le Duc de Brabant de ſe liguer avec lui contre le Roi de France; mais le ſage Roi Charles aiant pris les devans, avoit déja mis ces deux Princes dans ſes interêts. Edouard gagna pourtant les Ducs de Gueldres & de Juliers, qui prirent les armes pour lui, & s'en trouverent mal, comme nous verrons plus bas. Edouard fit encore tout ce qu'il pût pour marier Edmond Comte de Cambridge ſon fils avec la fille du Comte de Flandres: mais il n'y pût jamais réuſſir : elle fut mariée à Philippe Duc de Bourgogne frere du Roi Charles. Cependant les courſes & les expeditions continuoient de part & d'autre.

Robert Knolles fameux Capitaine Anglois, avoit quitté la Bretagne pour venir joindre le Prince de Galles, qui lui donna le commandement de toutes ſes troupes. Il ſe mit en marche pour faire quelque expedition à la tête d'un corps conſiderable, & alla aſſieger la fortereſſe de Durmel dans le Querci. Il la trouva bien munie & gardée par des gens réſolus de ſe bien défendre. Jean Chandos & une groſſe troupe d'Anglois le vinrent joindre ; mais voiant que la place ſe défendoit trop bien, & ſouffrant beaucoup du défaut de vivres & de fourages, ils leverent le ſiége, & allerent à Dommes dans l'eſperance de prendre bien-tôt cette place : ils n'y réuſſirent pas mieux qu'à Durmel, & furent obligez de lever

---

ſed irrito conatu. Ex altera vero parte Comites Petragoricenſium & Convenarum cum aliis proceribus, jubente Andegavenſi Duce, Cadurcenſem tractum depopulati ſunt, Regalemque villam munitiſſimum caſtrum obſederunt, quod occupabant Angli, Duce Seneſcallo Cadurcenſi. Diuturna fuit obſidio, ſed expugnata illa tandem fuit, omneſque Angli, qui ad extremum uſque fortiter obſtitere, cæſi ſunt.

Annal. Tolof. Froiſſart. Dum Franci oppida caſtraque obſiderent & caperent, Joannes de Cardalliaco Archiep. Toloſanus, concitante Duce Andegavenſi, circumquaque per urbes caſtra & agros diſcurrebat, Caroli Regis jura deprædicans; aſſerenſque penes illum eſſe vera juſtitiæ & æquitatis indicia. Hæc ille tam ſolerter & valide diſſerebat, ut ſexaginta ſeu urbes, ſeu caſtra, ſeu præſidia, ad Francorum poteſtatem reduxerit; ex numero urbium erat Cadurcum, cujus Epiſcopus tunc erat frater Joannis de Cardalliaco. Alii per Franciæ regnum Epiſcopi idipſum fecerunt, ac cum pari ſere exitu. Rex Eduardus quoque penes ſe æqui bonique jura eſſe dictitabat, multoſque alliciebat ut ad partes ſuas declinarent. Comitem Hannoniæ, Ducemque Brabantiæ concitavit, ut ſecum arma jungerent contra Regem Francorum. At prudens Carolus Eduardi conatum jam præverterat, iſtoſque Principes ſibi amicos fœdereque conjunctos fecerat. Adjunxit tamen ſibi Eduardus Duces Gueldrienſem & Juliacenſem, qui arma ſumſere; ſed infelici exitu, ut infra narrabitur. Nihil non egit etiam Eduardus, ut Edmundum filium ſuum Cantabrigienſem Comitem cum filia Comitis Flandrenſis connubio jungeret; verum id nunquam efficere potuit; ſed nupſit illa Duci Burgundiæ Caroli Regis Francorum fratri. Interea vero expeditiones & pugnæ frequentes quotidie erant Francos inter & Anglos.

Robertus Knollus Dux Anglorum fama conſpicuus, Britanniam Armoricam reliquerat, ut Principem Gallenſem adiret, qui ipſum copiis ſuis præfecit. Movit autem ille ut aliquam ſuſciperet expeditionem, cum valida, numeroſaque pugnatorum manu, & Durmellum in Cadurcenſi regione, munitiſſimum caſtrum obſideret. *Froiſſart.* Ibi præſidium erat virorum fortium, qui oppugnantes ſtrenue propulſabant. Joannes vero Chandoſius, cum numeroſa Anglorum manu Knollo ad obſidionem continuandam junctus eſt; ſed cum viderent ambo duces obſeſſorum fortitudinem, deficiente quoque pabulo, inde profecti Dummas oppidum obſeſſum venerunt, ſe brevi tempore locum eſſe capturos ſperantes, ſed non feliciori exitu ipſum aggreſſi, obſidionem ſolvere

le ſiege. Ils allerent enſuite attaquer pluſieurs petites villes & fortereſſes qu'ils emporterent. Le Comte de Cambridge, & le Comte de Pembroc avoient aſſiegé un château dans le Périgord qui s'appelloit Bordeille. Ils furent deux mois & demi devant la place défendue par des jeunes Chevaliers, braves, hardis, & qui faiſoient ſouvent des ſorties, enſorte qu'ils riſquoient d'être obligez de lever le ſiége. Un ſtratagême dont ils s'aviſerent fit réuſſir leur entrepriſe. Ils dreſſerent une embuſcade, & à la premiere ſortie que fit cette jeuneſſe, ils firent ſemblant de prendre la fuite; les jeunes Chevaliers les pourſuivirent ſi loin, que les Anglois qui ſe tenoient cachez les inveſtirent par derriere, & ceux qui fuioient revinrent ſur eux. Se trouvant ainſi enfermez, ils ne perdirent pas courage, mais ils combattirent encore ſi vaillamment pendant deux heures, que les Anglois en étoient tous émerveillez. Ils furent enfin tous tuez ou priſonniers. La ville & le château furent pris le même jour.

La Duchelle de Bourbon, priſe par les Anglois.

Une autre expedition que les compagnies Angloiſes firent dans le Limoſin fit bien plus de bruit dans le Roiaume. Trois Ecuyers entreprirent d'aller eſcalader la nuit le château de Belleperche, où faiſoit ſa demeure la Ducheſſe de Bourbon mere de la Reine de France. Elle étoit-là ſans garniſon, n'aiant avec elle que les gens de ſa ſuite, enſorte que les trois Ecuiers & leur troupe planterent leurs échelles & entrerent dans le château ſans réſiſtance, & prirent la Princeſſe, qui demeura priſonniere & fut traitée par les Anglois fort honorablement. Cette même nuit ils ſurprirent auſſi la fortereſſe de S. Severe, qui coûta bien à reprendre depuis.

Le Roi fit préparer en ce tems-ci une grande flote pour aller porter la guerre en Angleterre. Il avoit cette affaire ſi fort à cœur, qu'il ſe tranſporta à Rouen, d'où il alloit trois fois la ſemaine voir la fabrique de ſes vaiſſeaux & navires; il faiſoit aſſembler une quantité extraordinaire de gens de guerre pour monter cette flote, dont Philippe Duc de Bourgogne devoit avoir le commandement, & grande abondance de vivres pour cette grande expedition. Tout cela ſe faiſoit contre l'avis du Sire de Cliſſon, qui étoit du Conſeil du Roi, & diſoit, que les François n'étoient pas aſſez verſez dans la Marine, pour aller ainſi attaquer les Anglois, qui l'entendoient incomparablement mieux qu'eux. Le Roi perſiſtoit pourtant toujours. Il y a apparence que ce ſage Prince avoit quelque deſ-

---

coacti ſunt. Exinde vero aliquot oppidula & caſtra ceperunt. Cantabrigienſis vero & Pembrocenſis Comites Caſtellum in Petragoricenſi tractu obſederant, cui nomen Borlella. Per duos autem menſes & dimidium oppugnationi Caſtelli inſtiterunt: hoſtes enim propulſabant nobiles quidam Equites juniores, ſtrenui & audaces, qui ſæpe erumpebant in Anglos, ita ut periculum Anglis immineret, ne cogerentur obſidionem ſolvere, ſed ſtratagemate quodam uſi optatum tandem exitum ſunt aſſequuti. Inſidias, quà erumpere obſeſſi ſolebant, ſtruxere. Juvenes autem illi Equites obvios ſibi Anglos impetunt. Hi fugam ſimulantes procul a Caſtello ardenter inſequentes ſe abducunt. Tum ii qui in latebris erant, cuneum inſequentium a tergo aggrediuntur. Qui vero fugiebant regreſſi a fronte equites illos adoriuntur, dum alii a tergo inſiſterent. Sic undique præcincti juvenes per duas integras horas ita fortiter pugnarunt, ut Angli obſtupeſcerent. Omnes tandem vel cæſi vel capti ſunt. Oppidum autem & Caſtellum eodem die deditionem fecerunt.

Idem.

Alia Anglicarum cohortium expeditio in Lemovicino tractu, majorem per regnum totum rumorem concitavit. Tres ſcutiferi Bellæ-Percicæ caſtellum noctu, ſcalis admotis impetere ſtatuerunt. Illic porro ſedes habebat Borbonia Duciſſa, Joannæ Borboniæ Francorum Reginæ mater. Nullum ibi præſidium erat, ſed ſola domeſticorum familia Duciſſam comitabatur. Tres igitur ſcutiferi, obſiſtente nemine ſcalas admoverunt, caſtellumque ceperunt & Duciſſam, quam Angli honorifice excepere, & officia omnia captivæ tali ut decebat, exhibuere. Eadem porro nocte Sanctæ Severæ caſtrum ex improviſo ceperunt, quod nonniſi magno conatu poſtea recuperatum fuit.

Froiſſart.

Hoc ipſo tempore Rex Carolus claſſem magnam apparabat, ut tranſmitteret in Angliam, bellumque in hoſtium regionem ipſam moveret: quæ res ita ipſi cordi erat, ut Rothomagum ſe conferret, ac ter per ſingulas hebdomadas navium ſtructuram ipſe conſpiceret, armatorum vero numerum ingentem undique cogebat, qui claſſem conſcenderent, cujus dux futurus erat Philippus Burgundiæ Dux. Annonam quoque grandem comportari curabat. Hæc porro omnia contra Cliſſonii ducis ſententiam apparabantur, qui in Regio admiſſus conſilio dicebat Francos in re nautica non ſatis exercitatos eſſe, ut Anglos adorirentur rerum nauticarum peritiſſimos, ipſiſque longe ſuperiores. Veriſimile autem eſt ſapientiſſimum Principem aliquid arcani in mente habuiſſe. Fortaſſis autem in animo habebat, ut

ſein ſecret, peut-être vouloit-il que ſa flote fit deſcente en Ecoſſe, & ſe joignît aux Ecoſſois pour porter la guerre en Angleterre. Mais ſes deſſeins furent rompus, par l'arrivée du Duc de Lancaſtre à Calais, comme nous allons voir.

Après la priſe de Belleperche & de la Ducheſſe de Bourbon ; le Prince de Galles fit marcher un grand corps de troupes commandé par le Comte de Cambridge pour aller aſſieger le château de la Roche-ſur-Yon dans l'Anjou. Dès que la place fut inveſtie, on diſpoſa quelques canons pour la battre. Cette artillerie avoit commencé depuis peu de tems d'être en uſage. Il y avoit dans la forteresse bonne garniſon commandée par un Chevalier nommé Jean Blondeau ; qui paſſoit pour brave & vaillant, mais qui effraié de ſe voir ſi vivement attaqué, écouta les propoſitions que les aſſiegeans lui firent. Six mille francs qu'ils lui promettoient pour les proviſions de la garniſon, furent apparement l'attrait qui le porta à capituler ſans faire aucune défenſe. Les conditions de la capitulation furent, que ſi dans un mois il ne recevoit point de ſecours, il rendroit la place. Le ſecours ne vint point, il la rendit & toucha les ſix mille francs. Revenu à Angers, il fut ſaiſi par ordre du Duc d'Anjou, qui le fit mettre dans un ſac & jetter dans la riviere, pour avoir rendu pour de l'argent une place, qui pouvoit tenir un an ſi elle avoit été bien défendue. C'eſt ainſi que Froiſſart raconte la choſe : l'Abbé de Choiſi, qui cite la Cronique d'Anjou, dit que Blondeau après avoir rendu la place, craignant d'en être puni prit la route de Cherbourg ; mais qu'il fut arrêté & puni de mort, comme nous venons de dire. Après cette priſe Jean Chandos ravagea tout l'Anjou, & fit un dégât extraordinaire dans cette Province.

La Roche - ſur-Yon pris par les Anglois.

Le Duc de Lancaſtre débarqua à Calais, & fut bien-tôt joint par Robert de Namur qui lui amena un renfort conſiderable de troupes ; il ſe mit à ravager les payis voiſins. Le Roi Charles qui étoit alors à Rouen, où il préparoit ſa grande flote, voiant bien qu'il falloit abandonner ce deſſein, envoia le Duc de Bourgogne ſon frere pour s'oppoſer aux mouvemens du Duc de Lancaſtre, il lui donna une grande quantité de troupes, enſorte qu'il ſe trouva fort ſuperieur en nombre à l'armée Angloiſe, avec défenſe pourtant de donner bataille. Il rencontra le Duc de Lancaſtte à Tournehen, où les deux armées furent longtems en preſence. Les Anglois vouloient donner bataille, le Duc de Bourgo-

Expedition du Duc de Lancaſtre.

claſſis ſua in Scotiam appelleret, & Scotis ſui jungerentur, bellumque in Angliam inferrent. At ſuperveniente Caletum Lancaſtrio Duce, marina illa expeditio peracta non eſt, ut mox videbitur.

Idem. Poſt captum Bellæ-Perticæ caſtrum, abductamque captivam Borboniam Duciſſam, Gallenſis Princeps grandem armatorum manum duce Comite Cantabrigienſi miſit, ad obſidendum caſtrum, cui nomen Rupes-ad-Yonem in Andegavenſi tractu. Circumpoſitis autem caſtris, cœpere Angli tormentis bellicis pulvere pyrio inſtructis, quorum uſus haud ita pridem cœperat, muros urbis quatere. Valido inſtructum præſidio caſtrum erat, duce Equite quopiam Ioanne Blondello, qui fortis, ſtrenuuſque vir habebatur. Verum ille tormentorum ſtrepitu perterritus, de tradendo caſtro protinus cum Anglis certis conditionibus pactus eſt, etſi poſſet illud diuturno tempore tueri, oppugnantemque hoſtem propulſare : ſex mille Franci Blondello oblati, ut ferebatur, illum ad turpiſſimam pactionem pellexere. Conditio autem illa fuit, ut niſi intra menſem auxilium accederet, Blondellus caſtrum Anglis traditurus eſſet. Nullo autem comparente auxilio, Blondellus caſtrum Anglis tradidit, & ſex milia Francorum percepit : at Andegavum reverſus, juſſu Andegavenſis Ducis comprehenſus, atque in ſacco incluſus in flumen conjectus eſt, quod pacta pecunia caſtrum dedidiſſet, in quo expugnando Angli annum integrum inſumturi erant, ſi probum habuiſſet propugnatorem. Ita narrat Froiſſartius. Verum Abbas Cauſſiacenſis, ex Andegavenſi Chronico id expiſcatus ait, Blondellum, poſtquam caſtrum Anglis tradiderat, metu ſupplicii Caribuigum verſus iter ſuſcepiſſe ; ſed in via captum, eo quo diximus modo plexum fuiſſe. Poſt captam Rupem-ad-Yonem Joannes Chandoſius Andegavenſes agros depopulatus eſt, ingentemque vaſtitatem in provinciam iſtam intulit.

Dux Lancaſtrius, cum Caletum appuliſſet, exſcenſu facto, a Roberto Namurcenſi cum magna pugnatorum manu junctus eſt. Exinde vicinos agros devaſtare cœpit. Rex vero Carolus, qui tum Rotomagi apparandæ magnæ claſſi advigilabat, marinæ expeditionis propoſitum deponendum cenſuit, miſitque Burgundiæ Ducem fratrem, qui Lancaſtrio Duci obſiſteret. Etſi copias illi ſuppeditarit exercitu Anglorum numeroſiores, vetuit tamen ne pugnam committeret. Ad Turnehenium autem Lancaſtrio occurrit, ibique ambo exercitus diuturnas in conſpectu poſiti moras egere. Angli hoſtes pugnandi cupidi erant: Burgundus, pro- *Idem.*

gne ſuivant les ordres du Roi ſon frere la refuſoit. Mais craignant enfin que ce refus ne tournât à ſon deshonneur, il demanda au Roi permiſſion de ſe retirer. Elle lui fut accordée, & il congedia ſes troupes.

Vers ce même tems le Comte de Pembroc fit une courſe dans l'Anjou, accompagné d'une troupe d'Anglois & de Poitevins, il fut attaqué par le Maréchal de Sancerre, qui tua d'abord ou prit une bonne partie de ſes gens; il fut obligé de ſe refugier dans un Hôtel de Templiers, où il fut aſſiegé & vivement attaqué. Il trouva moien de faire avertir Jean Chandos du péril où il ſe trouvoit. Ce brave Anglois y accourut ſi bien accompagné, que les François jugerent à propos de ne pas attendre ſon arrivée.

En Poitou les François ſurprirent Saint Sabin: Jean Chandos dans le deſſein de reprendre promtement cette place, ramaſſa des gens; & s'étant mis aux champs avec un petit nombre d'Anglois, il fut rencontré par un parti François, & fut bleſſé à mort dans le combat. Ces Anglois alloient être pris; mais un grand corps de troupes qui arrivoit, obligea les François à ſe rendre à ces mêmes Anglois, qu'ils alloient emmener priſonniers. Cet avantage ne conſola point les Anglois de la perte qu'ils venoient de faire de Jean Chandos, qu'ils regardoient comme le plus brave de leurs Capitaines. Peu après ſa mort les François ſurprirent Châteleraut, & y mirent une forte garniſon.

Mort de Jean de Chandos.

Le Duc de Bourbon, dont la mere avoit été priſe avec ſon château de Belleperche, apprenant que les Anglois pilloient & ravageoient ſon Duché par des courſes continuelles, demanda au Roi des troupes pour leur aller donner la chaſſe, ce qui lui fut accordé. Il partit de Paris, aſſembla un corps d'armée conſiderable, vint ſe camper près du château pour le battre, enferma ſes troupes dans de bons retranchemens, mit un grand ordre dans ſon camp, & continua de battre la forteresse d'un côté ſeulement, ſans l'inveſtir, de peur que les Anglois qui devoient venir pour la ſecourir, n'enlevaſſent quelque quartier. Les Comtes de Cambridge & de Pembroc, avec un corps d'armée choiſi & fort nombreux, vinrent pour faire lever le ſiége, & trouvant le Duc de Bourbon trop bien retranché pour l'attaquer, ils l'envoierent défier en lui preſentant la bataille. Le Duc de Bourbon répondit, qu'il étoit venu-là pour prendre Belle-

---

hibente fratre Rege, pugnam dectrectabat, metuensque tandem ne id ſibi dedecori foret, a fratre redeundi licentiam petiit & impetravit, miſſiſque copiis reverſus eſt.

Froiſſart. Idem circiter tempus Pembrocii Comes in tractum Andegavenſem, Anglorum Pictavorumque copiis inſtructus, excurſionem fecit: irrumpente autem Sancerræo Mareſcallo, ſuorum multos ſeu cæſos, ſeu captos amiſit, atque in Hoſpitalem Templariorum domum confugere coactus eſt, ubi obſeſſus, acriterque impugnatus fuit. Occaſionem opportuniſſime nactus, Joannem Chandoſium monuit ſibi opem in tanto periculo ferret. Nec impigre ſtrenuus ille Dux cum tanta Anglorum manu occurrit, ut Franci non exſpectandum illum eſſe rati, a cœpto deſiſterent, abſcederentque.

Idem. In Pictavorum tractu Franci S. Sabinum ex improviſo ceperunt. Joannes vero Chandoſius, ut oppidum illud quam celerrime poſſet, recuperaret, quos ad manum habuit, armatos ſecum aſſumſit, ac cum paucis Anglis movit: ſed cum in Francorum turmam incidiſſet, inter pugnandum lethali vulnere confoſſus eſt, futurumque erat ut omnes qui cum illo erant Angli, a Francis caperentur: verum ſupervenientе Anglorum manu validiore ac numeroſiore, Franci iiſdem Anglis, quos mox capturi erant, ſeſe dedidere: quæ res tam opportune geſta, non ſat Anglis fuit ut amiſſi Chandoſii dolorem allevaret, quem Ducum ſuorum ſtrenuiſſimum cenſebant. Poſt defunctum Chandoſium Franci Eraldi caſtrum ceperunt, & validiſſimo muniere præſidio.

Dux autem Borbonius, cujus mater cum Caſtro Bellæ-Perticæ capta fuerat, cum comperiſſet Anglos Ducatus ſui agros & villas perpetuis incurſionibus devaſtare, ab Rege armatorum turmas & cohortes expetiit, ut vim vi repelleret. Cum optatum impetraſſet, Lutetia profectus eſt, collectoque exercitu, ante caſtrum Bellæ-Perticæ conſedit. Caſtra vero ſua vallo undique munivit, omnia intus recte compoſuit, caſtrique muros ex uno tantum latere tormentis concuſſit, neque undique cinxit vel obſedit, ne ſi exercitum ſuum in partes diſtraheret, Angli qui ad opem ſuis ferendam venturi erant, partem aliquam invaderent, caperentque. Advenere tandem Comites Cantabrigienſis & Pembrocenſis cum ſelecto & numeroſo exercitu, ut Borbonium obſidionem ſolvere cogerent, cumque ejus exercitum vallo undique ita munitum conſpicerent, ut nulla ſpes eſſet poſſe ſe Francos expugnare; Borbonium ad dimicandum provocarunt. Reſpondit ille ſe exercitum duxiſſe, ut Bellam-Perticam caperet, non Idem.

perche & non pas pour donner bataille, & qu'il n'en partiroit point qu'il n'eut executé ſon deſſein. Il ſe fit encore d'autres propoſitions qui n'aboutirent à rien. Les Anglois qui ne trouvoient plus de fourages, prirent le parti d'abandonner le château de Belleperche, & emmenerent avec eux la Ducheſſe de Bourbon. Le Duc ſon fils ſe ſaiſit du château, le répara, & le rendit plus fort qu'il n'avoit jamais été. Peu de tems après on fit un échange de la Ducheſſe de Bourbon contre Simon de Burle, Chevalier du Prince de Galles.

Entrevûë de la Reine & de la Ducheſſe de Bourbon ſa mere.

La Ducheſſe ainſi délivrée, ſe rendit auprès de Louis II. Duc de Bourbon ſon fils, qui venoit de prendre Belleperche. On aſſûre que ce fut auprès de Clermont en Beauvoiſis que ſe fit l'entrevûe de la Ducheſſe qui revenoit de ſa priſon, & de Jeanne Reine de France ſa fille. Cette entrevûe eſt repreſentée dans une miniature des hommages du Comte de Clermont en Beauvoiſis, qui eſt à la Chambre des Comptes de Paris, fol. *96*. C'eſt M. de Gaignieres qui l'a fait deſſiner tel qu'on le donne ici. J'ai été un peu ſurpris en la conferant avec celle qu'ont donné le P. Menetrier en *1683*. & l'Abbé de Choiſi en *1689*. d'y trouver tant de difference, qu'il faut néceſſairement que leur Original ſoit un autre que celui de M. de Gaignieres; quoiqu'ils diſent tous deux que leur copie eſt tirée d'un Livre des hommages de la Chambre des Comptes. Comme je ſuis fort perſuadé que M. de Gaignieres a fait tirer ſes deſſeins fort exactement à ſon ordinaire, je croi que le Tableau ſe ſera trouvé dans deux miniatures de la Chambre des Comptes, faites par differentes mains, & qui ſe trouvent peut-être en differens Livres.

PL. IV.

Je donne ici l'explication du Tableau, tiré d'un porte-feuille de M. de Gaignieres, & je marquerai enſuite les differences qui ſe trouvent entre l'un & l'autre Tableau. La Reine Jeanne de Bourbon, femme du Roi Charles V. va au-devant de ſa mere la Ducheſſe de Bourbon, qui vient auſſi vers ſa fille. La Reine eſt revêtue de ſon blaſon, comme le ſont auſſi tous ceux & celles qui forment la compagnie. Sur ſa juppe ſemée de fleurs-de-lis, on voit le bâton briſure de Bourbon. Elle tient ſur la main gauche un oiſeau, marque de Seigneurie & de grande qualité, comme nous avons ſi ſouvent vû; les Princeſſes & les Dames le portoient auſſi-bien que les hommes. La Reine eſt menée par Jean

---

ut committeret pugnam, nec ſe ante digreſſurum eſſe, quam caſtrum expugnaviſſet. Alia quoque propoſuerunt Angli Duces, quæ perinde rejecta ſunt. Cum autem Equitibus Anglorum pabula deficerent, caſtrum illi deſeruerunt, & Duciſſam ſecum captivam abduxerunt. Borbonius autem occupatum caſtrum reſtauravit, & munitius, quam antea eſſet, reddidit. Nec diu poſtea Borbonia Duciſſa, cum Simone de Burlo, captivo Principis Gallenſis Equite, commutata, libertatem recepit.

Vie de Charles V. l'Abbé de Choiſi.

Poſtea vero Borbonia Duciſſa filium ſuum Ludovicum II. Borbonii Ducem, qui ab expeditione illa reverſus fuerat, convenit. Narratur autem, prope Clarum-Montem in Bellovacenſi tractu, Duciſſam ex carcere eductam in congreſſum & colloquium veniſſe cum Joanna Regina Franciæ filia ſua. Quod colloquium depictum videtur in libro *Hominiorum* Comitatus Claromontani in Bellovacenſi tractu, qui liber aſſervatur in Camera Computorum Lutetiæ, fol. *96*. a D. autem de Gagneriis, ſeu illo jubente, delineata hæc pictura fuit, qualis hîc repræſentatur. Cum autem hanc delineatam tabulam contuliſſem, cum illa eamdem hiſtoriam exhibente, quam dedere R.P. Menetrerius anno 1683. & D. Abbas de Cauſiaco anno 1689. Fateor me tantillum obſtupuiſſe, quod tot tantaque diſcrimina inter utramque tabulam compareant, ut neceſſe prorſus ſit ut illi, ad alterius exemplaris fidem tabulam dederint, quod diverſum ſit ab illo in Gagnerii tabulis expreſſo. Etſi autem ambo Menetrerius nempe, & Cauſiacenſis Abbas dicunt ſe tabulam ſuam delineatam excepiſſe ex libro *Hominiorum* Claromontenſium, cum certus omnino ſim Gagnerium tabulam ſuam accuratiſſime ad exemplaris fidem delineari pro more ſuo curaviſſe; hanc picturam puto in Camera Computorum bis exhiberi, fortaſſe variis in libris, & diverſa manu delineatis.

Tabulam igitur illam hic explanandam ſuſcipio, quam ex ſcriniis D. de Gagneriis eduxi, & ſi qua ſint inter ambas tabulas diſcrimina, indicare illa non negligam. Joanna Borbonia Regina Caroli V. uxor, in occurſum matris pergit, Duciſſæ nempe Borboniæ, quæ Reginam filiam ſuam adit. Regina inſignibus ſuis induta, tectaque eſt, ut & alii omnes, cum viri, tum feminæ, qui in hoc cœtu comparent. In veſte ejus liliis conſperſa baculus comparet ad Borboniorum ſtemmata pertinens. Manu ſiniſtra avem geſtat, quæ erat grandis nobilitatis nota, ut ſæpe vidimus. Principum ac primorum uxores atque filiæ avem geſtabant, perinde atque viri. Ducitur Regina a Joanne Borbonio Co-

de Bourbon Comte de la Marche, qui lui ſert de Chevalier d'honneur. On le reconnoît au bâton briſure de Bourbon: dans l'autre Tableau donné par le P. Menetrier, ce bâton eſt ſurbriſé de trois lionceaux d'argent, briſure de Bourbon la Marche. Celle qui porte la queue du manteau de la Reine eſt la Dame de Savoiſi, femme de Philippe de Savoiſi Chambellan du Roi. La petite Princeſſe qui ſuit eſt, diſent nos deux Auteurs, Marie fille du Roi Charles V. âgée de trois ou quatre ans, miſe ici après ſa mere. Mais comment cela peut-il s'accorder avec nos Genealogiſtes, qui ne font naître cette Princeſſe qu'en 1370. & l'entrevûe ſe fait ſelon l'Abbé de Choiſi en 1369? Cela ſemble prouver que l'entrevûe s'eſt faite quelques années après. Cette petite Princeſſe porte de France, parti de Bourbon. Après elle viennent ſix Princeſſes ou Dames diviſées en deux rangs. Celles du premier rang, qui eſt de quatre, tiennent chacune un chien attaché à une longue corde: marque qu'elles vont à la chaſſe. La premiere eſt la jeune Ducheſſe de Bourbon Dauphine d'Auvergne & Comteſſe de Foreſts, femme de Louis II. Duc de Bourbon, dont la robe eſt blaſonnée de Bourbon, parti du Dauphiné d'Auvergne & de Foreſts. La queue de ſa robe eſt portée par la quatriéme de ce rang, qui eſt la Dame de Nedonchel. Celle qui ſuit la Dauphine, & les deux autres Princeſſes plus éloignées qui font le ſecond rang, ſont les trois ſœurs de la Reine & du Duc de Bourbon; Bonne, épouſe d'Amé VI. Comte de Savoie, Catherine femme de Jean Comte de Harcourt, & Marguerite mariée à Arnaud Amanjeu Sire d'Albret, grand Chambellan de France, leur robe eſt blaſonnée de Bourbon, parti des armes de leurs maris. Les deux du rang d'enhaut tiennent chacune un oiſeau ſur la main. La troiſiéme du rang d'en bas eſt Agnes de Chaleu, ſa robe eſt mi-partie des armes de Bourbon & des ſiennes; c'étoit l'épouſe de Jean bâtard de Bourbon, qui porte un quartier de Bourbon parti de ſes armes, qui ſont un ſautoir de gueules. La derniere de ce rang eſt la Dame de Nedonchel de la Maiſon de Bournel, dont la robe eſt mi-partie des armes de ſon mari d'azur à la bande d'argent, & des ſiennes d'argent à l'écuſſon de gueules, à l'orle de perroquets de ſinople.


De l'autre côté on voit Iſabeau de Valois Ducheſſe de Bourbon mere de la Reine, veuve de Pierre I. Duc de Bourbon. Elle porte un voile comme veuve,

---


mite Marchiæ, qui ex Borbonio baculo dignoſcitur. In Menetrerii tabula baculus ille tribus leunculis inſignitur argenteis, quod inſigne eſt Borboniorum Marchiæ. Quæ Reginæ oblongum peplum a tergo ſuſtinet, eſt Domina de Savoiſiaco, uxor Philippi de Savoiſiaco Cambellani Regis. Quæ tenella Principiſſa ſequitur eſt, inquiunt ambo Scriptores ſupra memorati, Maria filia Regis Caroli V. tunc annorum trium vel quatuor, quæ hic poſt matrem repræſentatur. At quomodo id cum noſtris genealogiæ regiæ Scriptoribus quadrare poſſit, qui hanc Regiam filiam natam dicunt anno 1370. & Cautiacus Abbas, hoc Reginæ cum matre colloquium refert in annum 1369. hinc certe probari videtur hunc congreſſum aliquot poſtea annis factum fuiſſe. Hæc infans Regia inſigne regium Francicum geſtat cum Borbonio junctum. Poſt illam ſequuntur tres Principiſſæ, ſeu primores feminæ, duplici diſtinctæ ordine. Quatuor illæ, quæ primum ordinem conſtituunt, ſingulæ canem tenent longiſſimo funiculo alligatum, quo venatum illas ire ſignificatur. Prima eſt junior Duciſſa Borbonia, Delphina Arvernorum & Comitiſſa Forenſis, uxor Ludovici II. Borbonii Ducis. In ipſius autem veſte inſignia viſuntur Borbonia juncta inſignibus Delphinorum Arvernorum & Comitum Forenſium. Quæ vero pepli ejus extrema ſuſtinet, eſt Domina de Nedonchello. Quæ poſt Delphinam venit, duæque aliæ remotiores, quæ ſecundum ordinem conſtituunt, tres ſorores ſunt Reginæ & Ducis Borbonii: Bona, conjux Amedei VI. Comitis Sabaudiæ, Catharina uxor Joannis Comitis Harcurtii, & Margarita conjux Armandi Amanjei Domini Leporeti magni Franciæ Cambellani. Earum veſtes inſignia Borboniorum referunt, inſignibus conjugum ſuorum adjuncta. Duæ illæ quæ remotiorem tenent ordinem, avem habent manui impoſitam. Tertia in ordine ſequenti eſt Agnes de Chalevo, cujus veſtis inſignia Borboniorum habet, cum inſignibus ſuis conjuncta; erat enim uxor Joannis Nothi Borbonii. Inſignibus inquam, Borboniorum adjiciuntur inſignia Chalevi, quæ ſunt decuſſis ruber. Poſtrema in hoc ordine eſt Domina de Nedonchello ex Burnellorum familia, cujus veſtis inſignia refert viri ſui, quæ in cæruleo campo faſciam argenteam repræſentant, conjuncta cum inſignibus ſuis, quæ in campo argenteo, ſcutum rubrum referunt, & oram exhibent pſittacis viridibus onuſtam.

In altero tabulæ latere eſt Eliſabetha, ſeu Iſabella Valeſia Borbonii Duciſſa, Reginæ mater, quæ uxor fuerat Petri I. Borbonii Ducis. Utpote vidua velo ob-

ENTREVUE DE LA REINE DE FRANCE E



DE LA DUCHESSE DE BOURBON SA MERE.





revêtue de ſon blaſon comme les autres. Le Sire de Nedonchel ſon Chambellan la ſoutient de ſon bras gauche, & de l'autre main il tient une hache dont le manche ſe termine en pied de cerf. Cette hache eſt apparemment pour dépecer la bête priſe. De ſon bras droit pendent deux bouteilles pour donner à boire aux chaſſeurs. De l'autre coté de la Ducheſſe eſt la Dame d'honneur, qui preſente un petit chien à la Reine.

Au-deſſous de la Ducheſſe on voit le Duc de Bourbon ſon fils & frere de la Reine, qui perce un cerf d'un coup d'épée. Le cerf eſt abbatu. Le Prince eſt revêtu de ſon blaſon, & à l'autre extrêmité du Tableau ſont deux Nains, dont l'un eſt armé d'une pique & d'une épée, & l'autre joue du cor. Ce Duc ſe plaiſoit à avoir des Nains auprès de lui, nous l'allons voir dans une grande céremonie, aiant en ſa compagnie un fort petit Nain. Ces deux Nains ne ſont pas dans le Tableau donné par le P. Menetrier & par l'Abbé de Choiſi, qui differe en beaucoup d'autres choſes de celui-ci. Le Sire de Nedonchel qui tient une hache ici, tient le pied & preſque un quartier d'un cerf dans leur Tableau. Les deux Auteurs diſent que c'eſt le pied du cerf que le Duc de Bourbon tue, que le Sire de Nedonchel preſente à la Reine, en quoi il n'y a nulle apparence: car le cerf n'eſt pas mort, il ſe démene encore contre le Duc qui le tue, & contre les chiens. La Dame d'honneur de la Ducheſſe mere de Bourbon, qui preſente ici un petit chien à la Reine, ſe tient dans leur Tableau derriere la Ducheſſe, & ne montre pas ſeulement ſes mains. Ici les quatre Princeſſes ou Dames du premier rang tiennent chacune un chien attaché à une longue corde, & il n'y en a dans l'autre Tableau qu'une qui tienne un chien. On y obſerve encore beaucoup d'autres differences; mais la principale eſt qu'au haut de la Planche à l'endroit où l'on voit un homme & une femme; on voit dans l'autre Tableau un château, que l'Abbé de Choiſi croit avec raiſon être le château de Clermont. Toutes les girouettes du château ont au milieu un écuſſon, marque de l'Ordre de l'Ecu que Louis II. Duc de Bourbon venoit de fonder.

Cet Ordre militaire fut fondé en l'an 1369. On l'appelloit l'Ordre de *l'Ecu d'Or* ou l'Ordre *de Bourbon*. Le Tableau que nous en repreſentons ici, eſt tiré du Livre des hommages du Comté de Clermont en Beauvoiſis, qui eſt à la Chambre des Comptes de Paris, d'où M. de Gaignieres l'a pris. Le Duc inſtituteur de PL. V.

tegitur, & in veſte inſignia ſua geſtat, ut & aliæ. Dominus de Nedonchello Cambellanus ejus, ipſam brachio ſiniſtro ſuſtentat, alteraque manu ſecurim tenet, cujus manubrium in cervi pedem deſinit. Hæc vero ſecuris in hoc deputata videtur, ut captæ beſtiæ membra deſecentur. Ex brachio ejus dextero duæ lagenæ pendent ad potum venatoribus dandum. Ad alterum Duciſſæ Borboniæ latus, eſt nobilis quædam Domina ex Duciſſæ familia, quæ catellum Regi offert.

In ima tabulæ parte ſub Duciſſa Borbonia viſitur Dux Borbonius filius ejus, & Reginæ frater, qui gladio cervum transfigit. Jam cecidit cervus. Ille vero veſte induitur inſignibus ornata ſuis. In ima oppoſita tabulæ parte duo ſunt pumiliones, quorum alter lancea armatur & gladio, alter cornicinem agit. Dux hic pumiliones penes ſe libenter habebat. Mox illum in celebri cœtu conſpiciemus cum adſtante pumilione. Hi vero pumiliones non habentur in tabulis a Meneterio & Cauſiacenſi Abbati publicatis, quæ in multis aliis ab hac diſcrepant. Dominus de Nedonchello, qui hic ſecurim tenet, pedem & fere membrum totum cervi tenet in tabulis illis. Dicunt ambo illi Scriptores pedem eſſe cervi, quem occidit Dux Borbonius, quemque Nedonchellus Reginæ offert; id certe a veriſimili abhorrere videtur. Nam cervus nondum mortuus eſt, & adhuc ferienti Duci & canibus obſiſtere videtur. Illa nobilis femina quæ prope Duciſſam Borboniam matrem ſtat, in tabula noſtra catellum Reginæ offert. In ipſorum tabella pone Duciſſam Borboniam illa ſtat, ac ne manus quidem ſuas profert. Hic quatuor illæ Principiſſæ, ſeu nobiliores feminæ quæ primum ordinem occupant, tenent ſingulæ canem oblongo funiculo ligatum: in illa vero tabula una tantummodo ligatum tenet canem. Multa quoque alia obſervantur diſcrimina; ſed quod præcipuum eſt, in ſuprema tabula, quo loco in noſtra videmus virum atque mulierem, in ipſorum tabulis caſtellum videmus, quod jure putat Abbas Cauſiacenſis eſſe caſtellum Claromontanum in Bellovacenſi tractu. Verſatiles autem pinnulæ ventorum indices, quæ in variis Caſtelli partibus viſuntur, inſigne ferunt Ordinis Scuti, quem Ludovicus II. Dux Borbonius haud ita pridem fundaverat.

Fundatus eſt hic Ordo Militaris anno 1369. Vocabatur autem Ordo Scuti aurei, ſive Ordo Borbonii. Tabula ejus quæ hic exhibetur, educta fuit ex libro *Hominiorum* Comitatus Claromontani in Bellovacenſi tractu, qui in Computorum Camera ſervatur, indeque illam eruit Gagnerius. Dux Ordinis Inſtitutor no-

l'Ordre reçoit ici un nouveau Chevalier qui met les deux mains entre celles du Duc. Ce nouveau Chevalier qui n'a pas encore l'habit de Chevalerie, est vêtu de rouge & porte une escarcelle attachée à la ceinture. Le Duc & tous les Chevaliers portent un grand manteau d'un bleu foncé doublé d'hermine, & fendu aux côtez sous le bras. Ils portent sur la poitrine un écusson d'or tourné un peu de travers, tous ont des souliers noirs & fort pointus sur le devant. Entre le Duc & le nouveau Chevalier, on voit un fort petit Nain, qui atteindroit à peine à la ceinture d'un homme de taille médiocre. Il est bien vêtu & se targue, il porte un bâton, & a la mine fiere. Il y a apparence que le Duc le gardoit chez lui pour s'en divertir. On voit dans le Tableau deux bannieres, l'une avec les armes de France & la brisure du bâton, qui marque Bourbon; l'autre à l'écusson d'argent chargé de trois lions de sable, à la bordure engrelée. C'est la banniere de cet Ordre, portée par un homme destiné pour cela. Un autre Officier tient une clef, & de l'autre main un instrument que je ne connois pas.

Vers la fin de la même année, le Roi convoqua les Etats & leur representa le besoin qu'il avoit de nouvelles levées d'argent, pour la guerre qu'il avoit à soutenir contre les Anglois. La proposition fut favorablement reçûë, on mit des impôts sur le sel. On mit aussi tant pour chaque feu dans les villes, & moins dans les villages. Les plus grandes levées furent sur le vin. On consentit sans peine à ces levées, sachant bien qu'elles étoient nécessaires; & que l'argent qui se leveroit seroit bien emploié. Il fit aussi faire la recherche des droits d'amortissement sur les Ecclesiastiques. Ces droits n'avoient été recherchez depuis longtems, ce qui fit qu'il en tira des sommes considerables.

1370. L'hiver suivant les quatre freres s'assemblerent à Paris; le Roi, les Ducs d'Anjou, de Berri & de Bourgogne. Ils délibererent ensemble sur ce qu'il y avoit à faire la campagne prochaine. Il fut résolu qu'on leveroit deux grosses armées qui entreroient en Guienne; l'une commandée par le Duc d'Anjou du côté de la Réole & de Bergerac, & l'autre sous la conduite du Duc de Berri par le Limosin, & que les deux se joindroient pour aller assieger le Prince de Galles dans Angoulême. Ils convinrent qu'il falloit rappeller de l'Espagne Bertrand du Guesclin, & le faire Connétable de France, persuadez qu'il seroit d'un grand se-

Bertrand du Guesclin rappellé d'Espagne.

---

vum Equitem recipit, qui ambas manus inter manus Ducis tenet. Hic porro Eques, qui nondum vestem Ordinis gestat, rubro induitur vestitu, & marsupium ad zonam appensum habet. Dux & Equites omnes, magnum gestant pallium cæruleum obscurum, assutas habens muris Pontici pelles, & a lateribus sub brachio apertum. Ad pectus scutum aureum gestant obversum, calceos omnes habent nigros, & antrorsum acuminatos. Inter Ducem & novum Equitem pumilio comparet, qui vix ad zonam viri mediocris staturæ pertingeret. Sat eleganter indutus, sese ostentantis speciem præfert, baculum tenet, audacique vultu comparet. Verisimile est Ducem Borbonium talem homunculum animi recreandi causa penes se habuisse. In tabula duo visuntur vexilla; aliud insignia Franciæ præ se fert cum Borbonio baculo; aliud scutum habet argenteum, tribus nigris leonibus onustum, cum ora denticulatim incisa. Hoc vexillum erat Ordinis, quod hic gestatur a viro ad eam rem deputato. Alter clavem manu tenet, & altera manu nescio quid.

Froissart. Hoc anno vertente Rex Status sive Ordines Regni convocavit, atque significavit illis, quam exhaustum ærarium esset, quantaque vi pecuniæ esset opus ad bellum contra Anglos peragendum; edixitque ut viderent quod vectigalium genus esset imponendum. Regis dicta libenter exceperunt Ordines. In salem vectigal impositum est; in singulos focos seu familias pecuniæ par quantitas major in urbibus, minor in vicis seu pagis. Maximum autem omnium vectigal in vina cujusvis generis indictum fuit. His facile annuerunt Ordines, gnari has pecuniæ summas omnino necessarias esse, & provide administrandas fore. Exegit præterea Rex a cœtibus Ecclesiasticis & Monasticis qui fundos acquisierant, ea quæ Regibus persolvi solebant; cumque a longo tempore hæc neglecta fuissent, hinc majores collectæ summæ fuere.

Insequenti hieme quatuor fratres una convenerunt, Rex scilicet & Duces Andegavensis, Bituricensis & Burgundiæ; atque inter se deliberarunt quid facto opus esset ad bellum redintegrandum; statutumque fuit ut duo magni exercitus cogerentur in Aquitaniam impressionem facturi, quorum alter ab Andegavensi ductus versus Regulam & Bergeracum bellum gereret; alter imperante Duce Bituricensi per Lemovicas ingrederetur, amboque exercitus postea convenirent, ut Gallensem Principem intra Engolismam urbem obsiderent. Una fuit omnium sententia ut Bertrandus Guesclinius ex Hispania evocaretur, & Franciæ Con- *Idem.*

V. Pl. T. III. Pag. 22.

L'ORDRE DE L'ECU OU DE BOURBON.



T. III. E.



cours dans cette guerre contre les Anglois. On résolut aussi de faire la paix avec le Roi de Navarre, qui pouvoit beaucoup nuire dans cette guerre en introduisant les Anglois dans ses places de Normandie. On traita avec lui, & la paix fut conclue & terminée par des festins & des réjouissances. Le Roi de Navarre pour plus grande sûreté laissa ses deux fils en ôtage.

Bertrand du Guesclin prié de venir faire la guerre en France, prit congé du Roi Henri de Castille, qui consentit à son départ. Il se rendit à Toulouse, où il trouva le Duc d'Anjou avec un bon corps d'armée. Ils marcherent d'abord vers la Guienne, où par la terreur de leurs armes, sans presque aucune résistance ils firent plusieurs conquêtes. Ils prirent Moissac, Agen, le Port Sainte Marie, Tonneins, Montpensier, Aiguillon; ce qui effraia les Anglois, qui croioient que cette derniere place soutiendroit un long siége, étant des plus fortes, & elle fut prise dans quatre jours. Le Duc de Berri prit aussi plusieurs places dans le Limosin: la ville de Limoges se tournant du côté de France reçût garnison Françoise. Le Prince de Galles se doutant que le dessein des deux freres ne fut de venir l'assieger dans Angoulême, se mit en campagne & assembla un grand corps de troupes.

En ce même tems Robert Knolles passa la mer avec une armée & vint descendre à Calais, il se mit après en marche pillant & désolant les campagnes de la Picardie & du Vermandois. Toutes les villes & les forteresses étoient bien munies de gens de guerre, qui selon les ordres du Roi ne sortoient point sur les pillards. Les Anglois brulerent en passant la ville de Pont-l'Evêque sur l'Oise, où il y avoit de beaux Hôtels. Les Chevaliers & Ecuiers qui étoient dans Noion, dès qu'ils apprirent que Knolles avec son armée étoit parti du Pont-l'Evêque se rendirent à cette ville, qui brûloit encore. Ils y trouverent quantité d'Anglois qui pilloient, & d'autres qui mettoient le feu. Ils les chargerent & les taillerent en pieces presque tous. Quinze prisonniers furent amenez à Noion, où on leur fit couper la tête. Par cette expedition plusieurs Hôtels de Pont-l'Evêque furent garentis de l'incendie. Robert Knolles vint jusqu'auprès de Paris, brûla quelques villages des environs, se rendit ensuite dans le Maine & dans l'Anjou.

Le Prince de Galles aiant assemblé ses troupes à Coignac marcha vers Limo- 1371.

---

stabularius crearetur, vir nempe ad bellum contra Anglos feliciter gerendum aptissimus. De pace quoque cum Rege Navarræ facienda actum est. Ille namque in hujusmodi bello admodum nocere poterat, si nempe Anglos in oppida & castra quæ in Normannia tenebat, induxisset. Cum illo igitur inita pacta fuerunt: pax facta & conviviis celebrata fuit, Rexque Navarræ in cautionem reique firmitatem, ambos filios obsides dedit.

Idem. Bertrandus Guesclinius ab Rege Carolo ad bellum Francicum evocatus, ab Henrico Castellæ Rege redeundi licentiam petiit & impetravit. Tolosam venit, ubi Andegavensem Ducem cum numeroso exercitu reperit. Ambo autem cum exercitu in Aquitaniam movere; at nemine fere obsistente, urbes multas oppidaque ceperunt, Musciacum, Aginnum, Portum Sanctæ Mariæ, Toninsum, Montem-Penserium, Acullionem; id quod Anglis terrori fuit, putantibus Acullionem, utpote munitissimum oppidum, nonnisi post diuturnam obsidionem capi posse, & tamen quatridui spatio captum fuit. Dux etiam Bituricensis in Lemovicensi tractu castris multis & oppidis potitus est. Lemovicum etiam ad Francorum partes se transferens, Francicum præsidium accepit. Tum Princeps Gallensis suspicans in proposito esse fratribus ut junctis copiis se intra Engolismam obsiderent, ex urbe ista egressus numerosam pugnatorum manum collegit.

Interea Robertus Knollus, trajecto mari cum exercitu, Caletum appulit & exscensum fecit. Inde movit in Francos, ac Picardiæ Veromanduorumque agros desolatus est. Urbes porro & castra omnia præsidiis validis munita erant, quæ ut jussa regia exsequerentur, in prædones Anglos non erumpebant. Angli autem ulterius procedentes, Pontem Episcopi ad Isaram oppidum incenderunt, ubi elegantes quædam ædes visebantur. Equites vero & Scutiferi, qui Noviomi erant, cum comperissent Knollum cum exercitu suo ex Ponte Episcopi profectum esse, ad oppidum illud, quod flammas adhuc emittebat, se contulerunt, multosque offenderunt Anglos, quorum alii domos diripiebant, alii supponebant ignes, quos adorti internecione fere deleverunt: quindecim ex illis capti, & Noviomum deducti, capite truncati sunt. Hujus eruptionis beneficio ædes multæ in Episcopi Ponte servatæ sunt: Knollus prope Lutetiam venit, & vicos aliquot incendit. Inde vero ad Cenomanos, posteaque ad Andegavos se contulit. *Idem.*

Princeps vero Gallensis postquam Conaci exercitum collegerat, Lemovicum movit, quæ urbs, ut dixi- *Froissart.*

ges, qui s'étoit rendu au Duc de Berri & à Bertrand du Gueſclin ; il ne trouva point de troupes Françoiſes, parce que les Ducs d'Anjou & de Berri après avoir fait leur *chevauchée*, comme on diſoit en ce tems-là, avoient congedié leurs gens & s'étoient retirez. Le Prince aſſiegea donc Limoges : il ne donna point d'aſſaut, mais il fut un mois entier à miner, au bout duquel tems un grand pan de muraille tomba & combla le foſſé, ce qui fit une bréche ſi grande, que les troupes entrerent dans la ville en bon ordre & ſans réſiſtance. Les Anglois maſſacrerent tous ceux qu'ils rencontrerent, hommes, femmes & petits enfans; ceux qui ſe jettoient aux pieds du Prince criant miſericorde, étoient tuez ſans pitié comme les autres, rien n'étoit capable d'adoucir ſa colere : il exerça ſa vengeance ſur les enfans à la mammelle comme ſur les autres. L'Evêque fut auſſi pris & mené au Prince de Galles qui le traita fort indignement, & le menaça de lui faire couper la tête. La ville fut ſaccagée, & puis brûlée. Les Commandans François, qui ſe défendirent en braves furent faits priſonniers. L'Evêque fut en grand péril de ſa vie, & emmené priſonnier ; il obtint depuis ſa liberté à la priere du Pape.

Limoges pris & brulé par le Prince de Galles.

1371. Après la priſe de Limoges, le Prince de Galles, ſentant que ſa maladie, qu'il avoit contractée en Eſpagne augmentoit tous les jours, congedia ſes troupes, & ſe retira à Bourdeaux, où il perdit ſon fils aîné. Après quoi de l'avis des Médecins, eſperant que l'air natal pourroit lui procurer la ſanté, il s'embarqua pour l'Angleterre, & laiſſa le gouvernement de l'Aquitaine au Duc de Lancaſtre ſon frere. Le Roi Charles fut informé de la priſe & déſolation de Limoges, dont il fut fort indigné. Il fit rétablir la ville, & lui accorda de grands privileges. Selon Froiſſart, ce fut la priſe de Limoges, qui détermina le Roi Charles à faire Bertrand du Gueſclin Connétable ; mais ſelon les autres Hiſtoriens, ce fut en l'année précedente 1370. que le Roi voulut mettre à la tête de ſes armées, un homme capable de faire la guerre avec ſuccès dans des tems ſi difficiles : le Connétable de Fiennes déja caſſé & tout uſé des fatigues paſſées, s'étoit démis de ſa charge. Le Roi & toute ſa Cour jettoit les yeux ſur Bertrand du
1370. Gueſclin, comme le plus propre à le remplacer ; de Fiennes l'indiqua lui-même comme le plus capable de ſoutenir cet emploi. Le Roi le fit venir à Paris, & lui en fit la propoſition ; il réſiſta quelque tems, mais il ſe rendit enfin aux inſtances

---

mus, Bituricenſi Duci & Bertrando Gueſclinio manus dederat. Exercitum Francorum nullum offendit, quia Andegavenſis & Bituricenſis Duces poſt expeditionem factam, pugnatores ſuos miſſos fecerant. Lemovicum igitur Gallenſis obſedit : non aperto marte urbem expugnare contendit ; ſed admotis cuniculis per menſem integrum muros decutere ſatagebat ; demumque tanta murorum pars decidit, ut cumulatis foſſis, amplus obſidentibus pateret acceſſus. Angli igitur ſervato cuneorum ordine, in urbem, nullo obſiſtente ſunt ingreſſi : tum obvios quoſque viros, mulieres, infantes immaniter trucidarunt. Qui ad pedes Principis provoluti miſericordiam ejus implorabant, ferro necabantur ut alii ; iram ejus placare nihil poterat, ut vindictam exerceret etiam in tenellos infantes ab ubere matrum avulſos. Epiſcopus quoque captus fuit, & ad Gallenſem Principem adductus, dira indignaque ſuſtinuit, ita ut minaretur Princeps ſe caput illi amputari juſſurum. Urbs tota direpta, & poſtea flammis tradita fuit. Duces Francorum qui intra urbem erant, poſtquam ſtrenue dimicaſſent, capti fuere. Epiſcopus grande vitæ periculum ſubiit, & captivus abductus fuit; ſed poſtea, rogante Summo Pontifice, liber evaſit.

Idem. Poſt captum Lemovicum, Princeps Gallenſis ingraveſcente in dies morbo illo, quem in Hiſpania contraxerat, copias ſuas miſſas fecit, & Burdegalam ſe recepit, ubi primogenitum ſuum morbo conſumtum amiſit. Deinde ſuadentibus Medicis, in natali ſolo ſe meliore valetudine fruiturum ſperans, navem conſcendit ut in Angliam trajiceret, relicto Duce Lancaſtriæ fratre Aquitaniæ Rectore. Comperto Rex Carolus Lemovicenſi excidio, indignatus admodum eſt. Urbem porro reſtaurare curavit, ipſique privilegia magna contulit. Narrat Froiſſartius Lemovici deſolationem & excidium, in cauſa fuiſſe, quod Rex Carolus Bertrandum Gueſclinium Conſtabularium Franciæ creaverit. At alii Scriptores dicunt jam anno præterito 1370. voluiſſe ipſum exercituum ſuorum ducem & Conſtabularium conſtituere, ut qui poſſet felici exitu difficilia bella peragere. Jam Conſtabularius de Fiennis, ſenio laboribuſque confectus, Officii ſui munus depoſuerat. Neque Rex modo, ſed etiam Regiæ aulæ primores omnes Gueſclinium, ut ad tale munus aptiſſimum, indicabant, ipſeque Robertus de Fiennis hunc ſibi ſucceſſorem fore omnium digniſſimum ſignificabat. Rex igitur ipſum Lutetiam evocavit, ipſique Conſtabularii munus obtulit. Præ modeſtia ille aliquantum obſtitit; ſed tandem inſtanti Regi ceſſit &

du

du Roi & fut fait Connétable. Il partit d'abord avec de bonnes troupes, accompagné d'Olivier de Cliſſon, qui avoit déja donné des preuves de ſa valeur. Il alla chercher Robert Knolles, qui avoit ravagé pluſieurs Provinces du Roiaume. Il rencontra au Pont-Vallain une bonne partie de ſes troupes, commandées par Thomas Grantſon, & la chargea. Les Anglois ſe défendirent longtems & furent enfin tous pris ou tuez. Après cette défaite, Knolles congedia ſa troupe & ſe retira en Bretagne. Il y eut encore quelques actes d'hoſtilité cette même année & la ſuivante. Le château de Mont-Paon près de Bourdeaux, fut pris par quatre Chevaliers Bretons, & depuis repris par les Anglois. Le Connétable prit auſſi pluſieurs villes, châteaux & fortereſſes.

Bertrand du Gueſclin fait Connétable.

Défait les troupes Robert Knolles.

Le mariage qui ſe fit alors entre le Duc de Lancaſtre, & la fille aînée de Pierre le Cruel Roi de Caſtille, tourna à l'avantage de la France. Le Duc de Lancaſtre prit le titre de Roi de Caſtille, ce qui déplût fort au Roi Henri. Voiant un puiſſant competiteur, qui ne pouvoit s'élever que ſur ſes ruines, il fit un Traité de conféderation avec le Roi Charles, & arma une grande flote. Le Duc de Lancaſtre aiant paſſé de Bourdeaux en Angleterre, le Roi Edouard envoia en Poitou le Comte de Pembroc avec une grande flote. Celle d'Eſpagne étoit venue à la hauteur de la Rochelle. Les deux armées ſe rencontrerent, il y eut un combat, qui dura juſqu'à la nuit, ſans nul avantage de part ni d'autre : les Anglois envoierent demander ſecours à ceux de la Rochelle, qui malgré toutes les inſtances que pût faire leur Sénechal demeurerent neutres, & voulurent être les ſpectateurs de la bataille. Le Sénechal y alla lui-même avec quelques Chevaliers & un fort petit ſecours, qu'il mit ſur quatre barques. Le lendemain le combat recommença. Les Anglois ſe défendirent vaillamment; mais ils ſuccomberent enfin, & furent tous pris avec le Comte de Pembroc leur chef. Les Eſpagnols les chargerent de chaînes; ainſi avoient-ils accoutumé de faire, de même que les Allemans : au lieu que les François & les Anglois ſe traitoient avec plus de generoſité & de courtoiſie. La flote d'Eſpagne s'en retourna triomphante emmenant les priſonniers, dont les Eſpagnols tirerent une groſſe rançon.

1372.

La flotte Angloiſe défaite par l'Eſpagnole.

Cette défaite porta un grand changement dans les affaires. Les conquêtes des François allerent plus rapidement dans la ſuite, comme nous verrons. Vers le même tems que ce combat naval ſe donnoit, Yvain de Galles Seigneur Anglois,

---

Conſtabularii munus accepit, ſtatimque movit cum valida armatorum manu, comitante Olivario Cliſſonio, qui jam fortitudinis ſuæ argumenta dederat. Robertum Knollum Gueſclinius attingere cupiebat, qui plurimas regni provincias devaſtaverat. Magnam vero copiarum ejus partem offendit ad Pontem Vallanium in Cenomanis, duce Thoma Grantſonio. Acerrima pugna fuit : Angli fortiter pugnantes ad unum vel cæſi, vel capti ſunt. Hoc comperto Knollus, miſſis copiis ſuis, in Britanniam ſe recepit. Alia quoque hoſtilia hoc ipſo anno geſta ſunt. Quatuor equites Britones Montis Paonis caſtrum prope Burdegalam ceperunt; ſed ab Anglis poſtea recuperatum fuit.

Froiſſart. Contractum hoc tempore connubium inter Lancaſtriæ Ducem & primogenitam filiam Petri Crudelis Caſtellæ Regis, in Francorum commodum ceſſit. Lancaſtrius ſeſe Caſtellæ Regem nuncupavit. Ingrata res Henrico Regi fuit, qui competitorem & æmulum videns armis inſtructum, qui nonniſi profligatis Henrici rebus, in illo gradu ſtare poterat, pacta & fœdera iniit cum Carolo Francorum Rege, & claſſem magnam apparavit. Cum vero Lancaſtrius Burdegala in Angliam trajeciſſet, Eduardus Rex in Pictavos Pembrocii Comitem miſit cum claſſe grandi. Hiſpanienſis vero claſſis e regione Rupellæ verſabatur. Tum claſſis altera alteram offendit, acriterque pugnatum eſt uſque ad noctem, neutra autem claſſis prævaluiſſe videbatur. Dum nox pugnam dirimeret, mittunt Angli Rupellanos rogatum auxilia ſibi ſuppeditarent. Quantumcumque vero Seneſcallus inſtaret & obſecraret, ut opitulatum mitterent, Rupellani neutri partium favere voluerunt; ſed ſpectatores certaminis manſere. Seneſcallus porro cum aliquot equitibus, & modica armatorum manu in ſcaphas quatuor conſcendens, in claſſem Anglicam ſe contulit. Inſequente luce redintegrata pugna fuit : Angli fortiter decertarunt; ſed ſuccubuere tandem, omneſque cum Pembrocio duce capti ſunt. Ipſos Hiſpani catenis onuſtos captivos detinuerunt. Hac ſolebant Hiſpani ratione cum hoſtibus agere, perinde atque Germani : ſed Franci & Angli majori cum generoſitate humanitateque captivos excipere in uſu habebant. Hiſpanica claſſis triumphans cum captivis in Hiſpaniam regreſſa eſt, ad quorum redemtionem Hiſpani pecuniam grandem exegerunt.

Hæc Anglorum clades rerum faciem immutavit. *Idem.* Exinde Franci celerius caſtra & urbes ceperunt, ut mox narrabitur. Quo tempore iſthæc navalis pugna committebatur, Ivo Gallenſis ex nobiliſſimis Anglo-

qui longtems auparavant, lorſque ſon pere fut executé pour avoir été du parti des Spenſers, s'étoit refugié en France, fit une deſcente dans l'Iſle de Greneſai, avec des troupes Françoiſes. Aimon Roſe qui commandoit dans l'Iſle ramaſſa tout ce qu'il pût d'Anglois & d'Inſulaires pour aller l'attaquer. Le combat fut rude, mais enfin les Anglois furent défaits; de huit cens qu'ils étoient, quatre cens demeurerent ſur la place. Yvain alla aſſieger un château, mais il reçût ordre du Roi Charles de ſe rendre en Caſtille, pour négotier avec le Roi Henri, & obtenir de lui une flote, avec des vaiſſeaux plats pour aider au ſiége de la Rochelle. Il leva d'abord le ſiége, & s'embarqua pour paſſer en Eſpagne.

Le Connétable prend pluſieurs places.

Le Connétable du Gueſclin profitant de la conjoncture prit pluſieurs places dans le Poitou, Montmorillon, Chauvigni, Leuzat, & le fort château de Montcontour, qui après s'être bien défendu quelque tems ſe rendit à compoſition. D'un autre côté le Duc de Berri vouloit aſſieger Sainte Severe en Limoſin place des plus fortes, & des mieux munies. Il envoia prier le Connétable de venir ſe joindre à lui pour en faire le ſiége. Ils attaquerent vigoureuſement la place, & firent donner un aſſaut ſi terrible & qui dura ſi longtems, que les aſſiegez craignant d'être pris de force ſe rendirent par compoſition. Les Anglois & les Poitevins ſous la conduite du Captal de Buch, s'étoient aſſemblez pour faire lever le ſiege ; mais apprenant que la forteresſe s'étoit renduë, ils s'arrêterent. Après la priſe de ces places, ceux de Poitiers dont les trois quarts étoient pour la France, firent dire au Connétable, que s'il vouloit venir à eux, ils lui ouvriroient les portes de leur ville. Il y vint avec trois cens chevaux, & trouvant les portes de la ville ouvertes, il y entra, & en prit poſſeſſion pour le Roi.

Les Anglois & les Poitevins qui s'étoient aſſemblez ſous la conduite du Captal de Buch, apprenant toutes ces priſes de places, furent fort étonnez, & n'oſant plus tenir la campagne, ils ſe ſeparerent en deux corps; les Poitevins prirent le chemin de Thouars, & les Anglois s'en allerent à Niort; mais ils trouverent les portes fermées & les ponts levez, ceux de la ville ne vouloient plus les recevoir. Ils ſe mirent en devoir d'y entrer de force, & n'y ayant dedans que des bourgeois & des artiſans, peu capables de deffenſe, ils les forcerent en peu de tems, tuerent un grand nombre de ſes habitans, hommes & femmes, & pil-

---

rum, qui diu antea, cum pater ipſius, quod Spenſerorum partes ſectatus fuiſſet, capite truncatus eſt, in Franciam aufugerat; in Garnſeiam inſulam exſcenſum fecit, cum Francorum manu valida. Aimo autem Roſeus, qui tum Inſulam regebat, quantos potuit Anglos & Inſulanos collegit, ut illum adoriretur. Pugna committitur, acriterque certatur, tandemque Angli victi ſunt, exque octingentis, quadringenti ceciderunt. Caſtellum obſedit Ivo Gallenſis. Inter hæc vero a Rege Carolo juſſus eſt, in Caſtellam proficiſci, ac cum Henrico Rege id agere, ut claſſem planarum navium impetraret, quæ obſidendæ Rupellæ uſui foret. Statim ille, obſidione ſoluta, in Hiſpaniam profectus eſt.

Idem. Conſtabularius vero Gueſclinius, occaſionem bene gerendæ rei arripiens, oppida multa in Pictavorum tractu cepit, Montem-Maurilionis, Calviniacum, Leuzatum, & Montis-Conſularis munitiſſimum Caſtellum, quod cum aliquandiu oppugnantium impetum propulſaviſſet, deditionem fecit. Ex altera vero parte Bituricenſis Dux ſanctam Severam in Lemovicino agro, firmum, munitiſſimumque caſtrum obſidere cupiens, Conſtabularium rogavit ſe cum gente ſua conveniret, ad obſidionem faciendam. Caſtrum illi fortiter impugnarunt, atque aſſultu validiſſimo & diuturno ita obſeſſos exterruerunt, ut ne vi caperentur, pacta conditione, deditionem fecerint. Angli & Pictavi duce Capitali Boiorum una convenerant, ut obſidionem ſolvere cogerent; ſed cum captum caſtellum fuiſſe audiviſſent, non ſunt ultra progreſſi. Poſt capta tot oppida & caſtella, Pictavorum civitas, in qua tres civium partes Francis ſtudebant, Conſtabulario nunciari curarunt, ſi veniret, portas civitatis apertas ſe reperturum eſſe. Acceſſit ille cum trecentis equitibus, & ut polliciti cives erant, aperta oſtia reperit, in urbem intravit, illamque in Caroli Regis poteſtatem reduxit.

Angli & Pictavi qui duce Capitali Boiorum in unum convenerant, ubi tot urbes, oppida, caſtra in Francorum poteſtatem redacta fuiſſe didicerunt, ſtupore perculſi, cum non auderent ultra in aperto campo bellum gerere, in duas ſeſe partes diviſerunt. Pictavi Duracium iter arripuerunt, Angli vero Niortum venerunt; ſed occluſas portas, ponteſque ſublicios erectos invenerunt. Oppidani nolebant illos intra mœnia recipere: at illi ut vi in urbem irrumperent ſeſe appararunt, at cum nonniſi oppidani & artifices imbelles ad illos propulſandos adeſſent, impetu facto, intra breve tempus in urbem ingreſſi, magnam partem virorum mulierumque trucidarunt, domoſque *Froiſſart.*

lerent toutes les maiſons. Si la ville avoit pû tenir quelques heures, le ſecours que le Connétable y envoioit y ſeroit arrivé à tems.

Sur ces entrefaites arriva devant la Rochelle Yvain de Galles avec une flote Eſpagnole de quatorze gros navires & de huit galeres : tous ces bâtimens étoient chargez de gens de guerre, & ſe tinrent devant la Rochelle pour bloquer la ville par mer. Le Connétable qui étoit alors à Poitiers envoia un corps de troupes pour prendre le château de Soubiſe, ſitué à l'embouchure de la Charente. La Dame de Soubiſe ſe voyant aſſiegée demanda ſecours au Captal de Buch, qui ſe tenoit à S. Jean d'Angeli. Il y marcha avec un corps de troupes conduites par les plus braves Capitaines Anglois. Cette entrepriſe des François alloit échouer ſans la prévoyance du brave Yvain de Galles, qui bien informé & du ſiege de Soubiſe, & du nombre de ceux qui venoient pour le faire lever, choiſit quatre cens hommes qu'il mit ſur treize barques, & alla débarquer vis-à-vis le château. Il y vint fort à propos, dans le tems que les François ſurpris la nuit. étoient fort mal menez par le Captal & ſa troupe. Le Sire de Pons Commandant étoit déja pris, avec ſoixante autres, & les François prenoient la fuite. Yvain donna vigoureuſement ſur les Anglois & les Gaſcons, les défit à plate couture. Il y eut de leur côté beaucoup de morts & de priſonniers, du nombre deſquels fut le Captal de Buch. La petite ville de Soubiſe ſe rendit peu de jours après, & la Dame prêta ſerment de fidelité au Roi de France. Saint Jean d'Angeli & Saintes furent réduits ſous ſon obéiſſance ſans perte de gens.

Le Captal de Buch pris.

Il ne reſtoit gueres que la Rochelle à prendre. Les Rochellois étoient tout diſpoſez à ſe donner à la France ; une ſeule choſe les arrêtoit. Il y avoit dans cette ville un château dont le Gouverneur étoit un nommé Manul, qui le gardoit pour le Roi d'Angleterre. Il n'y avoit pas moyen de le gagner, & de le faire tourner pour la France. Le Maire de la ville s'aviſa d'un expedient ; il invita Manul à dîner, & lui dit à table qu'il avoit un ordre à lui ſignifier de la part du Roi Edouard, qui commandoit au Maire de la ville de faire montre dans la place publique des gens de la ville portans armes, & au Commandant du château de faire montre dans la même place de la troupe qui compoſoit ſa garniſon. Il montra à Manul des lettres avec le ſceau du Roi Edouard, qu'il reconnut ; mais comme il ne ſçavoit pas lire, le Maire lut lui-

---

diripuerunt univerſas. Si per aliquot horas Anglorum impetum Oppidani ſuſtinuiſſent, manus pugnatorum, quam Conſtabularius mittebat in opem, urbem a direptione ereptura erat.

Idem. Inter hæc Ivo Gallenſis ante Rupellam advenit cum Hiſpana claſſe navium magnarum quatuordecim, & octo quinqueremium, quæ naves onuſtæ pugnatoribus erant, & ante Rupellam ſteterunt, ut omnem aditum ex parte maris occluderent. Conſtabularius autem, qui tunc in Pictavorum urbe degebat, armatorum manum miſit, quæ Solbiſiam caſtellum obſideret, ad oſtia Carantoni ſitum. Solbiſiæ Domina ſe obſeſſam videns, a Capitali Boiorum auxilium petiit, qui tunc apud ſanctum Joannem Angeriacenſem verſabatur. Movit ille cum cohortibus, quæ a fortiſſimis Anglorum ducebantur. Hæc autem Francorum expeditio infelicem exitum habitura erat, niſi ſtrenuus ille Ivo Gallenſis, obſidentium ſaluti proſpexiſſet. Cum comperiſſet enim quo in ſtatu eſſet Solbiſiæ obſidio, & quantum loco ſubſidium contra obſidentes accederet, quadringentos viros delegit, quos ſcaphis tredecim impoſuit, & e regione caſtelli exſcenſum fecit. Opportuniſſime autem advenit, quo tempore Franci ex improviſo impetiti, a Capitali & ſuis acerrime urgebantur. Jam Pontius Dux & ſexaginta alii capti erant: jam Franci fugam capeſſebant. Strenuiſſime Ivo Anglos & Vaſcones invaſit, penituſque illos devicit. Ex iis multi cæſi, multi capti ſunt, ex quorum numero fuit Capitalis Boiorum. Solbiſiæ oppidum paucis elapſis inde diebus, deditionem fecit, Solbiſiæque Domina ſacramentum fidei Regi Francorum præſtitit. Sub ejus poteſtatem redactæ ſine ulla jactura ſunt urbes ſancti Joannis Angeriacenſis & Santonum.

Una ſupererat Rupella in ordinem redigenda, cum pauciſſimis aliis locis. Rupellani ſeſe Regi Francorum dedere peroptabant ; ſed impedimentum unicum erat: caſtellum nempe, cujus rector & cuſtos erat vir quiſpiam nomine Manulus, quem nulla arte ad optatum ſuum deducere, vel ad partes Francorum pellicere ſe poſſe ſperabant, ſed aſtu quopiam Major urbis rem totam confecit. Manulum ad prandium invitavit, atque inter fercula hoſpiti ſuo dixit, ſe literas accepiſſe ab Eduardo Rege, queis Majori urbis imperabat, ut in platea urbis publica, pugnatorum omnium qui in urbe erant recenſionem faceret ; & ut caſtelli Rector armatos ſuos eamdem in plateam educeret recenſendos. Manulo autem literas oſtendit regio ſigillo munitas, quod ſigillum Manulus agnovit ; ſed cum literas non noſſet,

même la lettre qui faisoit foi de ce qu'il venoit de dire. Le bon homme le crut & fit sortir sa garnison. Dès qu'elle fut sortie, deux cens hommes que le Maire avoit appostez, & qui se tenoient cachez, se saisirent du château. La ville se rendit au Roi, à condition que le château seroit démoli, & qu'on n'y en bâtiroit plus d'autre, qu'on y frapperoit monnoye. Ils demanderent encore plusieurs autres privileges qui leur furent accordez. Les Rochellois acquirent ainsi une espece de liberté, dont ils se prévalurent depuis contre l'Etat. Le Connétable vint prendre possession de la ville pour le Roi Charles.

La Rochelle se donne au Roi.

Après tant d'heureux succès le Duc de Berri se rendit maître de S. Maixant, & de quelques autres places. Le Connétable prit aussi plusieurs châteaux, & vint enfin assieger Thouars où s'étoient retirez la plûpart des Comtes & des Seigneurs qui tenoient le parti du Roi d'Angleterre. Voiant qu'ils seroient infailliblement pris, ils firent un traité, que s'ils n'étoient point secourus du Roi d'Angleterre depuis ce jour jusqu'à la saint Michel, ils se rendroient au Roi de France. Le Roi d'Angleterre croiant qu'il y alloit de son honneur d'empêcher que cette place ne fut prise, & de rétablir ses affaires dans l'Aquitaine & dans le Poitou, équippa une des plus puissantes flottes qu'on eut encore vû, & fit des levées extraordinaires de gens de guerre. Il se mit en mer : les vents lui furent si contraires, qu'il ne pût jamais tourner vers la Rochelle. Il tenta souvent de faire voile de ce côté-là, mais le vent le repoussoit toujours sur ses côtes, de sorte que la saint Michel approchant, il fut obligé de relâcher & de prendre terre. Il dit alors avec indignation, parlant du Roi Charles : IL N'Y EUT ONCQUES ROY QUI MOINS S'ARMAST, ET SI N'Y EUT ONCQUES ROY QUI TANT ME DONNAST A FAIRE. Après la saint Michel de Septembre Thouars se rendit, & le Roi se trouva maître du Poitou, excepté Niort, & un fort petit nombre de places ou châteaux.

Siege & prise de Thouars.

Au commencement de la campagne suivante le Connétable alla assieger la ville & le château de Chisai. Le nombre des combattans ne montoit pas à plus de quatorze cens qui se retrancherent, & environnerent leur camp de palissades, crainte de surprise. Jean d'Evreux qui commandoit à Niort, sortit avec six ou sept cens gendarmes Anglois, pour secourir ceux de Chisai, & s'avança jusqu'auprès du camp du Connétable, qui voiant les Anglois si près de lui, fit ab-

---

Major urbis ea legit ipsi, quæ dictis suis fidem facerent. Vir ille simplex fidem habuit legenti, & præsidium castelli totum foras eduxit. Quo egresso, ducenti armati viri, quos Major in latebris posuerat, erumpentes, castellum occuparunt. Urbs sese Regi dedidit, his pactis conditionibus, ut castellum solo æquaretur, nec aliud ultra castellum construeretur, ut civitas cudendæ monetæ facultatem haberet. Multa quoque alia privilegia expetiere Rupellani, quæ concessa illis sunt. Sic Rupellani speciem quamdam libertatis sibi impetrarunt, qua postremis exinde temporibus sunt abusi.

Froissart. Rebus omnibus ita prospere gestis, Dux Bituricensis sanctum Maxentium, & aliqua alia oppida occupavit. Constabularius etiam castella plurima cepit, tandemque Duracium obsessum venit, quo confugerat magna pars Comitum & Procerum qui Regis Angliæ partes sectabantur. Cum viderent autem capiendum haud dubie fore oppidum, cum Constabulario hac conditione pepigere, ut si non ab illa die ad usque proxime sequens sancti Michaelis festum, ab Rege Angliæ auxilium acciperent, sese & oppidum Regi Francorum dedituri essent. Rex porro Angliæ putans sibi dedecori fore, si oppidum illud Regi Francorum dederetur, & si ille res suas in Aquitania & in Pictavis restaurare negligeret, classem apparavit, quæ major visa non fuerat, & armatorum copiam ingentem collegit, mareque conscendit. Tum sævo & adverso reflante vento, nunquam versus Rupellam vela dare potuit. Illò naves dirigere sæpe contendit, sed venti ad oras Anglicanas illum semper rejiciebant. Cum porro S. Michaelis festum jam appropinquaret, exscensum facere coactus est : tumque de Carolo Rege loquens, hoc cum indignatione dictum protulit : NUNQUAM FUIT REX, QUI MINUS ARMA SUMERET, ET NUNQUAM FUIT REX, QUI MIHI PLUS NEGOTII FACESSERET. Cum advenisset festum Sancti Michaelis, Duracium deditionem fecit, sicque Rex Carolus tota Pictavorum regione potitus est, excepto Niorto, ac paucis oppidis & castellis.

Anno sequenti ab obsidione Chisacii oppidi atque castelli cœpta sunt hostilia. Armatis viris non plus mille quadringentis instructus Constabularius ante oppidum castra posuit, quæ ne ab hostibus ex improviso invaderentur, palis & vallo circummunita sunt. Joannes porro Ebroicensis qui Niorti imperabat, cum sexcentis vel septingentis pugnatoribus Anglis egressus est, ad opem obsessis ferendam, & ad Constabularii castra propius accessit. Is hostem in limine videns, palos circum- *Idem.*

batre les paliſſades qui environnoient ſon camp, pour marcher contre eux. Prévoiant bien que les aſſiegez ne manqueroient pas de ſortir pour venir aider les Anglois qui s'étoient mis en campagne pour les ſecourir, il mit deux cens hommes en embuſcade, & alla contre l'ennemi. Les aſſiegez ſortirent au nombre de ſoixante, & tomberent dans l'embuſcade où ils furent preſque tous tuez ou pris, après s'être bien défendus. Le combat ſe donna enſuite, & les Anglois percerent d'abord le premier corps de troupes qu'ils trouverent ; mais deux autres corps de troupes fraiches étant venus ſur eux, ils furent enfin défaits ; il ne s'en ſauva pas un de la troupe, tous furent ou morts ou priſonniers.

Le beau Manuſcrit de Froiſſart de la Bibliotheque du Roi, nous repreſente le PL.
camp du Connétable du Gueſclin. On y voit des tentes dreſſées, & dans le loin- VI.
tain la ville de Chiſai. [1] Ces tentes ſont marquées de lettres pour les diſtinguer 1.
& les faire connoître. Nous voions ici des ſoldats, qui par ordre du Géneral
mettent à bas les paliſſades. On a jugé à propos pour remplir la Planche de
mettre ici [2] la figure de Bertrand du Gueſclin, comme on la voit à S. Denis 2.
dans la Chapelle du Roi Charles V.

Après cette victoire Chiſai ſe rendit ; Niort & tout ce qui reſtoit de fortereſſes dans le Poitou ſuivirent ſon exemple. La Saintonge & le payis d'Aunis ſe mirent auſſi ſous l'obéïſſance du Roi.

Le Duc de Bretagne, qui étoit tout Anglois dans ſon ame, voioit à contre- 1373.
cœur ces heureux ſuccès des armées de France, & la décadence des affaires du
Roi Edouard. Il avoit encore le chagrin de voir que ſes ſujets, tant les grands
Seigneurs, que les particuliers, s'étoient tournez pour le Roi de France. Ne ſe
tenant donc point en ſûreté dans ſon payis, il demanda ſecours au Roi d'An- Guerre en Bretagne.
gleterre, qui lui envoia le Comte de Saliſberi avec grande quantité de troupes. Les Bretons voiant ces Anglois dans leur payis, furent mal-ſatisfaits de leur Duc qui les avoit fait venir. Le Roi Charles manda à ſon Connétable de ſe rendre en Bretagne : il y vint volontiers avec ſes troupes, aiant toujours été oppoſé à Jean de Montfort. Il ſe préſenta devant Rennes, qui lui ouvrit les portes, Vannes ſe rendit auſſi. Le Duc de Bretagne qui ſe méfioit toujours des Bretons, avoit jugé à propos pour plus grande ſûreté de ſe retirer en Angleterre, laiſſant le gouvernement de ſon Duché à Robert Knolles. Le Connétable continua toujours à prendre les villes & châteaux de la Bretagne, & vint aſſiéger Hennebond. Il fit dire

---

Poſt has prolatas opiniones inter factionum partes aucta diſſidia ſunt; ita ut periculum eſſet ne manus ſtatim conſererent. At Principes tandem una conſenſerunt, ut delectis arbitris res committeretur, ambæque partes illorum deciſioni manus darent. Statuêre porro arbitri, ut quamprimum Rex unctione ſacra liniretur & coronaretur; ut acta omnia ejus nomine fierent, illiuſque ſigillo munirentur, ut Dux Andium Regentis nomine res adminiſtraret, gazam omnem pecuniæ & cimeliorum penes ſe haberet, iis exceptis quæ ad Regiæ familiæ victum ſpectarent; ut Duces Burgundiæ & Borbonii Regem educandum curarent. Ambianenſis Cardinalis qui rem ærariam vivente Carolo V. adminiſtrarat, populis peroſus admodum erat, cumque Rex ipſe alienatum ab illo animum præ ſe ferret; re cognita ille, pellente nemine, protinus abſceſſit, & vim pecuniæ grandem, ut rumore ferebatur, ſecum abſtulit. Olivarius Cliſſonius, jam in Conſtabularii officium evocatus, idem munus exercere juſſus eſt.

Regis unctio ſacra Rhemis peracta eſt, nec ſine diſ-

Sacre du Roi Charles VI.

que diſpute entre les Ducs d'Anjou & de Bourgogne ſur la preſſeance. Ce dernier prétendoit qu'étant le premier Pair ſéculier dans ce Sacre, il devoit l'avoir ſur le Duc d'Anjou ; & il l'eut en effet. La céremonie fut faite avec beaucoup de magnificence. On fit enſuite un grand feſtin, ſur lequel Froiſſart s'explique en cette maniere. » Après la Meſſe on vint au Palais : & pour ce que la ſalle eſ- » toit trop petite pour recevoir tel peuple, on avoit fait en la cour du Palais un » haut & grand trait ſur hautes eſtages, & là fut le diſner fait & ordonné : & » s'aſſirent le jeune Roi & ſes cinq oncles, Brabant, Anjou, Berri, Bourgogne » & Bourbon à ſa table bien loin de lui : & l'Archeveſque de Rheims & autres » Prélats furent à ſa dextre. Et les ſervoient de haux Barons, le Sire de Couci, le » Sire de Cliſſon, Meſſire Gui de la Trimouille, l'Admiral de la mer, & ainſi » des autres ſur haux deſtriers tous couvers & parez de draps d'or. Deſtrier étoit un terme fort commun en ces tems-là pour ſignifier un cheval, un beau courſier. Ils portoient les mets à cheval, dit Juvenal des Urſins. Après cela le Roi fit pluſieurs Chevaliers & reçût des hommages.

PL. XIX.

Le Sacre du Roi Charles VI. ſe trouve dans une tapiſſerie de la Chapelle Imperiale de Bruxelles, après laquelle M. Pothier l'a fait deſſiner & me l'a communiqué. L'action du Sacre ne s'y voit pas. Le Roi y eſt repreſenté ſur un grand trône, aiant les Pairs Eccleſiaſtiques à ſa gauche & les Pairs Séculiers à ſa droite. Il tient de la droite la Main de Juſtice, & de la gauche un ſceptre, au ſommet duquel eſt un lion. Sur le faîte du trône ſont trois écuſſons de France à trois fleurs-de-lis chacun. C'eſt du tems de ce Roi que les fleurs-de-lis furent fixées à trois dans les armes de France. Ce n'eſt pas qu'on ne trouve ſous pluſieurs Rois précedens des écuſſons qui n'ont que ce nombre de fleurs-de-lis, comme on peut voir ci-devant dans l'Inventaire de Charles V. Mais les fleurs-de-lis ſans nombre étoient plus en uſage. Les ſix Pairs Evêques ſont croſſez & mitrez. Les ſix Pairs Séculiers tiennent chacun un petit bâton, & ont à la tête une eſpece de guirlande ; ils ſont vêtus à peu près de même. Il en faut excepter le Comte de Toulouſe, dont l'habit eſt fort différent de celui des autres Pairs. Il porte une couronne de forme ſinguliere. Au-deſſous de chaque Pair ſont ſes armoiries. On remarque ſur ces écuſſons beaucoup de varietez ; celui du Duc de Bourgogne eſt de l'ancienne Bourgogne : le Duc de Normandie avoit deux Leopards

---

ſidio Duces inter Andium & Burgundiæ, qui minor licet ætate, contendebat ſe, utpote primum Parem Franciæ ſæcularem, fratrem ſuum ætate licet majorem Andegavenſem Ducem antecedere debere, & reipſa anteceſſit. Unctionis ſacræ ritus cum magnificentia & apparatu maximo peractus eſt. Hinc ingens ſequitur convivium, quod his depingit verbis

Froiſſart.

Froiſſartius. » Poſt ſacra celebrata, in ædes regias itur, » quia vero cœnaculum longe minus erat, quam ut » tantam multitudinem capere poſſet, in ædium aula » ſive area ex ligneis tabulis grande & præaltum cœ- » naculum ſtructum fuit, quo fercula allata, ibique » concinne poſita fuere. Sedit juvenis Rex, ſederunt » quoque ejus ſeu patrui ſeu avunculi Duces Braban- » tiæ, Andium, Biturigum, Burgundiæ & Borbonii, » ad menſam eamdem ; ſed procul a Rege. Archiepiſ- » copus vero Rhemenſis & alii Epiſcopi ad dexteram » ejus ſedes habuere. Prandentibus miniſtrabant pro- » cerum nobiliſſimi, Cuciacenſis Toparcha, Cliſſo- » nius, Guido de Trimollia, maris Præfectus, alii- » que equis auro ſtratis & opertis vecti. Equites, inquit Juvenalis Urſinus, fercula geſtabant. Poſt » prandium Rex Equites plurimos creavit, & *hominia* » accepit.

Celebritas ſacræ unctionis Caroli VI. viſitur in aulæo Capellæ Imperialis Bruxellenſis, ad cujus fidem delineatam mihi tabulam D. Potherius obtulit ; ſed ipſa unctio hic non repræſentatur. Rex in præalto ſolio exhibetur ; Pares Eccleſiaſticos ad ſiniſtram, ſæculares vero ad dexteram habens. Dextera vero tenet Rex manum juſtitiæ ; ſiniſtra autem ſceptrum leone ſuperne terminatum. In ſolii faſtigio tria ſcuta Francica conſpiciuntur, quorum ſingula tres lilii flores exhibent. Hujuſce Regis tempore ad ternum numerum redacta ſunt lilia in ſcutis & inſignibus Franciæ, tamenque anteriorum Regum tempore ſcuta tribus tantum liliis inſignita conſpiciuntur, ut videre eſt ſupra in indice cimeliorum Caroli V. Regis. Verum flores lilii ſine definito numero in uſu frequentiori erant. Pares Epiſcopi pontificale pedum & mitram, ut vocant, geſtant. Sex vero Pares ſæculares virgam ſinguli tenent, ac ceu ſertum ex floribus capite geſtant, omneſque eodem veſtium genere teguntur ; uno excepto Comite Toloſano, cujus indumenta a cæteris longe diſcrepant : coronam vero geſtat ille omnino ſingularem. In ſcutis & inſignibus varietates non paucæ obſervantur. Burgundiæ inſignia ſunt Burgundiæ illius veteris. Normanniæ Dux pardos duos, quorum alter

Le Sacre du Ro

CHARLES VI.



d'or l'un ſur l'autre dans un champ de gueules, & le Duc d'Aquitaine n'avoit qu'un Leopard. Ici c'eſt tout le contraire, Normandie n'en a qu'un & Guienne en a deux, qui ont la forme de Lions plutôt que de Leopards : le Lion de Flandres qui devroit être de ſable, eſt de gueules, ſi ce n'eſt pas la faute du Deſſinateur. Dans les Pairs Eccleſiaſtiques, Rheims qui a la croix de gueules, l'a ici d'argent ; le ſautoir de gueules de Langres eſt ici d'argent. Noion n'a pas les deux croſſes adoſſées d'argent qui devoient y être.

Les douze Pairs de France ſe trouvent fort ſingulierement repreſentez dans les vitres de S. Sauveur de Bruges. D. Ambroiſe d'Audeux de Beſançon, Benedictin de la Congregation de S. Vannes, me les a envoiez peints d'après l'original, & m'a fourni d'autres pieces conſiderables pour cet Ouvrage. Dans la copie qu'il m'a envoiée ſur les Pairs Eccleſiaſtiques on lit ces mots : *La partie dextre de la Verrerie ancienne de S. Sauveur à Bruges* ; & ſur les Pairs Séculiers : *La partie ſeneſtre de la Verrerie ancienne de S. Sauveur à Bruges.* Ces peintures ſur vitre ſont d'un goût fort groſſier, auquel je n'ai pas permis qu'on ait rien changé. Les Pairs Eccleſiaſtiques ont la mitre en tête, l'épée à la main. Ils ſont revêtus de leur blâſon, & portent un long manteau rejetté ſur le derriere. Il eſt bien vrai que les Evêques en ces tems-là alloient à la guerre, y conduiſoient des troupes, & ſe battoient comme les autres Seigneurs & Barons. Mais je ne ſai s'ils ſe trouvoient jamais dans l'aſſemblée des Pairs, l'épée à la main & la mitre en tête, comme on les voit ſur cette Planche. Ce pourroit bien être ici un pur caprice du Peintre. Les Pairs Séculiers ſont auſſi revêtus de leur blâſon, & tiennent l'épée à la main. Ils ont tous un bonnet ſemblable Le Duc de Bourgogne revêtu des armes de Bourgogne ancienne & moderne, tient à la main l'écuſſon de Bourgogne ancienne, bandé d'or & d'azur de ſix pieces à la bordure de gueules ; mais celui qui eſt ſous ſes pieds, repreſente les armes de la moderne écartelée de l'ancienne. Les Pairs Eccleſiaſtiques ſont ici ſans aucun ordre, les Ducs mêlez avec les Comtes. Leurs armoiries varient en pluſieurs choſes qu'il ſeroit trop long de rapporter. Ces varietez dans le blâſon ſe trouvent dans les anciennes figures, comme nous avons déja remarqué. PL. XX.

Il fut ordonné à Rheims qu'on ôteroit les Aides, ſelon la volonté du Roi Charles V. ils furent en effet ôtez. Mais le Duc d'Anjou, qui ramaſſoit de l'ar-

---

alteri ſuperpoſitus erat, geſtabat in campo rubro, & Dux Aquitaniæ pardum unum ferebat. Hic vero contra, Normannia unicum, Aquitania duos habet, qui magis leones, quam pardos referunt. Leo Flandrenſis qui niger eſſe deberet, ruber eſt ; niſi fortaſſe id ex delineantis lapſu factum ſit. In Paribus autem Eccleſiaſticis Rhemorum Archiepiſcopus, qui crucem rubram inſigne habet, hic argenteam refert. Lingonenſis decuſſis ruber, hic argenteus eſt. Noviomenſis Epiſcopus duo Pontificalia peda oppoſita non habet, ut more receptum eſt.

Duodecim Pares Franciæ ſingulari modo repræſentantur in vitreis feneſtris S. Salvatoris Brugenſis, quos delineatos miſit D. Ambroſius de Alduſio Benedictinus Congregationis ſancti Vitoni, mihique alia bene multa egregia ad hoc opus ſuppeditavit. In ejus autem tabulis hæc ſcripta leguntur, ad Pares Eccleſiaſticos. *In parte dextra vitreæ feneſtræ veteris, S. Salvatoris Brugenſis* ; & ad Pares Seculares : *Pars ſiniſtra vitreæ feneſtræ veteris, Sancti Salvatoris Brugenſis.* Illæ porro in vitreis feneſtris depictæ figuræ rudi admodum penicillo delineatæ fuere : nec delineatori tamen permiſi, ut aliquid elegantius exprimeret. Pares hi Eccleſiaſtici mitram capite geſtant, & gladium manu tenent. Inſignibus autem ſuis veſtiuntur, & oblongum pallium geſtant in poſteriores partes rejectum. Et vere quidem Epiſcopi ævo iſto ad bellum procedebant, & pugnatorum duces erant, atque ut alii Proceres irrumpebant in hoſtes. At neſcio an in Parium cœtibus hujuſmodi, cum mitra ſua & gladium manu tenentes comparerent. Id certe ex mero pictoris arbitrio factum eſſe ſuſpicari licet. Pares quoque ſæculares inſignibus teguntur ſuis, & gladium manu tenent, pileum vero geſtant omnes ejuſdem formæ. Burgundiæ Dux in veſte ſua inſignia Burgundiæ veteris & novæ præ ſe fert, & manu tenet ſcutum inſignibus veteris Burgundiæ notatum ; quæ ſunt ſex tæniæ ſeu aureæ, ſeu cæruleæ alternatim poſitæ, cum ora rubra ; ſed ſcutum ſub pedibus Ducis poſitum, inſignia refert Burgundiæ novæ cum veteris inſignibus conjuncta. Pares porro Eccleſiaſtici hic nullo ſervato ordine locantur, Duces videlicet cum Comitibus admixti. Inſignia vero in multis ſecus poſita habentur, quæ omnia minutatim recenſere longius & nullius operæ precii eſſet. Hæ porro varietates in tabulis inſignium frequentius occurrunt, ut jam ſæpe ſupra obſervatum fuit.

Rhemis ſtatutum fuit, ut ſubſidia, quod vectigalis genus eſt, tollerentur, prout ante obitum ſuum juſſerat Carolus V. Verum quia Andegavenſium Dux,

gent pour ſon voiage de Naples, dont il avoit été déclaré Roi par la Reine Jeanne, aiant épuiſé l'épargne, on fut obligé de remettre ces impôts, d'où s'enſuivit une ſédition à Paris, à Compiegne & dans d'autres villes. Cette ſédition étant appaiſée, le peuple ſe mutina encore le lendemain & ſe jetta ſur les Juifs, pilla leurs maiſons, prit leurs enfans pour les mener à l'Egliſe & les faire baptiſer. Leurs peres auroient été maſſacrez, s'ils ne s'étoient mis en lieu de ſûreté. Ils furent depuis remis dans leurs maiſons & dans leurs biens, & l'on obligea le peuple de leur rendre ce qu'il leur avoit pris. L'ordre en fut donné, mais il fut mal executé.

Boukingham fait la guerre en Bretagne.

Tandis que ces choſes ſe paſſoient. Le Comte de Boukingham arriva en Bretagne avec ſon armée, & alla faire le ſiége de Nantes. Le Duc lui avoit promis de venir le joindre avec un corps de troupes Bretonnes, pour renforcer ſon armée. Mais il ne fut pas en ſon pouvoir de le faire. Les Bretons qui l'avoient appellé, & qui s'étoient donnez à lui, fort mécontens de voir dans leur payis une armée d'Anglois, qui alloit conſumer leurs vivres & ruiner leurs campagnes, refuſoient de lui prêter ſecours, & lui diſoient de ſe racommoder avec le Roi de France ſon ſouverain, s'offrant de l'aider en cela : & de renvoier ces Anglois chez eux; cependant les François qui gardoient Nantes en grand nombre ſe défendoient vaillamment. Ils faiſoient de grandes & fréquentes ſorties ſur les Anglois qui avoient preſque toujours du pire. Le Comte de Boukingham, voiant qu'il ſe morfondoit inutilement devant cette place, leva le ſiége, & alla ſe plaindre au Duc qui étoit à Vannes, de ce qu'il ne lui avoit pas tenu ſa promeſſe : le Duc lui repreſenta l'impoſſibilité où il avoit été de le faire. Cependant les Seigneurs Bretons, qui étoient à la Cour de France pour faire la paix du Duc avec le Roi, terminerent enfin leur affaire. Le Traité fut fait, par lequel il étoit permis de fournir des navires & des vivres au Comte de Boukingham pour s'en retourner en Angleterre.

Le Roi chaſſant en la Forêt de Senlis, dit Juvenal des Urſins, prit un cerf vivant, qui avoit au cou un collier de cuivre doré, où étoit cette inſcription, *Hoc me Cæſar donavit*. Depuis ce tems-là il prit deux cerfs volans pour ſupports de ſes armes. Froiſſart dit qu'il prit le cerf volant *en ſa deviſe*, parce qu'il eut un ſonge, où il lui ſembloit qu'il étoit monté ſur un cerf volant. L'Hiſtoire du

---


ab Joanna Neapolis Regina Rex cooptatus, ad Neapolitanam expeditionem pecunias undique corradebat, totumque regium ærarium exhauſerat : hæc revocare vectigalia coacti Principes ſunt. Hinc vero coorta ſeditio Lutetiæ eſt, Compendii item, in aliiſque civitatibus : qua aliquantum ſedata, populus tamen inſequente die denuo commotus, Judæos adortus, domos illorum diripit, filios puerulos in Eccleſiam adducit, ut aqua baptiſmatis tingantur; Judæique omnes, furente populo, cæſi fuiſſent, niſi in tuto ſe collocaſſent. Poſtea tamen in ædes reducti ſuas, bonaque ipſis reſtituta ſunt, juſſuſque populus fuit rapta infelicibus reſtituere; ſed pauci præcepto paruere.

Iidem.

Interea vero Bukinganus Comes cum exercitu in Britanniam Armoricam pervenit & Namnetas obſedit. Pollicitus ipſi erat Britanniæ Dux venturum ſe cum armatorum manu & ſuppetias laturum. At promiſſis ſtare non valuit; Britanni namque Armorici, qui Ducem advocaverant, indigne ferebant, quod Anglorum exercitus in regionem ſuam inductus eſſet, qui annonam abſumeret, atque agros ſuos depopularetur, opemque ipſi bella movere cupienti negabant, dicebantque in Regis Francorum ſupremi Domini ſui gratiam rediret; qua in re ipſi opem Duci ferre parati erant; & Anglos in patriam ſuam remitteret. Interea vero Franci Namnetum urbis præſidiarii, qui bene multi erant, Anglos fortiter propulſabant. In obſidentes ſæpe erumpebant, ac felici ſemper fere exitu, hoſtes cædebant, pellebantque; ita ut Bukinganus Comes cernens ſe irrito conatu cœptis manum admovere, obſidionem ſolverit, Ducemque adierit, qui tum Venetiis conſidebat, expoſtulaveritque quod quam promiſerat opem non tuliſſet. Repoſuit Dux non penes arbitrium ſuum fuiſſe id præſtare, quod admodum cupiebat. Interea Britones qui tum in Regia Francica erant, operamque dabant, ut Ducem ſuum in Regis gratiam reducerent, optatum tandem ſunt aſſequuti. Pacta inita fuere, queis licebat Duci & Britannis naves & commeatum Bukingano Comiti ſuppeditare, ut in Angliam, re infecta, trajiceret.

Rex Carolus cum prope Silvanectum in nemus venatum ſe contuliſſet, inquit Juvenalis de Urſinis, cervum cepit viventem, qui torquem æreum deauratum collo geſtabat, ubi hæc inſcriptio legebatur : *Hoc me Cæſar donavit*. Abhinc vero duos cervos alis inſtructos in ſcuti & inſignium ſuorum adminicula ſumſit. Froiſſartius vero narrat Carolum ſibi cervum volantem in inſignibus adſcripſiſſe, quia in ſomnio ſe a volante cervo vehi putaverat. Hiſtoria vero cervi in Sil-


LES DOUZE
aux Vitres
Archevesque de Reims
Duc et Pair
l'Evesque de Noyon
Comte et Pair
l'Evesque de Bauvais
Comte et Pair
le Duc de Bourgogne
Doyen des Pairs
le Duc de Normandie
Pair
le Duc d'Aquitaine
Pair


AIRS DE FRANCE
XX Pl du Tome III. pag.76.
Bruges.
l'Evesque de Laon Duc et Pair
l'Evesque de Langres Duc et Pair
l'Evesque de Chalon Pair
le Comte de Flandres Pair
le Comte de Champagne Pair
le Comte de Toloze Pair.



cerf trouvé dans la Forêt de Senlis a tout l'air d'une viſion, & d'un conte fait à plaiſir.

En ce tems-ci les Rois d'Eſpagne & d'Hongrie envoierent des Ambaſſadeurs au Roi, pour le porter à rejetter le Pape Clement VII. & reconnoître Urbain VI. élu canoniquement. Le Duc d'Anjou Regent du Roiaume, lié d'interêt avec Clement VII. qui le favoriſoit dans ſes prétentions ſur le Roiaume de Naples, leur porta la parole & leur dit que le Roi étoit dans le deſſein de ſuivre les traces de ſon pere, qui avoit adheré à Clement VII : qu'après une meure déliberation, on avoit jugé que l'élection d'Urbain VI avoit été forcée, & extorquée par la crainte, & étoit par conſéquent nulle. Cependant Clement VII. ſe rendoit odieux au Clergé de France & à l'Univerſité de Paris. Il avoit auprès de lui trente-ſix Cardinaux, & pour ſe les attacher, il leur donnoit toutes les graces expectatives. Ils s'emparoient ainſi des Prélatures, Prieurez & Benefices. Cela cauſoit bien des murmures ; l'Univerſité s'en plaignit, mais elle fut durement traitée par le Duc d'Anjou Regent, *& diſoit-on qu'il en avoit ſon butin*, dit Juvenal des Urſins. En effet Clement VII. lui donna permiſſion de lever un dixiéme ſur les Benefices. Il y eut bien des oppoſitions : mais malgré tout cela le dixiéme fut levé.

Conti-nuation du Schiſme.

Le Duc de Berri, qui voioit ſes freres l'un Regent du Roiaume, l'autre Curateur du Roi, ſouffroit impatiemment de ſe voir deſtitué de toute charge. Il demanda le gouvernement de Languedoc & de Guienne, & l'obtint. Le Comte de Foix qui avoit été établi Gouverneur de Languedoc par le feu Roi, ne fut pas content de ſe voir exclus. La Province fort ſatisfaite du Comte de Foix, n'étoit nullement diſpoſée à recevoir ce nouveau Gouverneur, elle ſe ſouvenoit de la tyrannie que ſon frere le Duc d'Anjou y avoit exercée peu d'années auparavant. Elle ſavoit que le Duc de Berri avoit fait de grandes exactions dans le Poitou. On tint une grande aſſemblée, où il fut réſolu qu'on envoieroit au Roi des Députez pour le prier de laiſſer à la Province un Gouverneur, dont tous les Etats étoient ſi contens. Le Roi vit bien à la maniere dont ces gens-là parloient, que le nouveau Gouverneur n'y ſeroit reçû que par force. Il réſolut d'y aller lui-même avec une armée, & prit l'Oriflamme. Le Duc de Bourgogne prévoiant qu'il auroit bien-tôt la guerre en Flandres, le détourna d'aller en Languedoc. Le

Expedition du Duc de Berri en Languedoc.

vanectenſi nemore reperti, fabulam ſapere videtur.

Juvenal. le Moine de S. Denis. Froiſſart.

Hoc circiter tempus Reges Hiſpaniæ & Hungariæ, ad Carolum Regem nuncios miſerunt, qui ſolicite urgerent ut Clementem VII. Papam rejiceret, & Urbano VI. hæreret, utpote ſecundum Canones electo. Dux autem Andium Clementi VII. addictiſſimus, qui ſibi Neapolitanum regnum affectanti favebat, Oratoribus reſpondit, Regem Carolum patris ſui veſtigia ſequuturum eſſe, qui Clementi VII. hæſerat. Re namque ſerio deliberata, viſum fuiſſe Urbani VI. electionem vi extortam fuiſſe, & ex timore factam atque ideo nullam eſſe. Clemens vero VI. in Cleri Gallicani & Univerſitatis Pariſienſis odium incurrebat. Triginta ſex Cardinales aderant ſibi, queis gratias omnes *exſpectativas*, ut vocabant, conferebat, ut illos fortiore vinculo ſecum retineret. Sic illi Epiſcopatus, Prioratus, beneficiaque pene omnia invadebant. Hinc rumores & querimoniæ ſpargebantur. Univerſitas obſiſtebat, expoſtulabatque: ſed vehementer coercita eſt ab Andium Duce, tunc res omnes moderante, *qui in partem prædæ admittebatur*, inquit Juvenalis de Urſinis. Et certe Clemens VII. decimam illi beneficiorum conceſſit, multis fortiter reluctantibus; ſed tamen decima illa potitus eſt Andegavenſis.

Dux Biturigum fratres ſuos cernens, alium Regni Moderatorem, alium Regis Curatorem, ſe munere omni deſtitutum ægre ferens, provincias petiit Septimaniam & Aquitaniam regendas, impetravitque. Comes vero Fluxenſis, cui Septimaniam regendam commiſerat Carolus V. Rex, ſe ab hoc munere deſtitutum videns, rem indigne tulit. Provincia vero ipſa, quæ Fluxenſem omnia ex æquo moderantem ſibi Præfectum libentiſſime videbat, novum recipere Præfectum detrectabat. Non memoria exciderant illa omnia quæ Andium Dux ante paucos annos truculenter geſſerat, ipſumque Bituricenſem exactionem pecuniarum grandem apud Pictavos feciſſe non neſciebat. Una igitur collectis Ordinibus ſtatutum fuit, ut ad Regem mitteretur rogatum, Fluxenſem Comitem provinciæ Rectorem confirmaret, cujus in rebus adminiſtrandis æquitas omnium ſibi animos conciliaverat. Ex Oratorum dictis conſpicatus Rex novum Præfectum nonniſi vi & armis recipiendum fore; ipſe cum exercitu eo ſe conferre decrevit, & vexillum San-Dionyſianum accepit. Dux autem Burgundiæ, qui bellum in Flandria quamprimum fore proſpiciebat, Regis animum a profectione in Septimaniam avertit. Bituricenſis por-

Iidem.

Duc de Berri assembla des troupes & s'y rendit : dès son arrivée ses gens se mirent à piller, à désoler le payis, à prendre des gens qu'ils rançonnoient. Le Comte de Foix assembla les Etats, & il fut résolu qu'on se mettroit en défense. Il eut bientôt plus de troupes que n'en avoit le Duc de Berri. Dans un combat qui se donna, le Duc de Berri fut battu, & il eut toujours du pire en d'autres rencontres. Enfin le Comte voiant que cette guerre alloit désoler la Province, prit genereusement le parti de sacrifier ses interêts au bien public. Il s'accommoda avec le Duc de Berri, & lui laissa le gouvernement.

Guerre de Flandres. 1381. La guerre recommença en Flandres plus forte que jamais. Les Gantois étoient toujours rebelles à leur Comte, & ennemis jurez de la Noblesse. La paix faite par le Duc de Bourgogne fut bien-tôt rompue. Le Comte rassembla tout ce qu'il pût de Nobles & de Gensdarmes, & se mit aux champs. Les Gantois aiant attiré à leur parti ceux de la ville d'Ypre, le Comte surprit une grosse troupe de gens armez des deux villes, en tailla en pieces une bonne partie & mit le reste en fuite. Après quoi les villes d'Ypre & de Courtrai s'étant tournées de son côté, il alla assiéger Gand. Les Gantois s'étonnerent si peu de se voir assiégez par leur Comte, qu'ils détacherent un corps de troupes de leur ville, qui alla prendre & bruler Alost, & pilla quelques autres places. Le Comte leva le siége. Les Gantois eurent du pire dans quelques autres rencontres, & élurent enfin pour leur chef Philippe d'Artevelle, fils de ce Jacques ou Jaquemart d'Artevelle, qui fit tant parler de lui du tems du Roi Philippe de Valois. Le Comte alla de nouveau assiéger Gand avec le même succès que la premiere fois. Quelque tems après le Comte étant sorti de Bruges avec les troupes ramassées dans la ville, donna bataille à Philippe d'Artevelle, & fut défait à plate couture : il s'enfuit à Bruges, & de-là à l'Isle. Les Gantois prirent & pillerent la ville de Bruges, après quoi Philippe d'Artevelle les mena assieger Oudenarde.

Tandis que cela se passoit en Flandres, le Duc d'Anjou & les autres Princes & Seigneurs voulurent établir les *Aides*, sorte d'impôt qu'on avoit été obligé de mettre à bas, pour éviter une revolte. Les Parisiens s'y opposoient, & voiant que le Duc vouloit à force faire passer cet impôt, & y ajoûter encore l'imposition du douziéme denier, ils élurent des Quarteniers, des Dixeniers, des Cin-

---

ro collecta pugnatorum valida manu, in Septimaniam venit. Hi pugnatores statim agros devastare, omnia diripere, captivos viros ducere, ut redemtionis precium exigerent. Tunc Fluxensis Comes Ordines convocat, decretumque fuit ut vis vi propulsaretur. Quam primum vero longe majorem pugnatorum numerum collegit, quam Bituricensis Dux haberet. Pugna committitur : Bituricensis Dux superatur, & in præliis subsequentibus Duci semper adversa fortuna fuit. Tandem vero cernens Fluxensis, hoc bello desolatum iri Septimaniam totam, quæ sua intererant omnia publicæ rei & utilitati condonavit, ac cum Bituricensi Duce, pacto inito, liberam ipsi Septimaniæ administrationem reliquit.

Iidem. In Flandria redintegratum bellum fuit, & vehementius quam antehac pugnæ, præliaque commissa sunt. Pax, quæ intercedente Burgundiæ Duce conciliata fuerat, cito violata fuit. Gandavenses Comiti suo rebelles, nobilibusque omnibus infesti erant. Comes quam maximam potuit nobilium & armatorum manum collegit; cumque Gandavenses Hypram civitatem ad suas partes pellexissent, Comes grandem utriusque urbis armatorum manum ex improviso adortus est, magnaque edita strage, reliquos in fugam vertit. Sub hæc Hypra & Curtracum ad Comitis partes se contulerunt, & Comes Gandavum obsessum venit. Gandavenses usque adeo Comitem qui circum urbem castra posuerat, non extimuere, ut manum suorum validam emitterent, quæ Alostum cepit & incendit, aliaque castra diripuit. Comes vero obsidionem solvit. Gandavenses porro cum minus prospere aliquoties concertavissent, ducem tandem sibi delegerunt Philippum Artevellæum, filium Jacobi illius Artevellæi, qui tempore Philippi Valesii Regis, ex faustis & infaustis tantopere celebratus est. Comes autem Flandrensis denuo Gandavum obsedit, nec meliore, quam prius, exitu. Quodam sub hæc elapso tempore, Comes Brugis egressus cum copiis in istac urbe collectis, cum Philippo Artevellæo pugnam commisit, profligatusque est, ac primo Brugas, deinde in Insulas confugit. Postea vero Gandavenses Brugas cepere, ac diripuere : exindeque Artevellæus illos Aldenardam obsessum duxit.

Dum hæc in Flandria gererentur, Dux Andium, aliique Principes & Proceres *subsidia*, quod vectigalis genus erat, exigere voluerunt, quæ pridem seditionis metu de medio sublata fuerant. Obnitebantur pro virili Parisini : cumque viderent obfirmatum Andium Ducem, nec modo velle subsidia exigere, sed etiam huic vectigali duodecimam adjicere, Quaternarios,

quanteniers, ſe pourvûrent d'armes & de maillets, d'où vint le nom de Maillotins qu'on leur donna depuis. Ils mirent auſſi des chaînes par la ville, & des gardes aux portes. Un des Fermiers étant venu en ce tems demander quelque droit à une Herbiere qui vendoit du creſſon aux Halles, elle ſe mit à crier. Ce fut comme le ſignal de la ſédition : la populace prit les armes, alla forcer l'Hôtel de Ville, emporta les armes & les maillets de plomb, courut par la ville, pillant les maiſons, & maſſacrant tous ceux qu'ils ſoupçonnoient être ou Fermiers ou Maltotiers. Ils apprirent que pluſieurs de ces gens-là s'étoient refugiez dans l'Abbayie de Saint Germain des Prez : ils y accoururent, & firent des efforts pour y entrer : mais la place étant trop bien gardée & fortifiée, ils furent repouſſez & s'en allerent au Châtelet, rompirent les portes, & délivrerent deux cens priſonniers.

A l'exemple de Paris pluſieurs villes de France prirent les armes, & ſur-tout ceux de Rouen, qui firent plus de déſordre que les autres. A l'imitation des Flamans qui faiſoient une cruelle guerre aux Nobles, les Pariſiens, d'intelligence avec eux, diſoit-on, en vouloient aux Seigneurs, aux Riches, & ſur-tout aux Fermiers. Il ſembloit que le mal fut contagieux ; car dans ce même tems la populace d'Angleterre prit les armes ; un nombre prodigieux de mutins vint à Londres dans le deſſein d'exterminer tous les Seigneurs : ils maſſacrerent l'Archevêque de Cantorbery & pluſieurs autres Seigneurs & Chevaliers : tout étoit diſpoſé à un bouleverſement, ſi on n'eût eû l'art de ſeparer & d'écarter la troupe. Les Pariſiens après tant de violences, s'apperçûrent qu'ils en avoient trop fait : ils deputerent les plus honorables d'entre eux : l'Univerſité y envoya auſſi pour implorer la miſericorde du Roi, qui parut d'abord fort ému ; mais il ſe laiſſa enfin fléchir & pardonna aux Pariſiens, hors ceux qui avoient forcé le Châtelet, dont il voulut qu'on fit juſtice. Le Prevôt de Paris en prit pluſieurs, qu'il fit jetter dans la riviere, & le Roi voiant que ces executions alloient exciter une ſeconde mutinerie, ordonna qu'on mit fin aux recherches. On s'accommoda avec les Pariſiens, à condition qu'ils fourniroient cent mille francs au Roi qui vint à Paris, & l'on fit chanter le *Te Deum.* Le Duc d'Anjou partit enfin pour ſe rendre au Roiaume de Naples, portant avec lui des tréſors immenſes. Il ſe rendit à Avignon, où le Pape Clement VII. le couronna Roi de Naples & de

Seditions en France & en Angleterre.

Decuriones & Quinquagenarios delegerunt, arma & malleos collegerunt, unde & *Malleotini* poſtea dicti ſunt ; catenas per urbem, & in portis cuſtodias poſuere. Cum autem conductorum quidam a muliere naſturtium venum exponente, vectigal quoddam exigeret, exclamavit illa. Hoc quaſi ſigno dato coorta ſeditio eſt. Plebs ad arma currit, urbanam baſilicam vi capit, arma & malleos plumbeos aufert, per urbem infeſta currit, domos diripit, omneſque trucidat, quotquot vel conductores, vel *Mala-toltarios* eſſe ſuſpicatur : cumque comperiſſent ſeditioſi ex illis quoſdam in Abbatiam ſancti Germani a Pratis confugiſſe, iſtuc veloci curſu ſe contulere ; ſed præſidio munitus & armis, valloque cinctus locus erat. Repulſi igitur in Caſtelletum venerunt, oſtia confregere, ducentoſque in carcere clauſos, liberos dimiſere.

Iidem. Pariſinorum exemplo, plurimæ civitates arma ſumſerunt, Rothomagenſes vero plura quam cæteros auſos eſſe dicebatur. Æmulatores Flandrenſium Pariſini, qui ex compacto cum illis agebant, ut ferebatur; proceribus, divitibus, maximeque conductoribus infeſti erant ; contagioni tunc ſimile malum erat. Eodem namque tempore Anglicana plebs ingenti numero Londinum venit, illo animo ut proceres omnes de medio tolleret, Archiepiſcopumque Cantuarienſem trucidavit, multoſque alios primores Equiteſque peremit, omnia ad exitium parata erant, niſi ſeditioſorum multitudo illa arte in partes diſtracta fuiſſet. Pariſini poſt tot geſta, poſt tantam violentiam, ſe tandem longe plura quam par fuiſſet deſignaviſſe ſenſerunt. Eos qui apud ſe honorabiliores eſſe cenſebantur, ad Regem miſerunt : Univerſitas quoque ex ſuis miſit, qui ejus miſericordiam implorarent. Commotus animo Rex non ſtatim ceſſit rogantibus ; ſed tandem in miſericordiam verſus Pariſinis pepercit, iis exceptis, qui Caſtelletum invaſerant, quos dare pœnas volebat. Pariſienſis Præpoſitus ex iis plurimos captos in flumen demergi juſſit. Cumque adverteret Rex ex tot ſeditioſorum ſupplicio periculum fore ne nova ſeditio concitaretur, præcepit ut ne ulterior factioſorum perquiſitio fieret. Cum Pariſinis tandem pacta inita ſunt, ut miſſis omnibus iis quæ nuper patrata fuerant, centum mille Francos Regi numerarent : qui tunc Lutetiam venit, & per canticum *Te Deum laudamus*, terminata res fuit. Dux Andium tandem profectus, ut in Neapolitanum Regnum ſe conferret, immenſa auri & argenti vi communitus, Avenionem venit, ubi Clemens VII. illum Neapolis &

Sicile. Le Prince lui en rendit hommage, auſſi-bien que du Comté de Provence. Ce ne fut pas ſans peine qu'il réduiſit les Provençaux ; après quoi il prit le chemin d'Italie.

Le ſiege d'Oudenarde dura long-tems, les François ſe défendoient en braves ; mais les vivres commençoient à leur manquer. Un ravitaillement qu'ils eurent les aida à ſoutenir le ſiege juſqu'à l'arrivée des troupes du Roi. Les aſſiegez envoierent paître cinq cens cochons autour de la ville. Les François, dans le deſſein d'en enlever le plus qu'ils pourroient pour leur ſubſiſtance, ſortirent de la place en aſſez petit nombre, partie à cheval & partie à pied. Les cavaliers s'avancerent pour ſoûtenir les pietons : ceux-ci coururent après les cochons, en prirent deux ou trois, qu'ils traînerent vers la ville. Ces cochons qu'on menoit à force ſe mirent à crier : au cri de ceux-ci tous les autres accoururent vers la porte de la ville. Les Gantois vinrent charger ces Cavaliers François plus avancez que les autres. Ils ſe défendirent vaillamment, battant toujours en retraite, juſqu'à ce que les cinq cens cochons furent entrez. Une partie de la garniſon ſortit pour ſoutenir ces Cavaliers ; les Flamans perdirent bien de leurs gens, & ce qu'ils regretterent le plus, tous leurs cochons.

Siege d'Oudenarde.

Les Gantois pendant ce ſiege alloient piller & bruler les terres voiſines qui appartenoient au Comte. Ils brulerent auſſi quelques villages du Roi de France. Le Comte de Flandres craignant les ſuites de cette guerre, engagea ſon gendre le Duc de Bourgogne, de porter le Roi à venir le ſecourir. Le Duc de Bourgogne en parla à ſon frere le Duc de Berri, qui fut de même avis que lui. Tandis qu'ils parloient enſemble le Roi entra en leur chambre, l'*eprevier ſur le poing*, & voulut ſavoir le ſujet de leur converſation. Ils lui raconterent ce qui ſe paſſoit en Flandres, l'inſolence de Philippe d'Artevelle, & le ſiege d'Oudenarde. Le Roy animé par leur diſcours, témoigna qu'il deſiroit ardemment d'aller remettre le Comte de Flandres dans ſes Etats, & punir ces rebelles. Philippe d'Artevelle envoia prier le Roi Charles de remettre les Gantois & leurs alliez Flamans en grace avec leur Comte. Le Roi ne tint aucun compte de cette Ambaſſade. Alors Artevelle envoia douze Bourgeois de Flandre demander ſecours au Roi d'Angleterre. C'étoit le meilleur parti, mais il s'y prit trop tard ; ces Flamans firent mal leur ambaſſade, en demandant en même tems & un grand ſecours contre le Roi

---

Siciliæ Regem coronavit. Ipſe vero Princeps Clementi *hominium* præſtitit pro Regnis Neapolis & Siciliæ, & pro Comitatu Provinciæ. Nec ſine labore & opera Provinciales ſibi ſubditos reddidit, poſteaque in Italiam iter ſuſcepit.

Juvenal des Urſins. Le Moine de S.Denis.

Diuturna fuit Aldenardæ obſidio. Gandavenſes fortiter propulſabant Franci ; ſed jam proximum erat ut annona deficeret : verum non modica cibariorum acceſſio, quam dicturi ſumus, ut ad uſque adventum regii exercitus obſidionem ferre poſſent, effecit. Circum urbem Gandavenſes quingentos porcos emittebant, qui paſcerent in campis. Franci vero ut quantumcumque poſſent ex illis numerum abducerent, & in oppidum intromitterent, exière tum equites, tum pedites numero pauci. Equites progreſſi ſunt ut peditibus opitularentur. Hi ad porcos currunt, quorum duo treſve abripiunt, & ad oppidum adducunt. Sic abſtracti porci grunnitum edunt maximum ; alii circum poſiti, horum attracti clamore verſus urbis portum accurrunt. Gandavenſes in equites Francos qui longius proceſſerant irrumpunt. Hi fortiter pugnando ſenſim retrocedunt donec porci illi quingenti in urbem eſſent ingreſſi. Tunc porro præſidii pars egreſſa eſt ut equitibus opem ferret. Flandrenſes hic ex ſuis multos, & quod magis dolori erat, totum porcorum gregem amiſerunt.

Iidem.

Gandavenſes dum Aldenardam obſiderent, vicinos agros ad Flandrenſem Comitem pertinentes, igni & ferro devaſtabant, Regis quoque Francorum vicos incendio tradebant. Comes vero Flandrenſis de infauſti belli exitu metuens, apud generum ſuum Burgundiæ Ducem id egit, ut opem Regis ſibi imploraret. Dux Burgundiæ Bituricenſi fratri rem aperuit, & dum ambo ea de re confabularentur, Rex in ipſorum cubiculum ingreſſus eſt, accipitrem manu geſtans, & qua de re inter illos ageretur ſciſcitatus eſt. Tunc enarrant illi omnia quæ tum in Flandria gerebantur ; petulantiam Philippi Artavellæi & Aldenardæ obſidionem. Rex, his auditis, animo commotus, ſe velle dixit in Flandriam iter ſuſcipere, ut Comitem Flandrenſem in gradum & ditionem ſuam reſtitueret, ac rebelles plecteret. Philippus vero Artavellæus ad Regem mittit rogatum, Gandavenſes & ipſorum ſocios in gratiam Comitis ſui reſtitueret. Rex Artevellæi Oratores nihili fecit ; tumque ille duodecim Flandrenſes cives ad Regem Angliæ miſit ſuppetias poſtulaturos : & quidem opportuna hæc auxilia fuiſſent ; ſed tardius quam par erat Oratores iſtos miſit. Illi vero Flandrenſes legati auxi-

de France, & deux cens mille écus qu'ils avoient prêtez au Roi Edouard, lorſqu'il fit les ſieges de Tournay & de Calais. Cela fut cauſe qu'ils n'obtinrent rien.

Le Roi Charles avant que d'aſſembler ſon armée, fit tenter quelque voie d'accommodement; mais Artevelle fier de quelque bon ſuccès, ne voulut rien écouter. On fit alors aſſembler l'armée dans l'Artois, une des plus fortes, des plus nombreuſes & des mieux choiſies armées qu'on eût vû depuis long-tems. Un petit échec de ſoixante hommes du Comte de Flandres tuez au paſſage d'une riviere, releva encore les eſperances de Philippe d'Artevelle, qui fit rompre tous les ponts des rivieres où les François devoient paſſer, & garder tous les paſſages. L'armée arriva au pont de Comines, qui étoit rompu. Tandis qu'on penſoit à rétablir ce pont, pluſieurs Seigneurs François, & les plus braves des Gendarmes paſſerent de l'autre côté dans des barques. L'entrepriſe étoit temeraire : cependant il en paſſa un ſi grand nombre, qu'ils ſe crurent aſſez forts pour aller chercher les ennemis, qui étoient plus de quatre contre un. Quand le Connétable vit ces Seigneurs paſſez ſans ſon ordre, il donna permiſſion à qui voudroit de traverſer la riviere, pour les aller ſecourir. Les Flamans conduits par Pierre du Bois vinrent attaquer ce corps de troupes Françoiſes. Ils furent acueillis à grands coups d'épées de Bourdeaux, fort en uſage en ces temslà. Ils ne tinrent gueres contre ces gens aguerris qui les tuoient à tas; Pierre du Bois fort bleſſé, fut emporté par ſes valets; ſix mille Flamans demeurerent ſur la place; les autres prirent la fuite. L'avant-garde qui paſſa, chaſſa enſuite les Flamans de Comines, & en tua un grand nombre. La ville de Verain fut priſe & ſaccagée. Les troupes Françoiſes, & ſur-tout les Bretons firent là un grand pillage. Ces Bretons qui ſe battoient bien, étoient les plus grands pillards de l'armée.

Combat du Pont de Comines.

Le corps de bataille où étoit le Roi aiant paſſé la Lis, la ville d'Ypre vint ſe rendre à ſa merci. Le Roi Charles traita cette Bourgeoiſie fort humainement. Il reçut la nouvelle de ce qui ſe paſſoit dans ſa ville capitale. Les Pariſiens en l'abſence du Roi & de ſes troupes délibererent entr'eux de mettre à bas le Château de Beauté ſur Marne, le Louvre & tous les autres Châteaux Royaux; c'étoient des forteresſes qui les incommodoient, & qui pouvoient traverſer leurs deſſeins. Ils étoient ſur le point de le faire; mais un de la troupe plus ſage que les autres, leur conſeilla d'attendre au moins l'iſſuë de la guerre de Flandres,

---

lium grande ab Anglis poſtulabant, ac ſimul intempeſtive ducentorum millium ſcutorum, quæ Eduardo Regi cum Tornacum & Caletum obſidebat, mutuo dederant, repetebant : quapropter illi, re infecta, reverſi ſunt.

Rex Carolus, antequam exercitum colligeret, aliquam rei componendæ viam offerri curavit. Verum Artevellæus, quod aliquid proſpere jam in hoc bello aſſequutus eſſet, inflatus, ne audire quidem conditiones voluit. Hinc in Arteſia magnus congregatur exercitus, quo fortior, numeroſior, exque delectu pugnatorum ſplendidior vix antea viſus fuerat. Tunc ex Flandrenſis Comitis copiis ſexaginta viri in tranſitu cujuſdam fluvii cæſi ſunt; qua re majorem felicis in hoc bello exitus ſpem concepit Artavellæus, qui pontes omnes fluviorum, qua tranſituri Franci erant, deſtrui juſſit, & in tranſitu quovis cuſtodias apponi curavit. Exercitus vero regius ad pontem Cominæum nuper diruptum venit. Dum de illo reſtaurando agitur, multi proceres & militum fortiſſimi ſcaphis fluvium trajiciunt, temerario certe auſu : tot tamen numero tranſiciunt, ut ſe poſſe putarent hoſtem aggredi, quadruplo tamen numeroſiorem. Ubi vidit Conſtabularius hos, nullo permittente aut jubente, tranſiiſſe, quemvis volentem fluvium trajicere, & auxiliatum ire permiſit. Flandrenſes, duce Petro Boiſio, hanc Francorum manum adorti ſunt. Hi cum Burdegalenſibus gladiis, qui tunc admodum in uſu erant, Flandros exceperunt. Iſti non diu ſuſtinuere pugnatores in bellicis rebus exercitatos, qui magnam illorum fecêre ſtragem. Petrus Boiſius admodum ſaucius, a famulis ſuis e loco pugnæ exportatus & in tuto collocatus fuit; ſex mille Flandri cæſi ſunt, reliqui vero fugam fecerunt. Prima exercitus acies, quæ flumen trajecit, Flandros Cominâ expulit & magno numero concidit. Veranium oppidum captum, expilatumque fuit; magnam inde prædam reportarunt Franci, maximeque Britones, qui ſtrenui quidem pugnatores erant, ſed pluſquam alii prædæ inhiantes.

Media acies in qua Rex erat, Legiam trajecit. Hypra vero civitas ſtatim Regis clementiæ ſeſe dedidit, & ab illo perhumaniter excepta fuit. Hoc loco Carolus Rex edidicit quas turbas Pariſini darent : abſente namque Rege cum copiis ſuis, deliberarunt illi de ſolo æquandis caſtellis regiis Belli-loci ad Matronam, Luparæ, cæteriſque omnibus. Erant quippe hæ munitiones quæ ſibi multum incommodi parerent, & propoſita diſturbare ſua poſſent. Jamque rei manum admovere parati erant; ſed ex cœtu aliquis cæteris prudentior, auctor illis fuit ut exſpectarent belli Flandrenſis exi- *Froiſſart.*

avant que de prendre leurs dernieres resolutions : car si le Roi revient victorieux, disoit-il, quel traitement fera-t'il à des sujets qui auront ruiné tous ses châteaux ? Cela les arrêta. Ils se tinrent dans Paris, & s'armerent au nombre de plus de trente mille, chacun avec son maillet, ils faisoient fabriquer jour & nuit des heaumes, & achetoient ceux qu'ils trouvoient à vendre. Tout étoit disposé à une revolte, non seulement dans Paris, mais aussi dans toute la Champagne, à Rheims, à Rouen, à Orleans, à Blois. Les payisans s'ameutoient & menaçoient les Nobles; c'étoit à eux principalement qu'ils en vouloient, & si les Gantois avoient eû le dessus, on auroit vû une revolte generale pire que la Jaquerie.

A l'éxemple de ceux d'Ypre les autres villes voisines vinrent implorer la clemence du Roi, en lui livrant les Commandans que Philippe d'Artevelle avoit mis. Elles furent traitées avec la même douceur, le Conseil du Roi jugeant qu'il falloit ainsi attirer les autres à faire la même démarche. Philippe d'Artevelle voiant l'armée des François si près de lui, mit en bataille la sienne, qui étoit de cinquante mille hommes. Il choisit d'abord un poste fort avantageux auprès de Rosebeque, & où il eut été très-difficile de le forcer, mais guidé par son arrogance, & par sa mauvaise fortune, il quitta ce poste pour venir attaquer l'armée. Il fit marcher ses gens extremement serrez les uns contre les autres. Ces Flamans vinrent d'un grand courage attaquer le corps de bataille des François, qu'ils firent même reculer. Alors l'avant-garde & l'arriere-garde s'avancerent & les prirent en flanc de chaque côté, les chargerent à grands coups d'épée, & en tuerent un grand nombre. Ce corps déja trop resserré dès le commencement, étant violemment poussé des deux côtez, la presse fut si grande que ces Flamans ne pouvoient ni avancer, ni reculer, ni se deffendre ; on les tuoit & on les assommoit comme des moutons. Un grand nombre tomboit dès qu'il trouvoit place pour tomber; d'autres tomboient sur eux & empêchoient les premiers de se relever; les pillards qui suivoient les combattans, tuoient ceux qui vivoient encore, pour les dépouiller. Philippe d'Artevelle fut trouvé mort sous un tas sans aucune blessure. Ce grand choc ne dura pas plus de demi-heure. Les autres Flamans qui étoient derriere ce premier corps de bataille, voiant leurs gens si mal menez, ne songerent plus qu'à prendre la fuite. Les

Défaite des Flamans à Rosebeque.

---

tum, ut postea tutius hac de re consulerent. Nam si Rex, inquiebat ille, victor redient, quid acturus est de subditis, qui castella ejus omnia diruerint ? His sedati dictis, in urbe ad plusquam triginta millia hominum arma sumsere, qui suo quique malleo instructi erant, galeas in urbe diu noctuque fabricari curabant, & quascumque poterant emebant. Omnia erant ad rebellionem parata, non modo Lutetiæ, sed & per totam Campaniam, Rhemis, Aureliani, Blesis, Rothomagi. Rustici quoque congregabantur, atque in Nobiles minas intentabant, illisque maxime infesti erant. Et si Gandavenses victoriam retulissent, rebellio rusticorum omnium visa fuisset longe deterior illâ olim quam Jacobariam vocabant.

Idem.

Hypræ exemplo vicinæ aliæ urbes Regis clementiam imploraverunt, ducesque illos tradiderunt ipsi, quos Philippus Artevellæus singulis urbibus præfecerat. Omnes vero pari benignitate exceptæ fuerunt, regio consilio existimante sic debere alias urbes ad par obsequium præstandum allici. Philippus Artevellæus exercitum Francorum videns e vicino esse, exercitum suum quinquaginta millium virorum ad pugnandum apparavit. Statim vero in quodam loco aciem instruxit prope Rosebeccam, quo nonnisi cum periculo & difficultate hostis accedere poterat. Verum ab arrogantia & mala fortuna sua excæcatus, locum illum reliquit, ut ipse prior hostem adoriretur. Admodum densos constituit pugnantium ordines, ita ut liberum ad agendum spatium non haberent. Flandri igitur animose, fortiterque mediam Francorum aciem adorti sunt, quam etiam retrocedere compulerunt. Verum prima postremaque acies a lateribus utrinque aggressæ, cum gladiisque insilientes, magnam illorum fecere stragem. Ordines autem illi jam a principio densiores, quam par erat, a lateribus compressi, adeo confertam turbam effecerunt, ut non possent Flandri ultra procedere, nec retrocedere, vel pugnare ; ita ut impune trucidarentur & mactarentur ut oves. Magno numero cadebant, cum locus ad cadendum daretur. Alii qui confertim cadebant, impedimento erant, ne priores illi surgerent. Prædones vero qui pugnatores sequebantur, eos qui adhuc viverent perimebant ut spoliarent. Philippus Artevellæus sub cæsorum cumulo mortuus repertus est, nec saucius. Illa porro conflictatio non plus spatii quam dimidiæ horæ occupavit. Cæteri vero Flandri qui primam illam aciem sequebantur, cum cernerent suos tam aspere a Francis actos, fuga sibi consuluerunt :

François donnerent ſur ces fuyards & les pourſuivirent ſi chaudement, en tuant toûjours, qu'il en perit beaucoup plus dans cette fuite, que dans la meſlée. Le nombre des morts monta en tout à environ trente quatre mille.

Ceux de Bruges craignans les Bretons fort avides du pillage, dit Froiſſart, vinrent ſe rendre à la merci du Roi : le Comte de Flandres & le Duc de Bourgogne s'entremirent pour eux ; ils en furent quittes pour ſix vingt mille livres, ce qui déplut extrêmement aux Bretons, qui comptoient de s'enrichir au pillage de cette ville. Une grande faute que firent les François, ce fut de ne pas être allez droit à Gand après la bataille. Ils auroient ſans doute emporté cette ville, & auroient entierement fini cette guerre ; au lieu que les Gantois, après qu'ils furent revenus de l'effroi d'une ſi grande défaite, ſe remirent ſur pied & firent plus de peine qu'auparavant. A la nouvelle de cette défaite, ceux qui aſſiegeoient Oudenarde, leverent précipitamment le ſiege, laiſſant une partie de leur bagage & de leurs munitions, dont les aſſiegez profiterent.

La bataille de Roſebeque ſe voit peinte dans l'ancien Manuſcrit de Froiſſart de la Bibliotheque du Roi, en la maniere que nous la donnons ici. L'Armée de France eſt reconnoiſſable à la banniere des trois fleurs de lis, & tout auprès l'Oriflamme, que Froiſſart appelle l'Oriflambe, ſur laquelle cet Auteur fait cette petite hiſtoire, qu'il ne ſera pas inutile de rapporter ici, & que les bonnes gens de ces tems-là croioient trop facilement. » Aſſés tôt aprés fut developpée » l'Oriflambe, laquelle Meſſire Pierre de Villiers portoit, & veulent aucuns » dire, ſi comme on trouve eſcrit, qu'on ne la vit oncques deployer ſur Chreſ- » tiens, fors que là : & fut grand queſtion ſur ce voiage, s'on la developperoit » ou non. Toutesfois, pluſieurs raiſons conſiderées, finalement il fut déter- » miné pour la déployer, pour cauſe que les Flamans tenoyent opinion con- » traire à celle du Pape Clement, & ſe nommoient en créance Urbaniſtes : » dont les François dirent qu'ils eſtoyent incredules & hors de foy. Ce fut la » principale cauſe pourquoi elle fut apportée & developpée en Flandres. Ceſt' » Oriflambe eſt une digne banniere & enſeigne, & fut envoyée du Ciel par » grand myſtere : & eſt en maniere d'un gonfanon : & eſt grand confort le jour » à ceux qui la voyent. Encores monſtra-elle là de ſes vertus. Car toute la ma- » tinée avoit fait ſi grand'bruine & ſi eſpeſſe, qu'à grand peine pouvoyent veoir PL. XXI.

---

fugacem turbam inſequuti Franci, & dorſo illorum diu inſiſtentes, cædendi finem non faciebant, longeque plures in fuga, quam in pugna perierunt. Cæſorum vero numerus triginta quatuor millium circiter fuit.

Brugenſes cum Britonas metuerent prædam avide inſequentes, inquit Froiſſartius, Regis clementiam implorarunt; Comes vero Flandrenſis & Dux Burgundiæ pro ipſis intercelſere, ſolutaque centum viginti millium librarum ſumma, liberi miſſi fuerunt, id quod Britonibus admodum diſplicuit, qui ſe ex iſtius urbis manubiis opulentos evaſuros eſſe ſperabant. Hac in re certe Franci imprudentiæ notam non effugerunt, quod ſtatim poſt victoriam tantam, Gandavum non petierint ; urbem namque perterritam ad deditionem compuliſſent, & belli exitum ſine ullo pene labore feliciſſimum nacti fuiſſent. Cum contra ubi primum depoſuere terrorem Gandavenſes, quem ex tanta clade conceperant, reſumtis animis, plus negotii quam antea faceſſere perrexerint. Hac comperta clade, ii qui Aldenardam obſidebant, obſidionem quam celerrime ſolverant, relicto commeatu & annona, quæ obſeſſis ceſſerunt.

La tréve avec l'Angleterre étant expirée, le Duc de Berri ſe rendit à Calais pour traiter de la paix avec le Duc de Lancaſtre, qui y étoit venu pour le Roi d'Angleterre; mais les propoſitions de l'Anglois furent ſi déraiſonnables, qu'on n'y pût rien conclure. On ſe mit à faire des préparatifs pour la guerre. Il fut réſolu qu'on équipperoit une flote, qui porteroit l'Amiral Jean de Vienne en Ecoſſe, avec un puiſſant ſecours pour les Ecoſſois. Le Duc de Bourbon & le Comte de la Marche furent nommez pour aller faire la guerre en Auvergne, dans le Limoſin & en Languedoc. Toute la Cour fut alors en fête pour le mariage de Jean fils du Duc de Bourgogne avec la fille du Comte de Hainaut, & du fils de ce Comte avec Marguerite de Bourgogne. Le Roi aſſiſta aux nôces, qui ſe firent à Cambrai avec beaucoup de magnificence.

Une diminution qu'on fit en ce tems-là ſur les Monnoies, excita de grands murmures. On en frappa de ſi foibles, que cela cauſa du deſordre & troubla le commerce pour un tems. Une taille exceſſive qu'on leva en la même année pour la guerre, obligea un grand nombre de familles de quitter le Roiaume, & d'aller s'établir en d'autres payis. Le Roi de Navarre voulut faire empoiſonner par un Anglois les Ducs de Berri & de Bourgogne: cela fut découvert, & l'Anglois fut envoié au ſupplice.

L'Amiral Jean de Vienne & ſon armée s'embarquerent à l'Ecluſe, & avec un bon vent ils arriverent en Ecoſſe, où ils furent bien reçus de quelques Sei-

---

gendo, tandem in Franciam advenerunt. Dux vero Andegavenſis, cùm ex quotidianis expenſis, vidit exhauſtum iri cito illam tantam pecuniæ ſummam, quam ex Francia ſecum exportaverat; Petrum de Cratumno miſerat ad Mariam Bleſenſem uxorem ſuam, cui partem theſauri ſui reliquerat, poſtulatum opem. Ipſa autem Petro de Cratumno, quidquid ſupererat auri & argenti dedit. Ille tanto munitus auro, profectionem non acceleravit; ſed veſtes & famulatum ſibi magnificum apparavit, tandemque profectus in Italiam, Venetias petiit, ubi recreandi animi cauſa multum auri impendit. Cum vero comperiſſet Andegavenſem Ducem interiiſſe, in Franciam reverſus eſt. Dux porro Bituricenſis ipſum opprobriis & maledictis inceſſit, perfidum & proditorem vocans, volebatque illum apprehendi, & capitale judicium ſubire. Verum evaſit ille, poſteaque ſe deteriori ſcelere inſignem reddidit, ut poſtea narrabitur.

Froiſſart. Juvenal. Le Moine de S. Denis. Poſtquam induciæ cum Anglia pactæ finierant, Dux Bituricenſis Caletum ſe contulit, ut ibi de pace cum Lancaſtriæ Duce tractaret: is enim pro Rege Angliæ illò ſe eadem de cauſa tranſtulerat. At conditiones ab Anglis propoſitæ, tantum ab æquitatis ratione procul erant, ut nihil perfici vel concludi potuerit. Apparatus igitur ad bellum factus, decretumque fuit ut armaretur claſſis, quæ marinæ rei Præfectum Joannem de Vienna transveheret in Scotiam, adjectis validiſſimis copiis in auxilium Scotorum. Dux autem Borbonius & Comes Marchiæ ad bellum apud Arvernos & Lemovicas atque in Septimania gerendum deſignati ſunt. Aula tota Regia tum celebritatem agebat maximam, ob connubium Joannis, Burgundiæ Ducis filii, cum filia Comitis Hannoniæ, & filii Comitis Hannoniæ cum Margarita Burgundiæ Ducis filia. Rex nuptiis adfuit, quæ Cameraci cum magnificentia celebratæ fuere.

Ob imminutum hoc tempore monetæ pondus, rumores & querimoniæ ubique fuere. Adeo leves monetæ illæ erant, ut hinc in commercio & negociationibus perturbatio per aliquantum temporis fuerit. Ad hæc autem oneroſiſſimum vectigal hoc anno impoſitum, familias multas eo redegit, ut ex regno Franciæ migrantes, in vicinis regionibus ſedes poſuerint. Rex Navarræ Carolus Anglum quempiam miſit, qui Duces Biturigum & Burgundiæ veneno tolleret: ſed deprehenſus Anglus, ad ſupplicium miſſus fuit. *Juvenal.*

Maris Præfectus Joannes de Vienna cum exercitu Sluſæ naves conſcendit, & ſecundo vento, claſſis in Scotiam appulit, ubi exſcenſu facto, Franci a Primoribus quibuſdam perhumaniter excepti ſunt; ſe- *Juvenal. Le Moine de S. Denis.*

gneurs, mais mal-traitez du commun du peuple, qui ne voioit pas volontiers un si grand nombre de François dans son payis. Robert Roi d'Ecosse aiant fait assembler son armée, elle se mit en marche avec ce grand secours, & entra dans le Northumbelland, où les François & les Ecossois prirent plusieurs places. Richard Roi d'Angleterre, fit assembler une armée de beaucoup plus grande que celle des Ecossois, & laissant les François & les Ecossois dans le Northumbelland, il entra dans l'Ecosse, ravagea les campagnes, prit, pilla & brula les villes. La capitale Edimbourg fut traitée comme les autres. Au même tems qu'il désoloit ainsi l'Ecosse, les François & Ecossois ravageoient le Northumbelland & le payis de Galles où ils entrerent. Le Roi Richard après avoir désolé l'Ecosse vouloit aller chercher les François & les Ecossois pour les combattre; mais on l'en détourna, en lui representant que le Northumbelland étoit un payis montagneux, où il y avoit un grand nombre de passages étroits d'où son armée auroit bien de la peine à se tirer, sur tout dans la saison de l'hiver où l'on entroit alors. Le Roi se retira donc avec son armée; & les Ecossois en la compagnie des François s'en retournerent en Ecosse. Ces derniers voulurent repasser la mer & revenir en France. Mais les Ecossois exigerent d'eux qu'avant leur départ ils paiassent les frais de la guerre. La somme fut taxée, & il fallut que l'Amiral demeurât en ôtage, jusqu'à ce qu'elle fût paiée. Cela dégoûta fort les François de retourner faire la guerre en ce payis-là. Le Moine de S. Denis, ajoute que l'Amiral s'amouracha d'une Cousine du Roi d'Ecosse, qu'elle ne lui fut point *farouche*, & que les Ecossois en furent si indignez, qu'il eut bien de la peine de se sauver en France. Guerre des François en Ecosse.

Tandis que les François faisoient la guerre en Ecosse, l'armée de France commandée par le Duc de Bourbon faisoit des conquêtes dans le Poitou, Montlieu fut pris d'assaut. Après quoi le Duc voulant faire le siége de Taillebourg, il falloit auparavant prendre le pont qui étoit bien gardé par les Anglois & les Gascons. Le combat fut rude, & le pont fut longtems disputé; mais enfin les François s'en rendirent les maîtres, & tous ceux qui le gardoient furent tuez ou noiez, pas un n'échappa. Taillebourg après la prise du pont tint encore neuf semaines, mais il fut enfin pris. Le Duc se rendit encore maître de Berteuil en Poitou, & vers ce tems-là le Sénéchal de Saintonge prit par assaut le

---

cus autem a plebeiis, qui tantum Francorum numerum haud libenter in patria sua videbant. Robertus, Rex Scotiæ, collecto exercitu, tot auxiliaribus copiis instructo, movit, & in Northumbriam ingressus est, ubi Franci cum Scotis juncti, oppida multa & castra ceperunt. Ricardus vero Rex Angliæ exercitum coëgit, Scotico & Francico longe numerosiorem, atque in Scotiam ingressus, agros depopulatus est, oppida & urbes devastavit & incendit, Regiamque Edenburgum pariter flammis tradidit. Dum autem sic ille Scotiam depopulabatur, Franci & Scoti sic Northumbriam & postea Walliam desolati sunt. Rex vero Ricardus postquam Scotiam igni ferroque vastaverat, versus Francos & Scotos movere gestiebat, cum illis certaturus: sed ab hoc consilio deterritus fuit, dicentibus suis, Northumbriam montosam esse regionem, ubi fauces & angusta loca, quæ exercitus suus, ingruente maxime jam hyeme, vix prætergredi posset. Rex itaque Ricardus cum exercitu suo sese domum recepit, & Scoti cum Francis in Scotiam reversi sunt. Franci ad patriam suam repetendam sese apparabant. At Scoti ut pro impendiis & sumtibus belli statutam summam numerarent, exigebant, cumque pecuniæ solvendæ non comparerent, Præfectus maris Joannes de Vienna obses detentus fuit, donec expetita summa solveretur; quæ res Francorum animos a bello pro Scotis gerendo multum repressit. Addit Monachus sancti Dionysii, Præfectum maris Joannem de Vienna cujusdam Regis Scotiæ cognatæ amore irretitum fuisse, neque ab ea repulsam tulisse; qua re ita indignati fuere Scoti, ut vix in Franciam ille aufugere potuerit.

Dum Franci bellum cum Scotis gererent, exercitus Francorum, imperante Borbonio Duce, apud Pictavos castra & oppida expugnabat: Mons-loci vi captus est. Sub hæc autem Dux cum Talleburgum obsidere vellet, pontem illius ante occupare tentavit, cui custodiendo Angli & Vascones assidue advigilabant. Acris in hoc ponte, ac diuturna pugna fuit, tandemque Franci illum vi occuparunt, & Angli, Vasconesque omnes qui Francos tamdiu propulsarant, ne uno quidem excepto, vel cæsi, vel in fluvium sunt demersi. Ponte capto, Talleburgum obsessum fuit, per novem hebdomadas pugnarunt obsessi, tandemque captum oppidum est. Cepit etiam Borbonius Dux Bertolium in Pictavorum tractu. Senescallus quo- *Idem.*

château de l'Aigle, d'où les Anglois faiſoient des courſes dans le voiſinage.

Mariage de Charles VI. avec Iſabeau de Baviere.

Ces bonnes nouvelles furent apportées au Roi Charles lorſqu'il célebroit ſes nôces avec Iſabeau de Baviere. Ce mariage fut ménagé par la Ducheſſe de Brabant. La jeune Princeſſe fut menée à Bruſſelles par le Duc Frederic de Baviere ſon oncle, delà elle ſe rendit dans le Hainaut, & puis à Amiens, où étoit alors le Roi. Le mariage ſe fit dans Amiens avec toute la ſolennité imaginable. La joie des nôces fut interrompue par l'expedition que le Roi fut obligé de faire en Flandres, en voici le ſujet.

Autre guerre en Flandres.

Les Gantois toujours rebelles à leur Prince avoient pluſieurs Capitaines; un deſquels nommé François Attremen homme hardi & entreprenant, défit une troupe de François près d'Ardembourg, qui accablée par le grand nombre, fut obligée de prendre la fuite; peu s'en fallut auſſi qu'il ne ſurprit la ville d'Ardembourg: après cela il prit Dam, place de conſéquence à cauſe du port où les François s'embarquoient pour aller en Ecoſſe. A ces nouvelles le Roi fit aſſembler promtement une armée conſiderable & alla aſſiéger la ville, qu'il trouva bien munie de vivres & d'artillerie avec une forte garniſon compoſée de Gantois & d'Archers Anglois, qui ſe défendirent vaillamment. Etant devant cette place il découvrit une conſpiration de ceux de l'Ecluſe contre les François. Il fit ſaiſir pluſieurs Bourgeois, qui convaincus de trahiſon furent décapitez. Après un mois de ſiége, Attremen voiant qu'il ne pouvoit éviter que Dam ne fut pris, ſe retira ſécretement la nuit avec ſa troupe. Les François s'apperçûrent trop tard de ſa fuite, ils coururent après & prirent quantité de Bourgeois de Dam, qui fuioient avec Attremen. La ville fut emportée par eſcalade, les François y mirent le feu. Peu après cette priſe, le Roi ſe retira & congedia ſon armée.

Paix des Gantois avec le Duc de Bourgogne leur Prince.

Cependant les plus ſages Bourgeois de Gand ſouhaitoient de faire la paix avec leur Duc: François Attremen n'en étoit pas éloigné. Deux des principaux Bourgeois menoient toute l'affaire. Pierre du Bois Capitaine des Gantois étoit fort oppoſé à cette paix, & de concert avec Jean le Bourſier, qui étoit là pour le Roi d'Angleterre, il cherchoit les moiens d'opprimer ceux qui vouloient traiter avec le Duc de Bourgogne. Mais les deux Bourgeois aiant gagné

---

que Santonum Aquilam caſtellum vi cepit, unde Angli exire ſoliti, vicinos agros depopulabantur.

Hæc proſpere geſta nunciata fuere, quando Rex cum Eliſabeta, ſeu Iſabella Ducis Bavariæ filia nuptias celebrabat. Connubio illi operam dederat Brabantiæ Duciſſa, ductaque fuerat ſponſa Bruxellas a Frederico Bavarico patruo. Inde vero in Hannoniam & poſtea Ambianum venit, ubi Rex tunc erat, ibi cum quanta majore poterat ſolemnitate celebratæ nuptiæ fuere. Tantam lætitiam intercepit, turbavitque expeditio, quam Rex in Flandriam ſuſcipere coactus eſt, hac de cauſa.

Iidem.

Gandavenſes turbulenti, Principique ſuo ſemper rebelles, duces ſibi plurimos conſtituerant, ex quorum numero erat quidam audax vir, novarumque rerum molitor, cui nomen Franciſcus Attremenius. Is quamdam Francorum manum prope Ardemburgum profligavit, quam cum longe majore copiarum numero aggreſſus eſſet, ad fugam capeſſendam compulit, parumque abfuit quin Ardemburgum etiam ex improviſo caperet. Damum vero poſtea occupavit, quod ut ſervarent ſibi oppidum valde Francorum intererat, qui ibi naves conſcendebant ut in Scotiam trajicerent. His compertis Rex, exercitum celeriter congregari juſſit, & Damum obſeſſum movit. Oppidum vero annona, tormentis bellicis, ac fortiſſimo præſidio munitum reperit. Præſidiarii porro erant Gandavenſes & Sagittarii Angli, qui Francos ſtrenue propulſabant. Cum ante urbem Rex caſtra haberet, comperit Sluſæ cives contra Francos conſpirationem conflaviſſe. Tum civium multos comprehendi imperat, quos proditionis convictos, capite plecti jubet. Poſt peractum in obſidione menſem, Attremenius cum videret, non poſſe Francos arceri, brevique expugnandum fore oppidum, noctu & clam cum ſuis aufugit. Sero fugam illam advertêre Franci, fugacemque turbam ſunt inſequuti, atque ex Dami civibus multos ceperunt, qui cum Attremenio aufugiebant. Oppidum tandem ſcalis admotis captum fuit, quod flammis Franci tradiderunt; reverſuſque Rex exercitum dimiſit.

Iidem.

Inter hæc Gandavenſes cives ii, qui pluſquam cæteri conſilio prudentiaque valebant, cum Duce Burgundiæ Principe ſuo pacem habere peroptabant, neque abnuebat Franciſcus Attremenius. Duo ex Gandavenſibus civibus præcipuis rem totam gerebant. Petrus Boiſius Gandavenſium Dux ab hujuſcemodi pace omnino abhorrebat, & cum Joanne Burſerio junctus, qui tunc pro Angliæ Rege Gandavi verſabatur, illos omnino obruere cogitabat, qui cum Burgundiæ Duce paciſci vellent; ſed cum illi memorati duo cives majo-

le

le plus grand nombre, & François Attremen s'étant déclaré pour eux, le traité se fit : le Duc de Bourgogne expedia des Lettres du dix-huitiéme Décembre mil trois cens quatre-vingt-cinq, où il leur pardonnoit le passé & confirmoit tous leurs privileges.

En ce tems-ci Pierre de Courtenai Seigneur Anglois parent du Roi d'Angleterre, vint à la Cour de France & demanda *à faire armes* contre le Sire de la Trimouille. Celui-ci demanda permission au Roi de se battre contre l'Anglois. Le Roi le permit ; le jour & le lieu furent assignez ; mais lorsqu'ils eurent fait un coup de lance le Roi leur envoia défense d'en venir aux mains. L'Anglois partit de Paris & alla voir le Comte de S. Paul, qui avoit épousé la sœur du Roi d'Angleterre. Il se vantoit en presence de bien des gens, qu'il n'avoit trouvé personne en France qui osât se battre contre lui. Le Seigneur de Clari François qui se trouva-là, lui dit, que s'il vouloit dès le lendemain ils combattroient ensemble. Ils se battirent en effet, Clari blessa l'Anglois, le mit à terre & le vainquit. Le Duc de Bourgogne voulut lui en faire porter la peine, il fut obligé de s'absenter de la Cour, mais il fut bien-tôt remis en grace. Froissart dit, qu'il fut mis en prison, & que le Sire de Couci obtint sa grace. Juvenal des Ursins met cette histoire en 1385. & Froissart semble insinuer qu'elle se passa du tems de Charles. V.

Charles de Duras aiant fait un voiage en Hongrie, où il fut tué, Louis II. fils de Louis Duc d'Anjou fut déclaré Roi à Naples ; il se rendit maître de la Provence, quoi qu'avec beaucoup de peine & alla ensuite à Naples. Charles de Duras avoit laissé un fils fort jeune nommé Ladislas, qui fit depuis la guerre à Louis, & fut enfin Roi de Naples. 1386.

Guerre en Castille & en Portugal.

Il y avoit en ce tems-là grande guerre entre le Roi de Castille & le Roi de Portugal, en voici le sujet. Ferdinand Roi de Portugal ne laissa qu'une fille, il l'avoit déclarée avant sa mort son héritiere, & l'avoit mariée à Jean Roi de Castille, qui étoit veuf & avoit deux fils de sa premiere femme. Les Portugais craignant la domination des Castillans élurent pour leur Roi Jean frere bâtard de Ferdinand. Le Roi de Castille voulant les réduire alla assiéger Lisbonne, & voiant l'entreprise trop difficile, il leva le siége. Il reçut peu de tems après un

---

rem Candavensium numerum ad partes suas pertraxissent, & palam Franciscus Attremenius pro illis staret, ad pacta denique ventum est. Dux Burgundiæ literas emisit decima-octava Decembris anno 1385. queis præteritorum omnium veniam concedebat, omniaque urbis privilegia confirmabat.

Ibidem. Hoc circiter tempus Petrus de Curtenaco nobilis Anglus Regis Angliæ cognatus, in aulam Francorum regiam venit, & D. de Tremollia ad singulare certamen provocavit, ut mos illo ævo erat. Hic vero petiit ab Rege veniam, ut cum Anglo illo congredi sibi liceret. Id Rex concedit, sed cum se ambo lancea semel impetiissent, vetuit Rex ne ultra procederent. Anglus vero Lutetia profectus, Comitem Sancti Pauli, qui Regis Angliæ sororem duxerat, invisit, ac multis præsentibus jactabundus dicebat, se neminem in Francia repetisse, qui secum congredi auderet. At nobilis quidam Francus de Clariaco dictus, qui tunc aderat, Anglo dixit, si id adhuc in animo haberet, paratum se esse ad singularem pugnam cum ipso committendam insequenti luce. Et sane congressi sunt : Clariacensis sauciatum Anglum prostravit ac devicit. Dux autem Burgundiæ a Clariacensi audaciæ pœnas repetendas esse sentiebat. Ille vero ab aula regia ad aliquod tempus recessit : sed haud multo post in Regis iterum gratiam admissus est. Ait Froissartius illum carceri mancipatum fuisse ; sed Cuciacensis Toparchæ rogatu, liberum dimissum esse. Hanc historiam Juvenalis de Ursinis in annum 1385. refert. Froissartius vero insinuare videtur id Caroli V. tempore gestum esse.

Cum Carolus Durracius in Hungariam venisset, ibique peremtus fuisset, Ludovicus, Ludovici Andium Ducis filius, Neapolis Rex declaratur. Ille vero Provinciæ Comitatum sibi, nec sine magno labore & conatu subegit, posteaque Neapolim se contulit. Carolus porro Durracius filium ætatis teneræ reliquerat Ladislaum, qui postquam adoleverat, Ludovico bellum intulit, tandemque Rex Neapolitanus fuit.

Tunc magnum subortum bellum erat Reges inter Castellæ & Lusitaniæ, cujus hæc causa fuerat. Ferdinandus Lusitaniæ Rex filiam tantum reliquerat, & ante obitum illam sibi hæredem fore declaraverat, atque Joanni Castellæ Regi nuptui dederat, qui Joannes tunc viduus erat, exque prima uxore filios duos susceperat. Lusitani vero Castellanorum dominatum detrectantes, in Regem suum delegere Joannem Ferdinandi fratrem, sed nothum. Rex vero Castellæ ut Lusitanos subigeret, Ulyssiponem regni caput obsedit : ut vidit autem nimis arduam rem, vixque posse urbem illam expugnari, obsidionem solvit. Sub *Ibidem.*

grand renfort de troupes de France & de Bearn ; ce ſecours, qui lui venoit fort à propos lui fit beaucoup de plaiſir ; il fit le meilleur traitement qu'il pût à toute la troupe, prit conſeil des principaux ſur ce qu'il avoit à faire. Ces nouveaux venus , qui ne demandoient qu'à faire preuve de leur valeur, lui conſeillerent d'aller attaquer l'armée des Portugais, qui s'étoit miſe en campagne.

L'amitié & la confiance que le Roi Jean témoignoit à ces Etrangers donna de la jalouſie aux Eſpagnols, ils ne diſſimulerent pas leur mécontentement, qui eut de funeſtes ſuites, comme nous verrons. Les Portugais avoient reçû un puiſſant ſecours d'Angleterre , & ſuivant l'avis des Anglois, ils ſe retrancherent dans un lieu appellé Juberoth. Les François & les Bearnois qui faiſoient l'avantgarde allerent attaquer l'armée ennemie, ils firent des prodiges de valeur, mais les Anglois retranchez les accabloient de fléches. Les Eſpagnols qui étoient en bataille au nombre de vingt mille , voiant les François ainſi mal-menez, malgré les ordres du Roi n'allerent point à la charge, & ne branlerent point pour les ſecourir juſqu'à ce qu'ils furent tous ou pris ou tuez. Ils donnerent alors ſur l'armée Angloiſe & Portugaiſe, mais ils furent défaits & perdirent là plus de grands Seigneurs & de Nobleſſe qu'en la bataille de Navarrete. Ils porterent ainſi la peine de leur malignité. Le Roi de Portugal après la victoire, ne voulut point avancer dans la Caſtille, & le Roi de Caſtille ſe retira à Burgos. Les deux Rois firent enſuite tréve depuis la S. Michel juſqu'au premier de Mai de l'année ſuivante.

La défaite des Caſtillans à Juberoth ne décidoit point le different qui étoit entre les deux Rois. Celui de Caſtille plus puiſſant que ſon adverſaire aſſembloit de nouvelles troupes, & étoit à portée de faire venir des ſecours de France. Pour ſe mettre en état de lui réſiſter, le Roi de Portugal envoia demander un promt ſecours au Roi d'Angleterre. Le Duc de Lancaſtre ſe mit en mer avec une armée conſiderable ; en chemin faiſant il alla faire lever le ſiége de Breſt. C'étoit le Duc de Bretagne, qui joint aux troupes du Connétable de Cliſſon avoit aſſiégé cette place, que les Anglois tenoient. Le Duc vouloit ôter un violent ſoupçon qu'on avoit contre lui, qu'il étoit d'intelligence avec le Roi d'Angleterre. La ville étant réduite à l'extrêmité, le Duc de Lancaſtre fit une deſcente , & ſe ſaiſit de quelques poſtes. Les Bretons décamperent la nuit &

---

hæc autem ex Francia & Benearnia , grandem copiarum manum accepit. De tam opportuno lætus auxilio Joannes , Francos perhumaniter excepit, a ducibus eorum conſilia cepit circa gerendi belli rationem. Illi vero qui manus conſerere cupiebant, ut fortitudinis ſuæ periculum facerent, Regi auctores fuere, ut cum Luſitanorum exercitu pugnam committeret, qui exercitus jam moverat, & caſtrametabatur.

Illa tanta quam erga Francos Rex Joannes exhibebat amicitia fiduciaque Hiſpanorum invidiam concitavit, neque clam vel diſſimulanter offenſi erant, unde etiam triſtia conſequuta ſunt, ut mox narrabitur. Luſitani prævalidum ex Anglia auxilium acceperant, Angliſque ſuadentibus caſtra ſua munierunt in loco, cui nomen Juberothum. Franci & Benearnenſes qui primam Hiſpanici exercitus aciem conſtituebant, hoſtium exercitum ſunt aggreſſi , ac diu fortiſſimeque pugnarunt. Verum Angli intra munitiones ſuas conſtituti, ſagittis illos conficiebant. Hiſpani autem, qui in acie viginti mille numero ſtabant : ubi viderunt Francos laborare & telis obrui, non movere loco, nec auxilium ferre periclitantibus dignabantur, urgente licet Regio juſſu ; ſed exſpectarunt donec omnes vel cæſi vel capti eſſent. Tunc autem Anglos Luſitanoſque ſunt aggreſſi ; ſed profligati, cæſique ſunt, multoque plures proceres, nobileſque viros in hoc prœlio amiſerunt, quam in Navarretenſi pugna. Sic illi malignitatis ſuæ pœnas dederunt. Poſt victoriam Rex Luſitaniæ Caſtellam invadere noluit. Rex vero Caſtellæ Burgos ſe recepit. Ambo deinde Reges inducias pacti ſunt a die feſto Sancti Michaelis ad uſque primum Maii diem anni ſequentis.

Clades Juberothenſis, diſſidium inter ambos Reges ſubortum non dirimebat. Rex Caſtellæ adverſario ſuo longe potentior, novas aggregabat cohortes, & auxiliares Francorum copias accipere facile poterat. Rex autem Luſitaniæ, ne viribus impar hoſti eſſet, ab Anglorum Rege auxilia expetiit, & propere illa mitti rogavit. Lancaſtrius vero Dux mare conſcendit cum numeroſo exercitu, ſtatimque verſus Breſtum vela dedit, ut Francos urbem illam obſidentes amoveret. Dux Britanniæ Armoricæ cum Conſtabulario Cliſſonio urbem illam obſederant, quam tum occupabant Angli. Curabat quippe Dux ille ſuſpicionem quamdam avertere, qua concepta multi, nec fortaſſis abs re, putabant ipſum Angliſ ſtudere, & cum Rege Anglorum conſilia miſcere. Dux Lancaſtrius exſcenſum fecit, & loca quædam occupavit. Britones autem noc- *Iidem.*

abandonnerent le ſiége. On crût en France que la venue du Duc de Lancaſtre n'avoit été qu'un prétexte au Duc de Bretagne pour lever le ſiége, qu'il pouvoit fort bien continuer, & cela confirma l'opinion qu'on avoit, qu'il étoit d'intelligence avec les Anglois.

Le Duc de Lancaſtre ſe rendit après ſur les côtes de Gallice, & débarqua à la Courogne. Un bon nombre de Seigneurs François qui étoient allez faire leurs devotions à S. Jacques en Gallice, apprenant l'arrivée du Duc de Lancaſtre à la Courogne, partirent en diligence pour aller défendre la ville contre les Anglois; ils firent une ſortie ſur eux, où ils leur tuerent deux cent fourrageurs. Le Duc de Lancaſtre laiſſant la Courogne vint à S. Jacques de Compoſtelle qui ſe rendit, il conquit auſſi pluſieurs autres places dans la Caſtille, dont il prétendoit ſe faire déclarer Roi par le droit de ſa femme fille de Pierre le Cruel. Il porta la terreur dans le payis, & prit pluſieurs villes & fortereſſes. Mais la maladie s'étant miſe dans ſon armée, il y périt un grand nombre d'Anglois, la plûpart des autres étoient ou malades, ou dans une eſpece de langueur; il tomba fort malade lui-même, & fut obligé de faire un traité avec le Roi d'Eſpagne pour donner moien à ſes gens infirmes & languiſſans de ſe retirer ſûrement, ou de s'arrêter dans quelques villes du payis pour s'y rétablir. Le Roi de Caſtille attendoit le Duc de Bourbon, qui venoit le ſecourir avec un corps d'armée conſiderable. Il y vint en effet, mais trop tard, & s'en retourna bien-tôt après. Le Duc de Lancaſtre étant parti d'Eſpagne, le Roi de Caſtille à l'aide des François reprit bien-tôt les places qu'il avoit conquiſes dans la Gallice.

Siege de Breſt levé.

Tandis que ceci ſe paſſoit en Eſpagne, toute la France étoit occupée à l'appareil de la plus grande flote qu'on vit jamais dans le Roiaume. Le deſſein du Roi Charles & de toute ſa Cour étoit de porter la guerre dans l'Angleterre. La conjoncture paroiſſoit favorable. La flote des Anglois étoit ſur les côtes de l'Eſpagne. On fit des levées d'argent dans tout le Roiaume, les plus grandes qu'on eut encore vû. On acheta tous les vaiſſeaux qu'on pût trouver ſur les côtes de l'Ocean depuis Seville juſques dans la Pruſſe. L'embarquement ſe devoit faire à l'Ecluſe. Les proviſions qu'on fit pour cette expedition, de farine, de chair ſallée, & autres munitions, étoient ſi extraordinaires, qu'on ne vit

Grande flotte préparée en France contre l'Angleterre.

tu obſidionem ſolventes, caſtra moverunt. In aula vero regia Francorum exiſtimatum fuit, fruſtra obtendi a Britanniæ Duce Lancaſtrii adventum, ut obſidionem vi ſolutam eſſe dictitaret, potuiſſe enim in obſidione perſiſtere, ſi id in animo habuiſſet: hincque firmabatur illa jam diu concepta opinio, quod Anglis ille ſtuderet.

Idem. Lancaſtrius Dux poſtea ad oras Gallæciæ appulit, & ad Corunnam exſcenſum fecit. Multi vero proceres Franci, qui pietatis religioniſque cauſa ad ſanctum Jacobum in Gallæcia venerant, comperto Lancaſtrii adventu Corunnam, confeſtim profecti ſunt, ut præſidio eſſent urbi, ſi ab Anglis obſideretur: erumpentes autem ducentos Anglos occiderunt, qui pabulatum miſſi fuerant. Dux vero Lancaſtrius Corunnam relinquens ad ſanctum Jacobum de Compoſtella movit, quæ urbs deditionem fecit. In regione autem tota terrorem intulit, multaſque urbes & caſtra in Caſtellæ regno expugnavit, in qua ſe Regem proclamari curaturus erat, quod filiam Petri illius cognomento Crudelis uxorem duxiſſet: hoc animo ille oppida & munitiones capere pergebat. At exercitum ejus lues invaſit, Angli multi morbo conſumti interiere: alii autem vel ægrotabant, vel in languorem inciderant. Ipſe quoque Lancaſtrius in ægritudinem incidit: ac cum Caſtellæ Rege inire pacta coactus eſt, ut poſſent Angli, qui languore detinebantur, ſecum pacifice in Angliam remeare, vel in civitatibus manere, donec reparatis viribus iter carpere poſſent. Rex vero Caſtellæ Ducem Borbonium exſpectabat, qui cum exercitu profectus, in Caſtellam advenit; ſed tardius ac non diu poſtea regreſſus in Franciam eſt. Cum porro Dux Lancaſtriæ ex Hiſpania profectus eſſet, Rex Caſtellæ oppida & caſtra, quæ ille in Gallæcia occupaverat, cito recepit.

Dum hæc in Hiſpania gererentur, tota pene Francia apparandæ tantæ claſſi intenta erat, quantam in Francorum regno nemo viderat. In animo habebat Rex Carolus plaudentibus aulicis, bellum in ipſam Angliam inferre. Opportuna ad eam rem conditio temporis offerebatur. Anglorum namque claſſis tunc in Hiſpaniæ oris verſabatur. Vectigalia autem in toto regno exacta fuere, quanta nemo viderat. Emtæ fuere naves omnes, quæ repertæ ſunt in Oceani oris ab urbe Hiſpali ad uſque Boruſſiam. Sluſæ naves conſcenſurus erat exercitus, commeatus porro ad tantam expeditionem, nempe farinæ, ſalitæ carnes & reliqua, tam ingentia erant, ut nihil unquam ſimile vel au- *Froiſſart. Juvenal. Le Moine de S. Denis.*

jamais rien de ſemblable. Le Roi lui-même devoit monter ſur la flote, & paſſer en Angleterre, pour ſe mettre à la tête de l'armée. Le nombre des vaiſſeaux aſſemblez à l'Ecluſe montoit à douze cent quatre-vingt-ſept. Le Connétable fit auſſi conſtruire en Bretagne une ville flotante, qui devoit aller ſur l'eau, & aborder en Angleterre. La machine étoit diſpoſée de maniere, qu'on pouvoit en ſéparer toutes les pieces, pour défaire la ville, & les rejoindre après, pour la rétablir quand on vouloit.

Le Roi Charles partit de Paris, & ſe rendit à l'Ecluſe. Le Roi d'Armenie y vint auſſi en ſa compagnie. Ils convinrent enſemble que le Roi d'Armenie iroit à la Cour d'Angleterre, pour y faire des propoſitions de paix, ou de quelque tréve, qui conduisît à la paix. Il fut très-bien reçû pour ſa perſonne; mais on lui répondit ſéchement, qu'on ne traiteroit point avec les François, qui venoient à main armée : mais que quand ils ſe ſeroient retirez chez eux, alors on parleroit de paix. Par le peu de prévoiance & de conduite de la Cour de France, tout ce grand deſſein qui avoit épuiſé le Roiaume, s'en alla en fumée. Les vaiſſeaux, l'armée, les proviſions, tout étoit prêt; & l'on temporiſa, juſqu'à ce que la belle ſaiſon fût paſſée, pour attendre le Duc de Berri, qui n'arriva que ſur l'entrée de l'hiver, & qui fut d'avis, qu'il falloit rompre le voiage. On penſa à le remettre au mois d'Avril ſuivant. La ville de bois fut donnée au Duc de Bourgogne; & les Anglois vinrent ſur cette grande flote dégarnie de gens, ils brulerent quantité de ces vaiſſeaux, & en emmenerent un grand nombre chargez de vin en Angleterre.

Charles Roi de Navarre mourut enfin le premier de Janvier de l'an 1387. Il s'étoit juſtement acquis le ſurnom de MAUVAIS par des aſſaſſinats, par des empoiſonnemens, par des traitez faits en même tems avec deux partis contraires, auſſi prêt de trahir l'un que l'autre, & par tous les crimes que la paſſion lui ſuggeroit. Peu de tems avant ſa mort il avoit voulu faire empoiſonner par un Anglois les Ducs de Berri & de Bourgogne, croiant qu'ils lui étoient oppoſez; mais ce deſſein fut découvert. On parla diverſement de ſa mort : l'Evêque d'Aqs ſon principal Miniſtre, dans la lettre qu'il écrivit à la Reine Blanche ſa ſœur, veuve du Roi Philippe de Valois, dit qu'il mourut avec de grands ſentimens

---

ditum vel viſum fuerit. Rex ipſe navem conſcenſurus & claſſi imperaturus erat, atque in Angliam trajecturus, ut tanti dux eſſet belli. Navium Sluſæ collectarum numerus erat mille ducentarum octoginta ſeptem. Conſtabularius quoque Cliſſonius in Britannia ligneæ urbi conſtruendæ operam dabat, quæ mari ſimul committenda erat, ut in Angliam appelleret. Hæc vero machina ita concinnata fuit, ut pro lubito poſſet in partes dividi, ſi opus eſſet, & poſtea nullo negotio in ſtatum priſtinum reduci.

Iidem. Rex Carolus Lutetia profectus, Sluſam ſe contulit, Leone Armeniæ Rege comitante. Inter ambos autem deliberatum ſtatutumque fuit, ut Armeniæ Rex in regiam Anglicam ſe conferret, acturus de pace ambas inter Coronas conſtituenda, vel ſaltem de induciis, queis poſſet in progreſſu temporis via quædam ad pacem aperiri. Rex Armeniæ perhumaniter quidem ipſe, & cum honore, quod ad perſonam ſpectabat ſuam, excipitur; ſed ad propoſitas ineundæ pacis vias ſatis aſpere reſpondent Angli, nulla fore cum Francis ad pacem componendam colloquia, dum illi cum apparatu tanto bellum ſibi inferre diſponerent; ſed ubi ſeſe ad ſua recepiſſent, tunc de ineunda pace agendum fore. Verum tanta tunc fuit in regia Francorum oſcitantia, ut præmeditata res, & tantus ille belli apparatus, quo & ærarium & regnum totum exhauſtum fuerat, in nihilum abiret. Naves, exercitus, commeatus, omnia denique parata erant; ſed extracta res fuit, donec opportuna anni tempeſtas exacta eſt. Exſpectabatur nempe Dux Bituricenſis, qui nonniſi appetente hieme advenit, cujus opinio fuit, ut a propoſito ſuſcipiendæ expeditionis abſiſteretur. Illa vero ad Aprilem menſem anni ſequentis miſſa fuit. Urbs autem illa lignea Duci Burgundiæ data eſt. Angli porro in claſſem illam ingentem, armatis vacuam, irrupere, ex navibus plurimas incenderunt, alias magno numero onuſtas vino in Angliam duxerunt.

Carolus I. Rex Navarræ obiit tandem prima die Januarii anni 1387. qui *Mali* ſibi cognomen jure pepererat, dum inſidioſis cædibus ac veneficiis ſemper incumberet, fœdera cum adverſis partibus iniret, animo fallendi ac prodendi utramvis partem, ſi ſeſe occaſio daret, & ſua intereſſe putaret; uno verbo nullum non præmeditatum ſcelus aggrederetur. Paulo ante quam decederet, Duces Biturigum & Burgundiæ Angli cujuſdam miniſterio veneno tollere voluerat; ſed ejus propoſitum interceptum fuit. Obitûs ipſius ratio varie narratur. Epiſcopus Aquenſis illius Miniſter præcipuus in epiſtola ſua ad Blancham Reginam, quæ Philippi Valeſii uxor fuerat, narrat ipſum magna pœnitentiæ ſigna ante obitum dediſſe, peccato- *Iidem.*

de penitence ; qu'il se fit donner l'absolution jusqu'à sept fois. Cela ne repugne pas avec ce que le Moine de S. Denis raconte de l'étrange maniere dont il mourut : il dit, que *n'aiant plus d'esperance en la vie, cassé d'une longue vieillesse, & dénué de la chaleur naturelle, il fut conseillé de se faire coudre dans un drap trempé d'eau-de-vie : on sait qu'elle est si naturellement disposée à s'enflammer, qu'il ne faut que l'approcher du feu : aussi, disent-ils, que s'étant ainsi fait emmailloter une nuit, l'indiscretion du valet de chambre, qui le venoit de coudre, lui fit prendre la chandelle, pour bruler le fil qu'il falloit couper, & qu'à l'instant même le feu prit à toute la toile, que son corps se trouva tout environné de flammes, & qu'il expira dans des tourmens horribles & dans des cris continuels :* ce qui est rapporté de même par Juvenal des Ursins. On peut dire de lui, qu'il fut un mauvais fils d'un bon pere, & un mauvais pere d'un excellent fils. Philippe son pere, & Charles son fils se rendirent recommandables par des qualitez tout opposées à celles qui ont terni la mémoire de Charles dit le Mauvais. — Mort horrible de Charles le Mauvais Roi de Navarre.

Une petite flote de vaisseaux Normans qui alloient en course, rencontra plusieurs vaisseaux Anglois richement chargez. Le combat fut rude ; mais enfin les Anglois furent défaits, & tous leurs vaisseaux pris. Les Normans s'enrichirent de leurs dépouilles, & firent deux cent prisonniers, du nombre desquels étoit un des Spensers qui commandoit cette flote. Ils firent present au Roi de ce Commandant, & à la priere de quelques Seigneurs, il lui donna la liberté.

Le Connétable de Clisson moienna cette année la délivrance de Jean de Blois, qui étoit prisonnier en Angleterre depuis fort longtems. Il paia sa rançon ; & ce Prince vint en France, où il épousa la fille du Connétable, comme ils étoient convenus ensemble avant que Clisson traitât pour sa rançon. Cela déplut fort, & non sans raison, au Duc de Bretagne, qui craignit que Jean de Blois aidé du Connétable ne fit revivre ses prétentions sur son Duché. Indigné contre le Connétable, il pensa au moien de se vanger de lui, & en trouva bien-tôt l'occasion, comme nous allons voir.

L'entreprise contre l'Angleterre avoit été differée jusqu'au mois d'Avril de cette année : & les accidens survenus sur cette flote sembloient avoir ruiné ce projet. Cependant on jugea à propos au Conseil du Roi, pour soutenir l'hon-

---

rumque absolutionem ad usque septies petiisse. Neque pugnat illud cum iis, quæ Monachus Sandionysianus de stupendo mortis illius genere narrat. Ait quippe illum, cum nulla vitæ spes superesset, jam senectute fractum, naturali exstincto calore, quorumdam consilio sese in linteo in ardenti aqua ex vino confecta madefacto includi & consui jussisse, cujus aquæ genus tale est, ut si ad ignem admoveatur, flammam statim concipiat. Cum ergo hoc in statu conclusus jaceret, ejus Cubicularius qui linteum consuerat, imprudenter candelam sumsit ut filum igne rumperet, statimque ignis totam telam invasit; corpusque totum Caroli flammis undique cinctum fuit. Ipse vero in cruciatu maximo, clamores simul horrendos ad sidera tollens, diem clausit extremum. Idipsum refert quoque Juvenalis de Ursinis. De Carolo primo Rege Navarræ dicatur fuisse illum optimi patris deterrimam prolem, & optimi filii patrem pessimum. Philippus pater, & Carolus filius a contrariis omnino animi dotibus & gestis celebrati fuere, cum contra Carolus ille Malus vitiorum mole nominis sui memoriam labefactarit.

Iidem. Parva classis Normannorum, quæ incursiones faciebat, in Anglicas naves quasdam mercibus preciosis onustas incidit. Acriter pugnatum est; tandemque Angli victi fuerunt. Normanni divitiis aucti, ducentos etiam Anglos cepere, in quorum numero ex Spenseris quidam erat, qui Anglicæ classi imperabat. Normanni Ducem illum Regi Carolo obtulerunt, qui procerum quorumdam rogatu, liberum illum dimisit.

Clissonius Constabularius Joannem Blesensem, qui a multo jam tempore in Anglia captivus detinebatur, libertate donari curavit, redemtionis ejus soluto precio. Ille vero Princeps in Franciam venit, & Constabularii filiam duxit uxorem, ut ante redemtionem inter ambos convenerat, quæ res Britanniæ Armoricæ Duci admodum displicuit, nec fortassis injuria; metuebat enim ne Joannes Blesensis, favente Constabulario, sua in Britanniæ Ducatum jura, ut paternam hæreditatem repeteret. Indignatus ergo in Constabularium Britanniæ Dux, ulciscendi sui occasionem captabat, quam nec diu postea nactus est, ut mox videbitur. — Iidem.

Expeditio contra Angliam suscipienda in Aprilem mensem anni hujusce missa fuerat, & quæ collectæ classi acciderant damna, propositam rem omnino pessumdedisse videbantur. In consilio tamen regio visum est, in Francici nominis honorem & famam,

neur de la France, de faire de nouveaux préparatifs pour cela. La flote devoit être commandée par le Connétable de Cliſſon & par l'Amiral de Vienne. Le premier ſe rendit en Bretagne, pour raſſembler des vaiſſeaux & ramaſſer des troupes & de la cavalerie. Tandis qu'il travailloit-là à équiper une flote, le Sire de Couci, le Comte de S. Paul en préparoient une autre à Harfleur. On diſoit que celle-ci devoit aller ſur les côtes de Caſtille, pour obliger le Duc de Lancaſtre de ſortir de ce Royaume.

Le Duc de Bretagne, qui s'étoit toujours ſoutenu par les ſecours de l'Angleterre, de concert avec les Anglois, penſa aux moiens de rompre cette entrepriſe, qui auroit pû leur nuire dans ce tems, où les brouilleries commençoient chez eux. Il s'aviſa de cet expedient: il manda à Vannes tous les Barons de ſon Duché, les alléchant avec des paroles honnêtes & obligeantes, & ſur tout le Connétable, qu'il prioit de la maniere la plus engageante de s'y trouver avec les autres. Ils y vinrent tous, & le Connétable comme les autres. Il les traita magnifiquement, & tirant à part le Connétable, qui ne ſe doutoit de rien, il le fit enfermer, & l'arrêta priſonnier; le Sire de Beaumanoir fut auſſi pris. Le Duc vouloit faire mourir le Connétable, mais le Sire de Laval, qui ſe trouva-là, le pria avec tant d'inſtance, qu'il n'executa pas ſon deſſein. Le Duc traita enſuite avec le même Sire pour la rançon du Connétable, qui fut fixée à cent mille livres, à condition qu'il feroit remettre au Duc trois châteaux, qu'il tenoit en Bretagne, & où il avoit garniſon. Beaumanoir fut mis hors de priſon, pour aller faire remettre les trois châteaux au Duc, & chercher les cent mille livres, moiennant quoi le Connétable fut relâché. Il alla d'abord ſe plaindre au Roi, qui promit de lui faire juſtice. On ajourna le Duc, qui ne ſe preſſa point d'obéir. Il y vint enfin, aſſuré que les Ducs de Berri & de Bourgogne, qui n'aimoient pas Cliſſon, le favoriſeroient. Il fut bien reçû du Roi, de quoi l'on murmura beaucoup. Les gens ſenſez trouvoient mauvais, qu'on eût tant d'égard pour ce Prince, après l'attentat qu'il venoit de commetre, qui fit échouer l'entrepriſe faite contre l'Angleterre. Le Duc en fut quitte en rendant au Connétable les cent mille livres & les trois châteaux.

Trahiſon du Duc de Bretagne.

1388.

Au même tems que cette affaire finiſſoit, le Duc de Gueldres, partiſan des

---

hanc repetendam expeditionem eſſe, ad eamque rem novo apparatu eſſe opus. Claſſi imperaturi erant Cliſſonius Conſtabularius & Præfectus maris Joannes de Vienna. Cliſſonius in Britanniam ſe contulit, ut naves colligeret, ac copias, equitatumque congregaret. Dum his operam daret Cliſſonius, Cuciacenſis Toparcha & Comes ſancti Pauli claſſem aliam Harflevii apparabant; famaque erat hanc ad Caſtellæ oras mittendam fore, ut Lancaſtrius Dux ex Hiſpania excedere cogeretur.

Iidem. Dux Britanniæ, qui Angliæ auxiliis nixus, fines ſuos hactenus defenderat, cum Anglis conſpirans, quo pacto hanc expeditionem cohibere poſſet meditabatur, quæ tunc Anglis, qui jam inteſtinis agitari motibus cœperant, multum inferre damni poſſet. Hac porro arte callide eſt uſus. Omnes Britanniæ proceres Venetiam advocavit, quos verbis allicere & ad ſe pertrahere curavit; maxime vero Conſtabularium, quem nulla non blanditie uſus, ut ſe cum aliis conveniret, obnixe precabatur. Acceſſere omnes ac cum illis Cliſſonius Conſtabularius. Hos ille magnificentiſſime excepit, & Conſtabularium, qui nihil adverſi ſuſpicabatur, ſeorſim evocans, illum in carcerem conjecit, & captivum detinuit. D. de Bello manerio etiam comprehenſus cum Cliſſonio fuit. Cliſſonium Dux interfici volebat; ſed Lavallius, qui tunc aderat, ut ab hac cæde abſtineret, tantopere precatus eſt, ut a cœpto deſtiterit. Tum Dux pro Conſtabularii redemtione cum Lavallio paciſcitur, centum millia Francorum exiguntur, hac addita conditione, ut Cliſſonius tria caſtella, quæ in Britannia tenebat, Duci tradi juberet. Bello-manerius autem ex carcere eductus fuit, ut tria illa caſtella in Ducis poteſtatem dimitti curaret, & centum mille Francos afferret. Quibus peractis dimiſſus Conſtabularius eſt. Hic vero ſtatim Regem adiit conqueſtum de Ducis violentia ac tyrannide: Rex ſe facinus ulturum pollicetur. Duci dies indicitur, qui aliquantum procraſtinavit, venitque tandem certus Duces Biturigum & Burgundiæ, qui Cliſſonio infenſi erant, cauſam ſuam eſſe ſuſcepturos. A Rege autem benigne exceptus eſt, id quod multis diſplicuit, obmurmurantibus ac querentibus, quod Principem illum tantum facinus aggreſſum, & cujus opera ſuſcepta contra Anglos expeditio evanuerat, cum tanta humanitate exciperet. Nihil demum aliud a Duce expetitum fuit, quam ut centum mille librarum ſummam, & tria caſtella extorta Conſtabulario reſtitueret, id quod etiam factum eſt.

Dum hæc gererentur, & iſtud negotii finem acciperet, Dux Gueldriæ, qui & ipſe Anglis ſtudebat, Iidem.

Anglois, envoia *défier* le Roi, cela veut dire, qu'il lui fit déclarer la guerre. Toute la Cour fut indignée de la témerité de ce petit Prince. Le Roi ne s'en émut point du tout, & fit même quelques présens au Porteur du défi. Les sentimens furent partagez au Conseil du Roi; Le Duc de Berri vouloit qu'on méprisât ce défi, & qu'on ne se donnât aucun mouvement pour châtier ce Prince témeraire. Le Duc de Bourgogne étoit d'avis que le Roi allât lui-même avec une puissante armée le punir de sa témerité. Son sentiment fut suivi. Le Roi assembla un grand nombre de troupes, prit le chemin des Ardennes, & entra dans le Duché de Luxembourg. Il prit ensuite le chemin de Gueldres. A ses approches, le Duc de Juilliers pere de Guillaume Duc de Gueldres, vint faire ses excuses au Roi, & rejetta toute la faute sur son fils, qui n'avoit pas en cela suivi son conseil. Le Roi Charles le reçut fort humainement: le Duc lui fit hommage de la Terre de Vierzon, qu'il possedoit dans le Berri. Le Duc de Gueldres ne voulut en nulle maniere retracter ce qu'il avoit fait, & ne se rendit aux instances que son pere lui fit qu'au bout de six jours: il vint alors s'humilier devant le Roi: il reconnut le seau appliqué à sa lettre; mais il désavoua l'écriture & le contenu de la lettre, comme aiant été mis sans son consentement: & tout fut ainsi pacifié.

Charles marche contre le Duc de Gueldres, qui s'humilie.

A la persuasion du Cardinal de Lân, le Roi ayant atteint l'âge de vingt ans, déclara qu'il vouloit prendre l'administration de son Roiaume. Ses deux oncles les Ducs de Berri & de Bourgogne se retirerent fort mécontens; & le Duc de Touraine fut admis dans le Conseil avec les Seigneurs de la Rivierre & de Noujant, Jean le Mercier & Jean de Montaigu.

Une tréve ménagée pour trois ans entre les Rois de France & d'Angleterre, 1389.
& leurs alliez, donna moien à Charles de faire bien des fêtes, des réjouissances, des joutes & des tournois. On en fit de magnifiques au premier jour de Mai, où le Roi de Sicile & le Comte du Maine son frere furent faits Chevaliers, & d'autres à Melun, pour le mariage de Valentine de Milan avec le Duc de Touraine frere du Roi. Mais elles furent effacées par celles du mois suivant, où la Reine Isabeau vint à Paris, pour y être couronnée. La Reine partant de S. Denis pour Paris, se trouve peinte dans le beau Manuscrit de Froissart de la Bibliothéque

Regem Francorum, more ævi istius provocatum misit ad pugnam. Aulici omnes, de tam exigui Principis audacia, temeritateque stupentes, indignati sunt. Rex vero nedum ira commoveretur, nuncio etiam munera obtulit. In consilio autem regio varii varia senserunt. Bituricensis Dux despectui omnino habendam esse belli denunciationem hujusmodi censebat, nec loco moveri oportere Regem, ut ausum temerarium ulcisceretur. Contra vero Dux Burgundiæ expedire dicebat ut Rex moveret cum prævalido exercitu, ut temeritatis tantæ pœnas repeteret. Huic assensit Rex opinioni, coactaque magna pugnatorum manu, Arduennam versus movens, in Luxemburgi tractum ingressus est, atque in Gueldriam iter direxit. Adventanti Regi Dux Juliacensis pater Gullielmi Gueldriæ Ducis, obviam venit veneabundus, & testificatus est se cum filio hac in re non consensisse, imo illum a tali consilio avertere studuisse. A Rege autem Carolo perhumaniter exceptus, ipsi pro Virzione oppido & agro, quem in Bituricensi regione possidebat, *hominium* præstitit. At Dux Gueldriæ eorum quæ fecerat, nihil omnino revocare volebat, nec nisi post sex elapsos dies objurganti & instanti patri cessit. Tunc vero in occursum Regis venit, depositoque animi tumore, sigillum quidem literarum Regi missarum suum esse agnovit; sed ea quæ literæ complectebantur sua esse negavit, seque non consentiente scripta fuisse affirmavit, atque ita cum pace terminatum fuit negotium.

Suadente Laudunensi Cardinale, Rex cum viginti complevisset annos, se regni sui administrationem suscepturum esse declaravit. Tum Duces Biturigum & Burgundiæ rem molestissime ferentes, se subduxerunt. Dux vero Turonum Regis frater in consilium Regium admissus fuit cum Dominis de Ripariа, de Novigento, Joanne Mercerio, & Joanne de Monteacuto. *Juvenal des Ursins.*

Triennales induciæ inter Reges Franciæ & Angliæ, amborumque fœderatos conciliatæ, locum dedere Carolo Regi, ut animo indulgeret, dies festos celebraret, lætos cœtus cogeret, ludicras pugnas equestres cujusvis generis exhiberi curaret. Magnificos hujusmodi ludos fieri curavit primo Maii die, ubi Rex Siciliæ, fraterque ipsius Cenomanensis Comes Equites sunt creati, itemque celebritas & equestres ludi Meloduni facti sunt, cum Dux Turonum Regis frater Valentinam Mediolanensis Ducis filiam duxit. Verum has omnes celebritates & equestres ludos longe superarunt illa omnia quæ mense sequenti peracta sunt, cum Isabella Regina Lutetiam venit, ut ibi coronaretur. Regina ex sancti Dionysii oppido egressa ut Lutetiam veniat, depicta visitur in eleganti illo Froissartii codice Bibliothecæ Colbertinæ. Etsi Caroli *Idem.* *Froissart.*

de M. Colbert. Quoique le mariage du Roi Charles VI. avec Isabeau de Baviere eût été fait & celebré dès l'an 1385, la Reine n'étoit point encore venue à Paris. Le Roi voulut qu'elle y fît son entrée solennelle. Les préparatifs pour cette entrée furent si grands, que la renommée en vola partout. Il vint de tous côtez une affluence extraordinaire de gens. L'Historien Jean Froissart s'y rendit aussi, remarqua tout avec soin, & a fait un détail prodigieux des préparatifs, des spectacles, de la magnificence, de l'ordre qui y fut gardé. Il n'y eut guéres de fête pareille à celle-ci.

Entrée magnifique de la Reine Isabeau.

rarunt quo pacto Cliſſonium de medio tollerent. Cratumnius ipſius confodiendi operam in ſe ſuſcepit. Clam vero Lutetiam ſe contulit, ut occaſionem opportunumque tempus obſervaret, illius interficiendi. Accidit autem ut tunc temporis Rex Carolus celebritatem magnam, cui Principes & primores adfuere, inſtituerit in ædibus regiis ſancti Pauli, ibique convivium grande apparari juſſerit, quod ad multam noctem protractum fuit. Cratumnius vero, qui non ignorabat, qua via Conſtabularius rediturus eſſet, in quadrivio cum armatis viris illum exſpectavit. Conſtabularius, cum eques intempeſta nocte rediret, in inſidias incurrit, ſtatimque armatis cingitur viris, trahitur, gladiis impetitur, vulneribuſque confoditur. Ipſe tamen pro virili adorientes ſe propulſabat. Cum vero tandem confoſſus equus lapſus eſſet, forte fortuna accidit, ut juxta fores piſtoris, quæ apertæ tunc erant, deciderit Cliſſonius, ſeſeque in illam intromittens, a certiſſima morte ereptus fuerit, multis ſaucius vulneribus. Tum vero Conſtabularii famuli, qui ipſum inermes comitabantur, quique a Cratumnii caterva pulſi, diſjectique fuerant, una convenerunt, & in piſtoris domum ingreſſi, Conſtabularium vulneribus confoſſum repererunt. Rem illi ſtatim Regi nunciatum veniunt, qui cum ſtipatoribus ſuis & medicis quibuſdam piſtoris domum ſe contulit. Medici vulneribus perſpectis, lethale nullum eſſe dixerunt, & cito ſanitati reſtituendum eſſe polliciti ſunt. Armatos Rex miſit, qui Cratumnium inſequerentur & caperent; is enim dum huic patrandæ cædi operam daret, nomen ſuum non occultaverat. Verum ille fuga ſibi conſuluit, & in Britanniam pervenit. Tres ſceleris conſcii capti, confeſtim ad extremum ſupplicium miſſi ſunt. Cratumnio dies dicitur: cumque ſe ſiſtere nec auderet, nec cogitaret quidem, exſilio damnatur, bonaque ejus fiſco addicuntur. Maris Præfectus caſtellum quoddam Cratumnii petiit, in quo ille ſedes habere ſolebat; illoque tunc abſente, uxorem ipſius expulit, abſtulitque totam ſuppellectilem, cujus precium quadraginta millium ſcutorum erat.

Rex cui negotium illud admodum cordi erat, gnarus Cratumnium in Britanniam ſe recepiſſe, Duci Britanniæ denunciat, ut homicidam ſibi tradat. Dux ita reſpondet, ut rem nunquam ſe facturum eſſe ſubindicet. Rex interim Cratumnii ædes ſolo æquari jubet, quæ in cœmeterium verſæ ſunt. Bona autem illius Duci Aurelianenſi data fuere. Rex vero contra Britanniæ Ducem indignatus, bellum ipſi inferre decrevit. Duces Biturigum & Burgundiæ Conſtabulario infenſi, qui ejus apud Regem gratiam, honores, divitias, *Idem.*

à ſes richeſſes, diſſimuloient pourtant, & n'oſoient pas détourner le Roi de ſon deſſein de porter la guerre en Bretagne, quoique ſécretement ils fiſſent tout ce qu'ils pouvoient pour l'empêcher. Il partit donc avec l'armée & s'en alla au Mans : quoique ſelon Froiſſart il n'eût pas une ſanté bien ferme ; la grande envie qu'il avoit de punir le Duc de Bretagne lui faiſoit ſupporter toutes ces fatigues, & le grand chaud qu'il faiſoit en ce tems-là. Etant parti du Mans, un homme mal vêtu & déchauſſé, qui ſortit de la Forêt voiſine, vint ſaiſir les reſnes de ſon cheval en lui diſant, qu'il s'en retournât & qu'il étoit trahi. Cela lui troubla les ſens & la raiſon ; & ce qui acheva de le mettre hors de lui-même, c'eſt qu'un Page laiſſa tomber ſa lance, qui avoit un fer brillant, ſur la tête d'un autre Page. Alors le Roi Charles tira ſon épée, ſe mit à frapper à droit & à gauche en criant, *avant, avant ſur ces traîtres.* Voiant venir à lui le Duc d'Orleans, il courut après lui pour le tuer, ne le connoiſſant pas, & le Prince s'enfuit à toute bride. On prit enfin le Roi, on le dépouilla & on le fit porter au Mans & de là à Creil ſur Oiſe. Il y en eût qui ſoupçonnerent qu'il avoit été empoiſonné. On contremanda tous ceux qui étoient partis pour aller faire la guerre en Bretagne, & cette expedition fut rompue.

Accident qui trouble le ſens au Roi Charles.

Les trois Etats du Roiaume vinrent à Paris pour déliberer à qui on donneroit le gouvernement du Roiaume pendant la maladie du Roi. Ils furent plus de quinze jours à conferer là-deſſus, & jugeant que le Duc d'Orleans étoit encore trop jeune, ils le défererent aux Ducs de Berri & de Bourgogne. Ces Princes firent d'abord ſaiſir quelques Favoris du Roi & les mirent en priſon. Le Duc de Bourgogne en vouloit terriblement au Connétable de Cliſſon, ſur tout à cauſe de ſes richeſſes qui montoient à quinze cent mille francs, ſans y comprendre ſes fonds de terre, ni deux cent mille francs qu'il avoit donné à ſa fille quand il la maria à Jean de Blois ; c'étoit une ſomme prodigieuſe en ces tems-là. Ce Prince aiant parlé très-rudement à Cliſſon, il ſentit bien qu'il n'y faiſoit pas bon pour lui, & s'enfuit avec ſes gens à Mont-le-heri, & delà pour plus grande ſûreté il ſe retira en Bretagne dans un de ſes châteaux. On l'envoia ſommer de comparoître, on le fit ajourner pluſieurs fois, mais inutile-

Le Connétable de Cliſſon s'enfuit.

non æquo animo ferebant, diſſimulabant tamen, neque Regem avertere audebant a bello in Britanniam inferendo, etſi clam nihil non agebant, ut ab hoc conſilio deterrerent. Profectus ergo cum exercitu Rex, Cenomanum venit : etſi non tam proſpera valetudine fruebatur, inquit Froiſſartius, Ducem Britanniæ ulciſcendi cupido, ut labores & æſtum illa tempeſtatem grandem facile libenterque perferret efficiebat. Cum Cenomano profectus eſſet, iterque ageret, vir quidam laceris veſtibus, nudiſque pedibus, ex vicina ſilva egreſſus, Regem adiit, equi ejus habenas apprehendit, edicitque ipſi, ut retrocedat, domumque revertatur, inſtare namque proditionem. Tunc animo perculſus, perturbatuſque Carolus, jam mentis compos non erat : eodem tempore accidit ut regii pueri lancea micante ferro in caput alterius pueri regii decideret ; hoc caſu in dementiam actus Rex, ſtricto gladio, obvios quoſque circumquaque ferire cœpit, exclamans : *Age, age, in proditores irrumpe.* Cumque videret ſe adeuntem Aurelianenſem Ducem, ad illum accurit interfecturus, ipſum quippe non noverat. Ille vero effuſis habenis aufugit. Comprehenditur tandem Carolus, veſtibus exuitur, ac Cenomanum deportatur, indeque Credilium ad Iſaram. Non defuere qui venenum ipſi propinatum fuiſſe ſuſpicati ſunt. Quotquot autem ad Britannicum bellum contendebant, retrocedere juſſi ſunt, ſicque in Britanniam ſuſcepta expeditio nulla fuit.

Tres regni Ordines Lutetiam venerunt, ut deliberaretur quibuſnam, Rege in tanta infirmitate verſante, regimen & rerum adminiſtratio committeretur. In ea re tractanda plus quam quindecim dies inſumti ſunt. Cum autem juniorem putarent Aurelianenſem Ducem, quam ut tanta negotia gerere poſſet, regni gubernacula Ducibus Biturigum & Burgundiæ detulerunt. Hi ſtatim quoſdam, qui apud Regem gratia multum valebant, in carcerem trudi curarunt. Cliſſonio autem Conſtabulario admodum infenſus erat Dux Burgundiæ, ob divitias maxime, quæ ad decies quinquies centena millia Francorum pertingebant, non connumeratis prædiis & agris, nec computata ſimul ducentorum millium Francorum ſumma, quam filiæ ſuæ in dotem dederat, quando a Joanne Bleſenſi in uxorem ducta fuit. Hic tantus pecuniæ cumulus prodigii ſimilis erat iſtis temporibus. Cumque is ipſe Burgundiæ Dux aſpere admodum verbis Cliſſonium excepiſſet, ſentiens ipſe non tuto ſe poſſe in regia conſiſtere, cum ſuis & familia tota ad Montem-Leherium ſe recepit, indeque ad ſecuritatem majorem in Britanniam confugit, & in uno caſtellorum ſuorum ſedes poſuit. Dies illi dicitur, ut compareat ſæpe provocatur : at incaſſum juſſa ceſſerunt. Demum-

Froiſſart.

ment. Enfin on le jugea par contumace, il fut banni du Roiaume de France, condamné à paier cent mille marcs d'argent, pour les extorsions qu'il avoit faites, & à perdre à perpetuité sa charge de Connétable.

Le Roi revint enfin en son bon sens par l'habileté de son Medecin : & la tréve de trois ans entre la France & l'Angleterre étant expirée, on la renouvella depuis la S. Michel de l'an 1392. jusqu'à la S. Jean de l'an 1394. Peu après arriva cet accident étrange qui pensa faire tomber le Roi en démence. On célebroit des nôces à la Cour, en l'Hôtel de la Reine Blanche, Froissart dit que ce fut à l'Hôtel de S. Paul. Un de la troupe pour donner un divertissement avoit fait faire six habits de toile couverte de lin & d'étoupe, qui faisoient paroître ceux qui les portoient velus comme des Sauvages. Le Roi en prit un; Le Duc d'Orleans mit le feu à l'un de ces habits, mais par bonheur le Roi ne se trouva pas dans la troupe. Juvenal des Ursins dit, qu'une femme veuve *affeubla* le Roi de son manteau, & qu'il fut ainsi garenti : ce feu gagna de l'un à l'autre ensorte que quatre de ces Seigneurs périrent, l'un desquels fut Yvain bâtard du Comte de Foix.

Autre accident.

Juvenal des Ursins, qui dit que ceci se passa à l'Hôtel de la Reine Blanche près de S. Marceau, ajoute que *pour l'énormité du cas*, il fut ordonné que l'Hôtel de la Reine Blanche seroit abbatu & démoli.

Clisson aiant été dégradé de la charge de Connétable, on l'offrit au Sire de Couci, qui la refusa, & on la donna à Philippe d'Artois. Le Duc de Bretagne croiant avoir trouvé une occasion favorable pour opprimer & faire périr Olivier de Clisson, qu'il haïssoit à mort, prit les armes contre lui. Clisson, bien accompagné de gens armez, & soutenu sous main par le Duc d'Orleans, qui lui envoioit du secours, se défendoit très-bien, & avoit le plus souvent le dessus. Le Duc vouloit faire marcher les Seigneurs Bretons contre lui : ceux-ci s'en excusoient en disant, que ne s'agissant que d'une querelle particuliere entre lui & Olivier de Clisson, ils s'entremettroient volontiers pour faire la paix entre eux deux ; mais qu'ils ne prendroient pas les armes contre leur compatriote. Le Duc voiant que cette guerre tournoit mal pour lui, prit enfin ce parti. Il vouloit d'abord que Clisson vint le trouver à Vannes pour traiter avec lui ; mais il

---

que de illo ut contumace judicatur, mulctatur exsilio ex regno Franciæ, centum mille besses argenti solvere jubetur ob extortas a diversis pecunias, & a Constabularii officio & gradu in perpetuum excluditur.

Froissart. Juvenal. Rex tandem ex medici, ut aiebant, peritia sensum usumque rationis recuperavit. Cum vero triennales induciæ Franciam inter & Angliam effluxissent, prorogantur illæ a festo S. Michaelis anni 1392. ad festum sancti Joannis anni 1394. Haud multum postea accidit infaustus ille eventus, quo Rex in extremam fere dementiam actus est. Nuptiæ in regia celebrabantur, & quidem in ædibus Blanchæ Reginæ. Froissartius vero ait id actum fuisse in ædibus regiis sancti Pauli. Ex convivis autem quispiam, recreandi animi causa, sex ex tela communi vestes apparari curaverat, lino & stuppa coopertas; ita ut qui iis vestiebantur, feros silvestresque homines hirsutos referrent. Rex hujusmodi indui veste voluit. Dux vero Aurelianensis uni vestium ignem admovit, quæ statim flammam concepit. Feliciter autem accidit, Regem procul ab aliis ita vestitis tunc fuisse. Juvenalis porro de Ursinis ait, mulierem quamdam viduam Regem pallio suo contexisse, sicque salvum illum evasisse. Flamma vero ab alio ad alium pervasit, ita ut ex proceribus quatuor incendio perirent, ex quorum numero fuit Yvo Fuxensis Comitis nothus filius.

Juvenalis de Ursinis qui narrat gestam rem fuisse in ædibus Reginæ Blanchæ, addit, ob eventus *enormitatem*, ædes Reginæ Blanchæ solo æquari jussum fuisse.

Postquam Clissonius ex Constabularii officio & gradu dejectus fuerat, oblatum id muneris fuit Cuciacensi Toparchæ, quo abnuente, Philippo Artesio Constabularii munus defertur. Dux vero Britanniæ occasionem se nactum putans opprimendi ac de medio tollendi Clissonii, quem summo prosequebatur odio, contra illum armatus movit. Hic autem pugnatorum manu instructus, & auxiliis Ducis Aurelianensis, qui clam illum fovebat, roboratus, oppugnantem se Ducem strenue propulsabat, sæpeque cum aggredientium se dispendio. Dux vero Britonum primores ad se convocare studebat, ut illorum ope Clissonium debellaret. Hi respondebant, cum de peculiari inter contribules rixa tunc ageretur, se libenter ad rem inter ambos componendam daturos operam esse, neque unquam contra illum arma sumturos esse. Ubi vidit autem Dux non ad votum suum rem procedere, alio convertit animum, & Clissonium sibi devincire tentavit, statimque cupiebat ut Clissonius Venetiam se conveniret, ut de pace concilianda ageretur. Clis- *Iidem.*

n'avoit garde de s'y fier y aiant déja été pris une fois. Pour l'engager d'y venir ſûrement, il lui donna enfin ſon fils en ôtage. Cliſſon y vint alors, & en uſant genereuſement il amena le fils du Duc avec lui. Cette paix ſe fit en 1395. Le même Cliſſon s'étoit auſſi réconcilié avec le Duc de Berri en 1393.

Les Rois de France & d'Angleterre ſouhaitoient fort la paix, & convinrent enſemble qu'on s'aſſembleroit de part & d'autre à Lelinghen pour conferer ſur les prétentions de chaque parti, qui avoient empêché ci-devant de rien conclure. Les Ducs de Berri & de Bourgogne y aſſiſterent pour le Roi de France leur neveu, avec plein pouvoir; & les Ducs de Lancaſtre & de Glocheſtre y vinrent pour le Roi d'Angleterre leur neveu, y exercer la même fonction. Le Roi Charles pour être plus près des négociations ſe rendit à Abbeville. Après bien des propoſitions faites, les traitans trouverent tant de difficultez à conclure une bonne paix, qu'ils furent obligez de ſe contenter d'une tréve pour quatre ans. Le Roi Charles qui juſqu'alors avoit eu un aſſez bon intervalle, retomba en freneſie, & demeura longtems en cet état. Dans ſes freneſies il voioit plus volontiers Valentine Ducheſſe d'Orleans qu'aucun autre. Quelques-uns ſoupçonnoient qu'elle l'avoit enſorcellé, diſant qu'elle venoit de Milan; & que les Lombards étoient adonnez aux ſortileges. Mais c'étoient des bruits mal fondez, dit Juvenal des Urſins. Le Roi après qu'il fut revenu de cet accident, fit un pélerinage à S. Denis & au Mont S. Michel pour obtenir de Dieu une ſanté parfaite.

1393.

Autre treve avec l'Angleterre.

Leon Roi d'Armenie refugié en France mourut en ce tems-ci, & fut enterré aux Céleſtins. Les Juifs qui en conſideration des ſommes qu'ils fourniſſoient au Roi étoient maintenus en France, malgré les cris du peuple que ces malheureux accabloient par leurs uſures, furent enfin chaſſez du Roiaume à la priere de la Reine; quelques-uns aimerent mieux ſe faire Chrétiens que de quitter leurs biens.

Philippe Comte d'Eu, Connétable de France, ſouhaitant d'aller faire preuve de ſa valeur, obtint du Roi qu'il iroit au ſecours du Roi d'Hongrie contre les Turcs. Quand il fut arrivé en Hongrie, ce Roi l'emploia à faire la guerre aux Paterins de Boheme. Ces peuples ne tinrent point contre les troupes Françoiſes & furent d'abord domtez.

ſonius ſuopte præterito periculo cautior, non fidebat roganti, quia pridem ſibi res male ceſſerat. Dux tandem ut tuto & abſque metu veniret, filium ſuum obſidem ipſi miſit. Tum Cliſſonius generoſe cum Duce agens, ipſi filium adduxit, & de pacis conditionibus ambo tandem conſenſerunt anno 1395. Jam vero Cliſſonius Ducem Biturigum ſibi conciliaverat anno 1393.

Froiſſart. Juvenal. Le Moine de S. Denis.

Reges Franciæ & Angliæ pacem mutuam peroptabant, amboque conſentere, ut Lelinghenii conventus & concilium haberetur, ut quæ paci ante obfuerant, ex utraque parte propoſita dirimerentur, ſi quidem fieri poſſet. Ex parte Regis Francorum illò miſſi ſunt cum plena poteſtate ipſius patrui Dux Biturigum & Dux Burgundiæ. Duces vero Lancaſtriæ & Glocestriæ Regis Angliæ patrui, eadem poteſtate fulti, illò conceſſerunt. Rex vero Carolus, ut conventui proximus eſſet, in Abbatis-villam ſe contulit. Poſtquam plurima utrinque propoſita fuere, tot tantæque ſeſe obtulere facienda pacis difficultates, ut inducias tantum quatuor annorum facere ambæ partes cogerentur. Rex vero Carolus qui hactenus a ſolito morbo liber fuerat in phrenesin incidit, diuque illo in ſtatu perſeveravit. Phrenesi porro detentus Valentinam Aurelianenſis Ducis uxorem libentius, quam alium quemliber, videbat. Nonnulli ſuſpicabantur illam faſcinatione quadam Regem affeciſſe: dicebant quippe illam Mediolani ortam eſſe, & Langobardos eſſe ſortibus deditos. Verum hi rumores vulgi erant nullo fundamento nixi, inquit Juvenalis de Urſinis. Rex ubi convaluit, ad ſanctum Dionyſium, & ad Montem ſancti Michaelis, pietatis cauſa peregrinatus eſt, ut a Deo perfectam valetudinem impetraret.

Leo Rex Armeniæ, qui in Franciam confugerat, hoc tempore mortuus, in Eccleſia Cæleſtinorum Pariſienſium ſepelitur. Judæi, qui ſummas pecuniæ Regi identidem ſubminiſtrantes, in Francia retinebantur, nihil obſtantibus populi clamoribus, quem miſeri illi uſuris & fœnoribus opprimebant, ex regno tandem, rogante Regina, pulſi ſunt. Ex illis quidam Chriſtianam amplecti religionem maluerunt, quam facultates deſerere ſuas.

Juvenal. Le Moine de S. Denis.

Philippus Artefius Comes Augi, Franciæ Conſtabularius, cum animi fortitudiniſque ſuæ argumenta dare cuperet, ab Rege impetravit ut liceret ſibi Regi Hungariæ auxiliatum ire contra Turcas. Ubi in Hungariam pervenit, Rex illum contra Paterinos Boemiæ miſit, qui contra Francorum turmas diu pugnare non valuerunt; ſed intra breve tempus domiti ſunt.

Idem.

La plus grande affaire de ce tems-là étoit le Schiſme qui déchiroit l'Egliſe. 1394. Il y avoit toujours deux Papes, l'un à Rome & l'autre à Avignon : cela cauſoit de la diviſion, des diſputes & des guerres. Les gens bien intentionnez ſouhaitoient qu'on trouvât moien de faire ceſſer un ſi grand ſcandale. L'Univerſité de Paris, alors la plus célebre de toute la Chrétienté, s'intereſſoit vivement pour cela. Elle obligea Nicolas de Clemangis, d'achever un Traité qu'il avoit commencé, où il étoit parlé de toutes les voies qu'on pouvoit prendre pour moienner l'union de l'Egliſe. Ce Traité étoit adreſſé au Roi, & malgré les intrigues des Emiſſaires de Clement VII. pour empêcher qu'il ne parvint juſqu'à ſa Majeſté, il lui fut enfin preſenté par l'Univerſité. Dans ce Mémoire, que nous avons tout entier, on ne ménageoit point ceux qui par des interêts particuliers s'oppoſoient au bien public de l'Egliſe. On propoſoit trois moiens de procurer la réunion des partis. Le premier étoit la ceſſion & la rénonciation abſolue des deux qui ſe diſputoient la Papauté; de celui de Rome & de celui d'Avignon. Le ſecond moien étoit que les deux convinſſent enſemble *d'un choix de perſonnes notables, qui reglaſſent l'affaire par maniere de compromis, & qui jugeaſſent définitivement de leur different.* Le troiſiéme & le dernier moien étoit, d'aſſembler un Concile. Ce Mémoire fut d'abord bien reçû du Roi : mais par l'intrigue du Cardinal de Lune, tout cela n'eut aucun effet.

Affaires de l'Egliſe à l'occaſion du ſchiſme.

Cependant l'Univerſité eut permiſſion du Roi d'envoier ce Mémoire à Clement, qui le reçût très-mal, & ne voulut pas le donner à lire aux Cardinaux. Mais comme ils avoient eux-mêmes reçû un paquet où il étoit contenu, ils le lurent, & dirent franchement au Pape qu'ils étoient du même avis que l'Univerſité. Ce qui le toucha ſi vivement qu'il en mourut de déplaiſir trois jours après. D'autres diſent qu'il mourut d'apoplexie. Il laiſſa de grands tréſors dans ſes coffres.

Le Roi écrivit deux fois aux Cardinaux d'Avignon pour les prier de ſurſeoir l'élection. Les Cardinaux ſe doutant bien de ce que les lettres contenoient, avant que de les lire ſe preſſerent de faire un Pape, & nommerent le Cardinal Pierre de Lune, qui prit le nom de Benoît XIII. Il écrivit au Roi qu'il avoit été forcé d'accepter le Pontificat, & feignit d'avoir un grand deſir de procurer l'union de

---

Le Moine de S. Denis.

Quod maximum tunc in orbe Chriſtiano agitabatur negotium, ſchiſma illud erat, quo Eccleſia Dei diſcerpebatur. Duo Summi Pontifices erant, alius Romæ, alius Avenione. Hinc diſſenſiones, diſputationes, bella. Qui rei Chriſtianæ bono & commodis ſtudebant, hoc tantum offendiculum de medio tolli peroptabant. Univerſitas Pariſienſis, quæ tum apud Chriſtianos omnium celeberrima erat, id negotii maxime curabat, illudque egit apud Nicolaum Clemengium, ut quod jamdiu cœperat opuſculum perficeret, ubi de viis omnibus agebatur, queis poterat Eccleſia ſub unum reduci caput. Hoc opuſculum Regi nuncupabatur. Etiamſi vero nihil non egerint Clementis emiſſarii, ut ne ad uſque Regem id operis perveniret, tandem ab ipſa Univerſitate oblatum illi fuit. In hoc opuſculo, quod integrum ad noſtra uſque tempora pervenit, non parcebatur iis qui ſuis unice commodis ſtudentes, Eccleſiæ totius utilitati adverſabantur. Tres vero modi proponebantur, queis poterant adverſæ partes in unum confluere. Primus modus erat ceſſio ſeu renunciatio amborum, Romani nempe Pontificis & Avenionenſis, qui ſe Summos Pontifices dicebant. Secundus modus erat ut ambo quaſdam uno conſenſu perſonas deligerent, quæ ex compromiſſo omnia ſtatuerent, deque tanto negotio ultimum proferrent judicium. Tertius & ultimus erat, ut concilium congregaretur. Hoc opuſculum ſtatim a Rege libenter exceptum fuit : verum per occulta Cardinalis Lunenſis artificia, nihil inde operis conſequutum eſt.

Interea vero Univerſitas, Rege permittente, hoc opuſculum Clementi miſit, qui indigne illud excepit, nec Cardinalibus legendum tradere voluit. Sed quia ipſi quoque literarum faſciculum acceperant, in quo opuſculum incluſum erat, ipſum legerunt, & Summo Pontifici dixere, ſe in eamdem cum Univerſitate ſententiam convenire, id quod Clementem tanto affecit dolore, ut poſt triduum obierit. Quidam vero narrant ipſum apoplexia percuſſum interiiſſe. In arcis vero ſuis ingentem pecuniæ ſummam reliquiſſe fertur. *Idem.*

Rex Avenionenſibus Cardinalibus bis ſcripſit, rogans a novo deligendo Pontifice ſuperſederent. Cardinales vero ſuſpicati, idipſum, quod diximus in regiis literis contineri, antequam illas legerent, celerius ad Papam deligendum convenere, nominaveruntque Cardinalem Petrum de Luna, qui Benedicti XIII. nomine appellari voluit, ſtatimque Regi literas miſit, ſe ad tale acceptandum munus vi compulſum eſſe dictitans, magnumque deſiderium ſimulabat procu- *Idem.*

l'Eglise. Le Roi fit faire une assemblée des Prélats de son Roiaume, où l'on examina les trois moiens proposez pour l'exstinction du Schisme, le Concile, le compromis, ou la cession : & l'on jugea que ce dernier étoit le plus court & le plus aisé de tous.

Les Ducs d'Orleans, de Berri, & de Bourgogne, avec les députez de l'Université allerent à Avignon pour porter Benoît à faire cette cession ; il fit tout ce qu'il put au monde pour éluder les poursuites qu'on faisoit pour l'engager à cette démarche. Tous les Cardinaux hors un furent pour la cession. Benoît qui ne s'étonnoit de rien, emploioit mille détours, pour éviter cette voie d'accommodement qui lui déplaisoit tant. Il proposoit d'autres moiens, tantôt une conference avec ses competiteurs, tantôt la voie d'arbitrage, & cela uniquement pour amuser, n'aiant aucun dessein de se démettre. Les Cardinaux de sa Cour blâmerent son procedé, & les Princes partirent enfin d'Avignon sans lui dire adieu. Le Roi voiant qu'on n'avançoit rien par cette voie, de l'avis de l'Université, envoia des Ambassadeurs à tous les Princes Chrétiens qu'il prioit de s'unir à lui pour l'extinction du Schisme, & pour réunir tous les Chrétiens sous un même chef. 1395.

La Reine d'Angleterre étant morte, le Roi Richard fit demander à Charles Roi de France Isabelle sa fille en mariage. Elle lui fut accordée, & l'on fit en même tems une tréve entre les deux Couronnes pour vingt-huit ans. Les Genois se voiant sur le point de tomber sous la domination de Jean Galeazzo Vicomte & depuis Duc de Milan, vinrent supplier le Roi d'accepter leur Seigneurie, ce qu'il fit volontiers. Au même tems fatigué des remedes qu'on lui faisoit perpetuellement, il chassa de sa Cour Renaud Freron son principal Medecin. Son mal le reprit alors si violemment qu'il ne se connoissoit pas lui-même, ni sa femme ni ses enfans. Il avoit de tems en tems de bons intervalles, où il parloit & raisonnoit : on le faisoit alors paroître & donner audience. Les Ambassades envoiées aux Princes Chrétiens pour travailler conjointement avec eux à l'exstinction du Schisme, eurent un succès favorable, quoique le Roi de Boheme, corrompu par Benoit, traversât la négociation.

Autre treve avec l'Angleterre.

Les Sultans des Turcs augmentoient toujours leur Empire aux dépens des

1396. Guerre en Hongrie.

---

randæ Ecclesiæ unionis, & exstinguendi schismatis. Rex autem regni sui Episcopos congregari curavit, inque tanto cœtu allati, excussique sunt tres illi exstinguendi schismatis modi, concilium nempe, compromissum & cessio, judicatumque fuit hunc postremum modum esse cæteris breviorem, faciliorem que.

Idem. Duces Aureliani, Biturigum & Burgundiæ, cum Oratoribus Universitatis Parisiensis, Avenionem se contulerunt, ut Benedictum Papam ad hanc faciendam cessionem inducerent. Nullas ille non machinas adhibuit, ut urgentium se ad cedendum deponendumque Pontificatum conatus eluderet. Cardinales, uno excepto, omnes cessioni adstipulabantur. Benedictus vero impavidus mille circuitionibus utebatur, ut ab hac cessionis via declinaret, quam tantopere horrebat. Alios ille concordiæ modos proponebat, modo colloquium cum competitoribus, modo arbitrorum convenientium suffragium, nec alio ille animo proponebat, quam ut traheret moras, neque enim munus Pontificis ulla ratione deponere volebat. Cardinales Avenionenses Benedicti artificia summe improbabant. Principes vero tandem, nec Pontifici vale dicentes, Avenione profecti sunt. Rex Carolus hac via nihil perfici posse cernens, de Universitatis consilio, Oratores misit ad Principes Christianos omnes, quos rogabat operam suam darent exstinguendo schismati, ut sub uno capite Christiani jungerentur omnes.

Cum Regina Angliæ fato functa esset, Ricardus Rex a Carolo Francorum Rege filiam suam Isabellam in sponsam petiit, & optatum impetravit Eodemque tempore induciæ factæ sunt inter ambos Reges ad viginti & octo annorum spatium. Genuenses vero, imminente sibi periculo, ne sub potestatem caderent Joannis Galeatii Vicecomitis, postea que Ducis Mediolanensis, Regem Carolum supplicatum venerunt, uti se sub dominio suo reciperet : id quod ille libentissime admisit. Eodemque tempore cum pharmaca sibi assidue oblata admodum fastidiret, ex regia expulit Reginaldum Freronium inter Medicos suos præcipuum, tuncque ab assueto morbo corripitur cum tanta violentia, ut nec se ipsum, nec uxorem, nec filios agnosceret. Identidem tamen per aliquod temporis spatium a morbo respirabat, ita ut posset colloqui, & rebus propositis apposite respondere, tuncque ad colloquium admittebantur ii qui negotiorum causa venirent. Qui ad Principes Christianos missi fuerant Oratores, ut conjunctim cum illis Rex Carolus exstirpendo schismati advigilaret, cum prospero exitu rem aggressi sunt, quamvis Rex Bohemiæ a Benedicto corruptus, negotium interpellare conatus sit. *Idem.*

Turcarum Sultani imperii sui fines perpetuo prorogabant, e vicino positos Christianos subjugando. Cum *Froissart. Juvenal. Le Moine de S. Denis.*

Chrétiens leurs voiſins. Le Roi d'Hongrie craignant quelque invaſion de Bajazet Sultan des Turcs, qui portoit la terreur par tout, envoia des Ambaſſadeurs en France pour demander ſecours au Roi. Le Roi reçût fort bien l'Ambaſſade, il fut réſolu dans ſon Conſeil qu'on lui envoiroit un puiſſant ſecours. Le Duc de Bourgogne préſenta Jean ſon fils Comte de Nevers, pour être chef de la troupe, ce que le Roi trouva bon. Le Connétable fut auſſi de la bande avec pluſieurs autres Princes & Seigneurs de la premiere qualité. Pluſieurs Seigneurs étrangers ſe joignirent à eux, le tout faiſoit un bon corps d'armée qui prit le chemin de la Hongrie. Malgré les efforts de Jean Galeazzo, Gennes ſe rangea ſous l'obéiſſance du Roi, à condition qu'il lui donneroit ſecours quand le Duc de Milan ou quelque autre lui feroit la guerre.

Iſabelle fille du Roi Charles mariée au Roi d'Angleterre.

Iſabelle fille du Roi Charles, & femme de Richard Roi d'Angleterre qui l'avoit épouſée par Procureur, partit de Paris. On ne pouvoit rien ajouter à la magnificence & à la richeſſe de l'attirail de cette jeune Reine. L'or, l'argent, les perles & les pierres les plus précieuſes brilloient ſur tout ce qui étoit à ſon uſage. Le Roi Charles la ſuivit de près, & ſe rendit au lieu de l'entrevûe entre Guines & Ardres, où devoit auſſi venir le Roi Richard, qui avoit paſſé à Calais. Les deux Rois s'embraſſerent cordialement, & ſe témoignerent beaucoup d'amitié. Richard étoit bien aiſe de ſe concilier le Roi Charles, parce que ſoupçonnant que les Ducs de Lancaſtre & de Gloceſtre, ſur tout ce dernier, n'étoient point dans ſes interêts, il vouloit ſe fortifier d'un autre côté. Après la tréve ſignée, le Roi Richard remit ſans aucune difficulté Breſt au Duc de Bretagne & Cherbourg au Roi de Navarre. Ce fut une des cauſes de ſa perte. Le Duc de Gloceſtre ſon oncle, le Comte d'Arondel & pluſieurs autres Seigneurs conſpirerent de le détrôner, ce qui n'étoit pas nouveau en Angleterre. Nous verrons les triſtes ſuites de cette affaire.

Le corps d'armée de France qui marchoit vers la Hongrie, commandé par le Comte de Nevers y arriva heureuſement. Le Roi Sigiſmond reçût ce ſecours avec grand joie, & comme il avoit beaucoup d'experience, ſur tout pour ce qui regardoit la guerre contre les Turcs, il leur donna de bons conſeils qu'ils ne ſuivirent pas. Contre ſon avis ils allerent aſſieger Nicopòli : mais les Turcs venant contre eux, ils furent obligez de lever le ſiege & vinrent donner bataille

---

Rex Hungariæ metueret ne Bajazetus tunc Turcarum Sultanus regnum ſuum invaderet: ille namque terrore nominis ſui omnia complebat, oratores ad Regem Francorum auxilia petitum miſit. Oratores Rex perhumaniter excepit, coactoque concilio ſtatutum fuit ut magna militum manus illò mitteretur. Dux vero Burgundiæ Joannem filium in exercitûs ducem obtulit, cui Rex aſſenſit. Conſtabularius quoque hanc ſuſcepit expeditionem cum multis aliis Principibus & Francorum primoribus. Sic coactus ſat numeroſus exercitus fuit, qui verſus Hungariam movit. Obſiſtente licet Joanne Galeatio, Genua ſeſe in poteſtatem Regis Francorum tradidit, illa conditione, ut ſive Dux Mediolanenſis, ſive alius quiſlibet fines ejus aliquando invaderet, opem ipſi Rex ferret.

Iidem. Iſabella Regis Caroli filia, uxorque Ricardi Angliæ Regis, quam hic jam per Procuratorem duxerat, Lutetia profecta eſt. Nihil addi poſſe videbatur magnificentiæ ac divitiis ad apparatum & cultum junioris Reginæ adhibitis. Aurum, argentum, margaritæ & precioſiſſimæ gemmæ micabant in omnibus rebus ad ejus uſum deputatis. Rex Carolus etiam profectus eſt, atque in aſſignatum locum venit, quo venturus erat Rex Ricardus qui Caletum trajecerat. Ambo Reges mutuis amplexibus amicitiæ ſinceræ conſpicua ſigna dederunt. Ricardus vero Regem Carolum ſibi devincire ſtudebat, cum ſuſpicaretur enim Duces Lancaſtriæ & Gloceſtriæ, huncque poſtremum præcipue, ſibi, occulte licet, infeſtos eſſe, aliunde ſibi amicos & opitulatores parare ſtudebat. Poſtquam induciæ ſcripto conſignatæ fuerunt, Rex Ricardus haud difficulter Breſtum Duci Britanniæ & Cæſaris-burgum Regi Navarræ reſtitui juſſit: quæ urbium reſtitutio inter infortunii illius cauſas numeratur. Dux Gloceſtriæ patruus ejus, Comes Arundellius, aliique plurimi proceres Angli, ipſum de ſolio regio decutere poſtea machinati ſunt. Hæc res in Anglia inſolens non erat: quæ hinc triſtia conſequuta ſunt paulo poſt videbitur.

Exercitus Francorum, qui duce Nivernenſi Comite verſus Hungariam contendebat, illò tandem pervenit. Rex Sigiſmundus hoc tantum auxilium cum gaudio ſuſcepit, & quia rerum experientia pollebat, circa ea maxime quæ ad bellum contra Turcas ſpectabant, monita Francis dedit & conſilia, quæ ipſi ſequi neglexerunt. Abnuente namque illo Nicopolin obſeſſum ſe contulere: verum imminente Turcarum exercitu, obſidionem ſolvere coacti ſunt, & contra *Iidem.*

à Bajazet, ils mirent d'abord en déroute ſon avantgarde, & firent des prodiges de valeur. Mais l'arriere garde de Bajazet les aiant inveſtis, ils furent bien étonnez. Une grande partie d'entre eux ſe défendit pourtant encore juſqu'à la derniere extrêmité, & fit un grand carnage de Turcs. Froiſſart dit qu'il périt dans le combat trente Turcs contre un Chrétien. A la fin tout ce qui reſtoit de François fut ou tué ou pris. Bajazet irrité de cette horrible boucherie de Turcs, qu'il avoit été voir de ſes propres yeux, fit tuer tous les François hors les plus grands Seigneurs qu'il reconnut à leurs habits ſuperbes & dont il eſperoit tirer une groſſe rançon. Jean Comte de Nevers fut auſſi ſur le point d'être tué, mais un Turc *Nigromancien* & devin prédit, qu'il feroit périr plus de Chrétiens que tous les Turcs enſemble, & cela lui ſauva la vie.

Défaite des François par les Turcs.

Il fut établi en cette même année qu'on donneroit aux criminels condamnez à mort un Confeſſeur: ce qui leur avoit toujours été refuſé auparavant. On aſſigna aux Cordeliers un fond pour exercer cette œuvre de miſéricorde.

Charles II. Roi de Navarre envoia au Roi de France ſon couſin l'Evêque de Pampelune, pour le prier de lui faire reſtituer les terres qu'il devoit avoir en Normandie & en d'autres Provinces de France. L'Evêque fut très-bien reçû. Mais il y eut partage de voix dans le Conſeil. Les uns diſoient, que par les maux horribles & infinis que ſon pere avoit fait au Roiaume de France, il avoit juſtement perdu pour lui & pour ſes ſucceſſeurs tous les biens qu'il y avoit. Les autres furent d'avis qu'on lui rendît, non pas les villes & places que ſon pere avoit en Normandie, par le moien deſquelles il avoit penſé perdre le Roiaume: mais l'équivalent en d'autres Provinces. Ce conſeil fut ſuivi: on érigea en ſa faveur Nemours en Duché, qui lui fut donné, & on lui donna dans le Gaſtinois & dans la Champagne des Terres & des Seigneuries, juſqu'à dix mille livres tournois de rente, & à Pierre de Navarre ſon frere le Comté de Mortaing. Le Roi de Navarre en fut content. D'autres mettent cette affaire en 1404. mais cela ſe peut concilier en diſant, qu'elle ne fut tout à fait terminée qu'alors. Elle demandoit en effet bien des diſcuſſions.

Au mois de Juillet le Roi eut une attaque de ſon mal ſi violente, qu'au pre- 1397.

Bajazetum pugnam commiſerunt, ſtatimque cum incredibili fortitudine pugnantes, primam Turcarum aciem profligarunt; ſed cum poſtrema acies ipſos a tergo clauſiſſet, ſtupefacti admodum ſunt: magna tamen pars ipſorum ad extremum uſque halitum hoſtem propulſarunt, ingentemque Turcarum fecere ſtragem. Ait vero Froiſſartius triginta Turcas vice Chriſtiani unius in hac pugna periiſſe. Tandem quidquid Francorum ſupererat, aut cæſum aut captum fuit. Bajazetus tanta ſuorum cæde ipſis oculis conſpecta, Francos omnes interfici juſſit, primoribus exceptis qui ex veſtium cultu agniti deprehenſique ſunt, ex horum quippe redemtionis precio, ingens pecuniæ ſumma obventura putabatur. Joanni Nivernenſi Comiti jam gladius imminebat, occidenduſque erat, inquit Juvenalis. Verum Turca quidam, necromantis & fatidicus prædixit ejus opera plures perituros eſſe Chriſtianos, quam Turcarum manu: cujus vaticinii gratia ab ingruente morte ereptus eſt.

Juvenal des Urſins.

Hoc ipſo anno decretum fuit, ut ſceleribus obnoxiis & ad mortem damnatis, Sacerdos committeretur, qui peccatorum confeſſionem exciperet; id quod ipſis antea ſemper negatum fuerat. Ad eam vero rem ſumma quædam annua Franciſcanis deputata fuit, qui ad hoc miſericordiæ munus exercendum delecti fuere.

Idem.

Carolus II. Rex Navarræ, ad Regem Francorum cognatum ſuum miſit Epiſcopum Pompelonenſem, qui rogaret ſibi ea caſtra & oppida in Normannia & in aliis provinciis reſtitui, quæ pater ſuus jure tenuerat. Benigne quidem exceptus fuit Epiſcopus: at in conſilio regio diviſa ſuffragia fuerunt. Dicebant alii ex innumeris & horrendis malis, quæ Carolus Malus Regis hodierni pater, regno Francorum intulerat, & ſibi & ſucceſſoribus ſuis jure amiſiſſe illum bona omnia quæ in Francia habebat. Aliorum autem hæc ſententia fuit, non reddenda quidem eſſe illa caſtra & oppida, quæ pater ejus in Normannia tenuerat, eo quod illorum ope & occaſione tanta Francis intuliſſet damna; ſed in aliis provinciis paria ipſi eſſe concedenda. Hanc vero mitiorem opinionem ſequutus eſt Rex. In Regis Navarræ gratiam Nemurſium Ducatus dignitatem obtinuit, ipſique datum fuit, atque in Vaſtinio & in Campania terræ illi atque ditiones conceſſæ fuerunt, quarum reditus ad decem mille libras Turonenſes pertingebant, & Petro Navarræo fratri Comotatus Moritanicus datus eſt: hæc vero Regi Navarræ placuere. Hanc rem quidam referunt ad annum 1404. at hæ ſententiæ conciliari poſſunt dicendo, rem anno tantum 1404. terminatam fuiſſe. Res enim hujuſmodi nonniſi poſt multas perquiſitiones terminari poterat.

Idem.

Menſe Julio Rex Carolus a ſolito morbo cum tan- *Le Moine de S. Denis.*

mier répi qu'il eut, il dit qu'il ſouhaitoit de mourir. Il revint en ſanté peu de jours après, & il remplaça les Officiers de la Couronne tuez en la bataille de Nicopoli, ou morts en cette expedition. En la place du Comte d'Eu, le Comte de Sancerre fut fait Connétable de France, & la charge de Maréchal de France, que Sancerre avoit, fut donnée à Jean le Maingre dit Boucicaut. Jâques de Bourbon Sire de Preaux fut fait grand Bouteiller de France, en la place du Sire de Couci, & Hutin d'Aumont fut choiſi Garde de l'Oriflamme, au lieu de Guillaume des Bordes. Le Roi Charles fit faire à S. Denis de magnifiques obſeques aux principaux Seigneurs morts en cette expedition.

Executions en Angleterre.

Le Roi Richard aiant découvert une conſpiration du Duc de Gloceſtre ſon oncle, & des Comtes d'Arondel & de Warvik pour le détrôner, les fit ſaiſir promtement, les fit mettre à la Tour de Londres & les obligea de comparoître en Parlement, où ils furent condamnez à mort. Par reſpect pour le Sang Roial le Duc de Gloceſtre fut amené à Calais où il fut étranglé. Le Comte d'Arondel eut la tête tranchée en place publique. Les deux freres du Duc de Gloceſtre, Ducs de Lancaſtre & d'Yorch penſerent aux moiens de tirer vengeance de ces executions.

Venceſlas Empereur vient en France.

Venceſlas Roi des Romains & de Bohême vint à Rheims voir ſon couſin le Roi Charles. La Cour alla audevant de lui, & le reçut avec une magnificence qui ſurprit ce Prince. On prépara depuis un grand feſtin pour lui, & l'on envoia le matin les Ducs de Berri & de Bourbon, qui furent fort ſurpris de le trouver yvre & dormant pour cuver ſon vin. Ce Prince dont les inclinations étoient fort baſſes, paſſoit une partie de ſa vie à yvrogner comme les plus vils artiſans. Le Roi ſentant qu'il étoit menacé d'un accès de ſon mal, laiſſa le Duc d'Orleans pour entretenir le Roi de Boheme, qui promit d'aſſembler le Clergé de ſes Etats pour le porter à travailler à la réunion de l'Egliſe ; c'étoit la grande affaire qui occupoit alors la France.

On y travailloit ſérieuſement, les Ambaſſadeurs d'Eſpagne & de Navarre qui étoient alors à Paris demandoient la ceſſion, c'eſt-à-dire, que les deux competiteurs ſe démiſſent du Pontificat. Benoît, toujours inébranlable ſur

---

ta violentia correptus eſt, ut cum paulum reſpiraſſet dixerit, ſe nihil niſi mortem cupere. Paucis poſtea diebus a morbo recreatus, eorum vice, qui vel in Nicopolitana pugna cæſi fuerant, vel in illa expeditione obierant, alios creavit qui præcipua regni officia occuparent : vice Philippi Arteſii Comitis Augenſis, Comes Sancerræ Conſtabularius Franciæ creatus eſt, & Mareſcalli Franciæ munus quod Sancerrenſis habebat, Joanni Mangrio Bucicaldo datum eſt. Jacobus Borbonius D. de Pratellis, magnus Franciæ Buticularius creatus eſt, vice Cuciacenſis Toparchæ : & Hutinus de Altomonte, in cuſtodem Oriflammæ delectus fuit in vicem Gulielmi de Bordis. Rex vero Carolus in honorem procerum, qui in illa expeditione obierant, magnificas exſequias in Eccleſia ſancti Dionyſii celebrari juſſit.

Froiſſart. Rex Angliæ Ricardus cum conſpirationem grandem adverſum ſe ſtructam deprehendiſſet, Ducem Gloceſtrienſem patruum ſuum, Comites item Arundellianum & Warvicenſem, qui ut ipſum Ricardum ex ſolio regio dejicerent machinati fuerant, in Londinenſem turrim detrudi juſſit, atque ante Senatum Anglicanum cauſam dicturos adduci voluit, ubi ad mortem damnati ſunt. Ex debita Sanguini regio reverentia Dux Gloceſtriæ Caletum ductus eſt, ubi laqueo ſtrangulatus fuit. Comes Arundellianus in platea pubica capite truncatus eſt. Ambo Ducis Gloceſtrienſis fratres, nempe Duces Lancaſtrienſis & Eboracenſis, de ulciſcenda fratris & aliorum nece deinceps conſilia ceperunt.

Venceſlaus Rex Romanorum & Bohemiæ in Franciam venit, cognatum Carolum Regem inviſurus. Aula regia obviam illi venit, & cum tanta magnificentia illum excepit, ut ipſe Venceſlaus obſtupeſceret. Magnum deinceps pro illo apparatum fuit convivium, & matutinis horis miſſi ſunt Duces Bituricenſis & Borbonius, qui illum invitarent : hi admodum ſtupuere, cum illum ebrium repererunt & dormientem, ut vini fumos ſopiret. Hic quippe Princeps demiſſioris animi, in temulentia vitam tranſigebat, ut opificum viliſſimi. Rex vero cum perſentiſceret ſe intra breve tempus a ſolito morbo impetendum fore, Ducem Aurelianenſem reliquit, ut cum Bohemiæ Rege colloqueretur, qui pollicitus eſt ſe in ditione ſua Epiſcopos & Eccleſiaſticos collecturum eſſe, ut eos ad Eccleſiam ſub uno capite reducendam operam ponere cohortaretur. Illud erat tunc maximum in Francia tota negotium, quo omnes pene ordines diſtinebantur. *Juvenal. Le Moine de S. Denis.*

Huic maxime rei tunc dabatur opera. Oratores Hiſpaniæ & Navarræ, qui tunc Lutetiæ erant, ceſſionem petebant; id eſt, ut ambo competitores Pontificatum deponerent. Benedictus qui firmiter obſiſtebat, *Idem.*

cet article, cherchoit des détours, ou de nouveaux moiens de ſe maintenir. Mais comme on étoit las de ſon manege, & qu'on vouloit mettre fin à cette ſcandaleuſe affaire, on propoſa au Roi de ſouſtraire l'Egliſe de France de l'obéïſſance dûe au Pape, & d'ordonner qu'elle ſeroit gouvernée par les ordinaires pendant tout le tems de cette *ſouſtraction.* Cela fut fait, & on le fit ſignifier au Pape Benoît. Malgré tout cela il tint toujours ferme, enſorte qu'il fallut venir aux extrêmitez. Les Cardinaux l'abandonnerent, & le peuple l'aſſiegea dans ſon Palais. Le Maréchal de Boucicaut vint continuer le ſiege. Mais il eut ordre depuis de ſe retirer. 1398.

Le Comte de Périgord aiant aſſemblé des troupes, & prenant prétexte qu'il étoit du parti des Anglois, ſe mit à piller & déſoler les payis ſujets au Roi de France. On y envoia le Maréchal de Boucicaut accompagné de bonnes troupes, qui aſſiegea le Comte à Montignac, le força de ſe rendre, & après avoir pris pluſieurs autres places, il amena le Comte à Paris. Il comparut en Parlement, où on lui ôta ſon Comté, qui fut donné au Duc d'Orleans. Il ne paroît pas que les Anglois s'intereſſaſſent pour lui.

Il y avoit toujours de grands mouvemens en Angleterre. Le Roi Richard étoit haï du peuple à cauſe de ſes exactions, des grands Seigneurs & de la Nobleſſe, parce qu'il avoit fait mourir ſon oncle le Duc de Gloceſtre & le Comte d'Arondel. Ce Roi pour ſe faire des créatures établit de nouvelles dignitez, & en pourvut ceux qu'il vouloit attirer à ſon parti. Il aſſembla un Parlement où Henri Comte d'Erbi fils du Duc de Lancaſtre ſe prit de paroles avec le Comte Maréchal : ils s'accuſerent l'un l'autre de trahiſon, & s'offrirent de prouver leur accuſation par un duel. On accepta le défi. Ils vinrent au tems marqué ſur le champ. Mais le Roi empêcha le duel, & bannit l'un & l'autre du Roiaume. Le Comte d'Erbi paſſa en France & vint à la Cour, où il fut reçû avec de grandes démonſtrations d'amitié, défraié aux dépens du Roi, logeant toujours en ſon Palais, ce qui déplut extrêmement au Roi Richard, qui regardant le Comte comme ſon ennemi, réunit à ſa couronne le Duché de Lancaſtre, vacant par la mort du Duc de Lancaſtre ſon oncle pere du Comte d'Erbi ; ce qui irrita encore plus ce Prince contre le Roi ſon couſin.

Brouilleries en Angleterre.

---

artificiis mille & circuitionibus utens, in gradu ſemper ſuo ſtare conabatur : ſed cum jam faſtidio omnibus eſſent ejus machinamenta, cunctique vellent tam ingratum negotium, quod offendiculo plurimis erat, finem habere, Regi propoſitum fuit, ut Eccleſiam Gallicanam ex obedientia Summo Pontifici debita ſubſtraheret, juberetque regi illam ab Eccleſiaſticis Franciæ ordinibus, donec illa *ſubtractio* perſeveraret. Annuente autem Rege *ſubtractio* illa Benedicto Papæ denunciata fuit. Nihilominus tamen Benedictus in pervicacia perſtitit ; ita ut ad extrema omnia confugere neceſſarium fuerit. Cardinales ipſum deſeruere, populuſque Benedictum in Palatio ſuo clauſum obſedit. Bucicaldus etiam Mareſcallus obſidionem firmaturus venit, ſed poſtea revocatus fuit.

Juvenal. Petragoricenſis Comes, coacta pugnatorum manu, & ſe Anglicas ſequi partes prætexens, vicinos agros Francorum Regi ſubditos devaſtare cœpit. Eò miſſus eſt cum copiis Bucicaldus Mareſcallus, qui Comitem in Mantiniaco caſtro verſantem obſedit, & ad deditionem compulit. Cumque alia plurima oppida & caſtra cepiſſet, Comitem duxit Lutetiam. In Curia autem Senatus Parifienſis cauſam dixit, Comitatuque ſuo privatus eſt, qui datus fuit Duci Aurelianenſi. Non videntur autem Angli ejus cauſam vel defenſionem ſuſcepiſſe.

Froiſſart. Motibus ſemper Anglia agitabatur. Ricardus Rex odioſus populo erat, ob nimia impoſita vectigalia : in offenſam quoque procerum & nobilium incurrerat, quia patruum ſuum Gloceſtrium Ducem & Arundellianum Comitem ſupplicio tradiderat. Ut primores multos ad partes ſuas alliceret, nova creavit officia & dignitates, iiſque illas impertiit, quos ſibi devincire ſtudebat. Senatus autem Curiam convocavit, ubi Henricus Erbienſis Comes & Mareſcallus Comes verbis litigarunt, & alter alterum proditionis accuſavit, atque duello uterque ſe accuſationem ſuam probaturum eſſe dixit. Accepta conditio fuit, & uterque in campum aſſignato die venit : ſed Rex duellum prohibuit & utrumque ex regno exſulare juſſit. Comes Erbienſis in Franciam trajecit, in regiamque venit, ubi cum magna affectus amicitiæque ſignificatione exceptus fuit, regiis ſemper ſumtibus in regiis ædibus verſans, quæ res Ricardo Regi ſummopere diſplicuit, qui cum Erbienſem Comitem infenſum ſibi & inimicum eſſe putaret, Lancaſtrio Duce patruo ſuo Erbienſis patre mortuo, Lancaſtrienſem Ducatum regno ſuo adjunxit, quæ res Erbienſem contra cognatum ſuum Regem ad iram magis incendit.

1399. Dans l'Octave de Pâques ſuivante, le Roi Charles après avoir reçû la Confirmation tomba en démence, & eut ſept fois de ſuite le même accident ; il envoia le Maréchal de Boucicaut avec des troupes au ſecours de l'Empereur de Conſtantinople. Ce chef arriva heureuſement au Port de Pera, qui appartenoit alors aux Gennois, & remit en bon état la ville Imperiale qui étoit bloquée & preſque affamée par Bajazet.

En ce même tems la Seine aiant débordé plus qu'elle n'avoit jamais fait, gâta toute les ſémences des campagnes qu'elle inonda. Ce fleau fut ſuivi d'une eſpece de peſte qui affligea la Bourgogne, la Champagne, la Brie, & les environs de Paris. Le nombre des morts fut fort grand. On défendit les céremonies des convois. Le Roi ſe retira dans la Normandie. Mais la contagion vint enſuite dans cette Province, & paſſa ſucceſſivement dans les autres pendant l'eſpace de trois ans.

Jean IV. Duc de Bretagne ſurnommé le vaillant, mourut l'an 1399. le 1. Novembre. Le Pere Lobineau croit que ſes jours furent abregez par le poiſon, ou par quelque malefice, il dit que c'étoit l'opinon conſtante de ce tems-là.

Cette année fut ſignalée par bien des révolutions & des malheurs qui arriverent dans l'Europe. Tandis que Benoît étoit aſſiegé dans ſon Palais, Boniface ſon competiteur fut chaſſé de Rome par le peuple. Louis d'Anjou Roi de Sicile fut dépouillé de ſon Roiaume par ſes ſujets, Venceſlas Empereur fut dépoſé par les Electeurs à cauſe de ſon yvrognerie & de ſon peu d'habileté pour ſoutenir la dignité de l'Empire. Le Roi d'Eſpagne aiant été défait à plate couture par le Roi de Portugal, fut obligé d'implorer le ſecours du Roi de France.

Le Roi Richard apprenant qu'une partie de l'Irlande s'étoit revoltée, marcha avec une armée pour la réduire, laiſſant le Duc d'Yorck & quelques autres Seigneurs pour gouverner l'Angleterre en ſon abſence. Le Comte d'Erbi qui ne s'endormoit pas, après avoir fait un traité d'alliance & d'amitié avec le Duc d'Orleans, paſſa en Angleterre, où il avoit un très-puiſſant parti, & où il étoit fort ſouhaité. A ſon arrivée pluſieurs leverent le maſque & ſe déclarerent pour lui. Le peuple en foule le demandoit pour Roi en la place de Richard. Le Duc d'York Regent du Roiaume voulut mettre l'affaire en négociation, mais le

---

Juvenal. Le Moine de S. Denis. Intra Octavam Paſchatis ſequentis Rex Carolus cum Confirmationem accepiſſet, in dementiam incidit, ſeptieſque una ſerie eamdem morbi ſoliti caſum expertus eſt. Bucicaldum Mareſcallum cum copiis miſit in opem Imperatori Conſtantinopolitano. Hic vero dux feliciter ad portum Perenſem, qui tunc Genuenſium erat, appulit, Conſtantinopolimque tunc a Bajazeti copiis cinctam, quæ jam cum inopia rerum conflictabatur, liberavit, in melioremque conditionem reduxit.

Iidem. Eodem tempore exundans Sequana plus, quam antea unquam fecerat, vicinos campos operuit, & ſegetes omnes labefactavit. Hoc damnum peſtilentia quædam ſubſequuta eſt, quæ Burgundiam, Campaniam, Briam & vicinos Lutetiæ agros invaſit. Ingens fuit mortuorum numerus, ita ut funerum cerimoniæ prohiberentur. Rex in Normanniam ſeceſſit: verum lues in hanc quoque provinciam pervenit, & per trium annorum ſpatium cæteras quoque provincias pervaſit.

Hiſt. de Bretagne. Lobineau. Joannes IV. Dux Britanniæ, fortis cognominatus, obiit. Putat Lobinæus noſter acceleratam mortem ejus veneno, aut quodam maleficio fuiſſe, & hanc narrat illo tempore fuiſſe univerſorum opinionem.

Idem. In reditu Rex Antiſſiodoro tranſiit, & cum incidiſſet in morbum, Melodunum eſt adductus, indeque Lutetiam. Poſt inſtauratam valetudinem, in Regia nunciatum fuit Ducem Clarentiæ cum manu Anglorum militum in Aquitaniam exſcenſum feciſſe, per provinciam illam excurrere & humanius quam ſolebant alii cum populis agere, comitateque ſua procerum multos ſibi devinxiſſe. Rex vero Notabilium virorum cœtum colligi juſſit; veneruntque legati urbium & provinciarum. Queis primo repræſentatur quanta bona pax & Principum conciliata concordia allatura eſſet. Ex altera vero parte quanta pecuniæ neceſſitas eſſet ad belli ſumtus; quam exhauſtum eſſet ærarium regium omninoque opus eſſe ut urbes & provinciæ, negotiis ita urgentibus, ſummas pecuniarum pendant. Quaſi ore uno omnes reſponderunt: regiones & agros exhauſtos omnino eſſe, nec poſſe nova ſolvere vectigalia, ſed apud rei ærariæ adminiſtratores promtiſſimum reperiri poſſe ſubſidium, qui maximam tributæ pecuniæ partem in rem familiarem ſuam converterant. Doctor quidam nomine Gentianus, ab *Univerſitate* Orator miſſus, eadem fere ipſa dixit; ſed qui miſerant ipſum, non ſat acriter firmiterque Collectorum rapacitatem inſectatum eſſe rati, alium delegere Doctorem Carmelitam audaciorem. In raptores hujuſmodi aſperrime invectus ille eſt, qui inopum bona, populi fortunas devorabant, illoſque nominatim compellavit. Deinde orationem convertit in eos, qui monetæ cudendæ Præfecti, in hoc officio divitias ſibi accumulabant: ne Cancellario quidem pepercit, quem in ſigilli uſu pecunias nimias extorquere dixit. Peroravit autem concludens, deſtituendos rei ærariæ adminiſtratores, omniaque bona ipſorum fiſco addicenda eſſe, cogendoſque eſſe ut cauſam ſuam dicerent; revocanda dona, ab opulentis mutuo expetendas pecunias, adminiſtratorum ærarii & Cameræ Computorum numerum eſſe minuendum.

Idem. Hinc Univerſitate, inde populo inſtantibus urgentibuſque, ut concluſiones illæ admitterentur, rei ærariæ adminiſtratores deſtituti ſunt: Cancellarium tamen deſtitui Rex noluit. Petrus de Eſſartiis Præpoſiti Pariſienſis munere privatus eſt, quod munus collatum fuit cocliti de Heuſia. Commiſſi ſunt alii qui abuſus corruptelamque emendarent; ſed adeo oſcitanter hoc munere functi ſunt, ut res ſemper in eadem conditione manerent. Petrus de Eſſartiis cui admodum infenſus erat Dux Burgundiæ, cum a Pari-

vôté de Paris, entra fort avant dans les bonnes graces du Duc de Guienne, qui lui donna ordre de se saisir de la Bastille, ce qu'il fit. Il y eut une emeute dans la ville : les Bouchers, le Gois, Chaumont & Caboche, exciterent le peuple pour aller reprendre la Bastille. Caboche étoit un écorcheur ; & de son nom les séditieux furent appellez *Cabochiens*. Ils allerent donc assieger la Bastille, aiant à leur tête un Chirurgien nommé Jean de Troie, & ils se mettoient en train de la forcer. Le Duc de Bourgogne s'entremit pour les détourner de cette violence. Ils se contenterent de laisser une partie des leurs pour bloquer la Bastille, & s'en allerent avec Jean de Troie à l'Hôtel du Dauphin Duc de Guienne. La nouvelle lui en aiant été portée, il étoit sur le point de s'armer avec toute sa maison, ses Chevaliers & ses Ecuiers. Sur ces entrefaites la troupe des séditieux arrive : Le Dauphin fut effrayé de voir ce grand nombre de gens qui venoient chez lui comme des furieux. Il leur demanda d'un ton radouci ce qu'ils souhaitoient. Jean de Troie lui répondit pour tous les autres, qu'ils venoient pour le prier de leur mettre entre les mains certaines gens qui corrompoient ses mœurs & sa jeunesse. Le Chancelier du Dauphin leur demanda qui étoient donc ces gens-là, & Jean de Troie lui donna un Memoire qui contenoit la liste des Seigneurs & Gentilshommes dont il parloit ; à la tête desquels le Chancelier se trouva lui-même. Après cela ils enfoncerent les portes, se saisirent du Duc de Bar, du Chancelier du Dauphin, de son Chambellan, & de plusieurs autres : ils massacrerent encore sous divers prétextes, quelques gens qu'ils rencontrerent, menerent leurs prisonniers au Louvre, & ajournerent les absens à cri public. Ils firent encore d'autres violences, & voulurent engager l'Université à prendre leur parti, ce qu'elle n'avoit garde de faire. Ils prirent ensuite des chaperons blancs pour se distinguer.

Violences des Cabochiens.

Le Comte de Vertus craignant cette insolente populace, s'enfuit de Paris déguisé : le Dauphin qui ne pouvoit sortir de la ville, implora le secours des Ducs d'Orleans, de Bretagne & d'autres Princes. Les mutins gardoient les portes de la Ville, & tenoient le Roi & le Dauphin en leur puissance. Ils lierent amitié & societé avec les Gantois, & chercherent à se liguer avec les autres villes de France. Ils obligerent aussi le Roi qui alloit à Nôtre-Dame à

---

siensi Præpositura destitutus fuisset, Ducis Aquitaniæ gratiam sibi conciliavit, qui mandavit ei ut castellum *Bastiliam* occuparet, atque teneret : quo peracto, seditio per urbem coorta est. Lanii, Goisii, Calvomontius & Cabocius populum concitarunt ut Bastiliam recuperatum iret. Cabocius autem pellio erat, cujus nomine deinceps seditiosi Cabocii appellati fuere. Hi itaque Bastiliam obsessum venerunt, ducem habentes Chirurgum quemdam nomine Joannem de Trecis, & castellum expugnare tentabant. Dux Burgundiæ illos a tanta vehementia revocare studuit. Illi vero oppugnandi quidem finem fecerunt : sed partem suorum reliquere, qui Bastiliam cingerent, & aditus observarent, ac duce Joanne Trecensi ad ædes Delphini Aquitaniæ Ducis se contulerunt. Quod cum Delphino nunciatum fuisset, jam ille arma sumere suosque armare equites, scutiferos, aliosque parabat. Interea vero advenit seditiosorum agmen. Exterritus Delphinus fuit, tantam cernens turbam, quæ ceu furore percita ædes suas invadere cœperat. Tum vero leni mollique voce sciscitatur quid vellent, quid peterent. Joannes vero Trecensis pro aliis omnibus loquutus dixit, venisse se rogatum sibi quosdam traderet, qui mores juventutemque ipsius corrumperent. Tum rogat Cancellarius Delphini, quinam tandem illi essent. Joannes vero Trecensis rescriptum illi tradidit indicem, in quo recensebantur primores nobilesque viri, de quibus ille sermonem habebat, quorum primus erat ipse legens Cancellarius. Post hæc autem fores perfregerunt, Barensem Ducem apprehenderunt, necnon Cancellarium atque Cambellanum Delphini, aliosque plurimos : quosdam etiam sibi obvios occiderunt, causas prætendentes. Quos apprehenderant in Luparam duxerunt, & clamore publico absentibus diem dixerunt. Alia quoque non minore violentia perpetrarunt. Universitati vero suadere volebant, ut gesta sua confirmaret, quod illa certe nunquam factura erat. Deinde ad notam distinctionemque suorum caputia alba sumsere.

Comes porro Vertusii a tam petulanti infimæ plebis turba sibi timens, ementita tectus veste Lutetia aufugit. Delphinus vero cui non licebat ex urbe egredi, Ducum Aureliani & Britanniæ, aliorumque Principum opem imploravit. Seditiosi portas urbis custodientes, sic Regem & Delphinum imperio suo parentes detinebant. Cum Gandavensibus autem pacta & societatem inierunt, aliasque Regni urbes pari vinculo sibi adjungere tentaverunt. Regi tunc ad Ca-

prendre le chaperon ; les Seigneurs de ſa ſuite furent auſſi forcez de le porter comme les autres. Frere Euſtache de Pavilli Carme, étoit comme leur Orateur, qui juſtifioit leur conduite dans l'occaſion. Ces mutins prirent encore pluſieurs Officiers de la Maiſon du Roi, Louis de Baviere frere de la Reine fut auſſi du nombre. Pluſieurs Dames & Demoiſelles de la Reine & des autres Princeſſes furent enlevées, & miſes ſous ſûre garde. La Reine en fut malade à la mort.

Le Duc de Bourgogne étoit fort ſoupçonné de faire agir ces ſeditieux qui forcerent le Roi de pourvoir aux charges de ceux qu'ils tenoient en priſon. Pendant ce tumulte le Prevôt des Marchands & les Echevins ne laiſſerent pas de conſtruire le grand Pont de bois, qui fut appellé le Pont Nôtre-Dame.

Ces malheureux maſſacrerent Jâque de la Riviere, lui couperent la tête & le trainerent au gibet. Ils tuerent de même Jean du Meſnil, Ecuier-Tranchant du Duc de Guienne, & obligerent le Chancelier de France de ſe demettre de ſa Charge, & de donner les Sceaux à Euſtache de Laittre ſon gendre. On ne finit point à décrire les violences de ces ſcelerats. Sous prétexte de la guerre contre les Anglois en Guienne, ils taxerent les Bourgeois, firent des gros emprunts, que les Chefs de la ſedition tournerent à leur profit. Ils prirent auſſi les biens des Egliſes : tout ce que la fureur leur ſuggeroit, ils le mettoient en execution.

Dans le même tems lorſque le Pape & les Cardinaux alloient tenir un Concile, le Roi Ladiſlas ſurprit la ville de Rome, & mit tout en trouble. La Cour Romaine prit la fuite, crainte de tomber entre ſes mains. Le Pape fut obligé de differer le Concile general qui ſe devoit tenir, & de l'indiquer à Conſtance pour le mois de Novembre ſuivant.

Les ſéditieux de Paris faiſoient tous les jours quelque coup d'éclat. Ils firent faire le procès par Commiſſaires à Pierre des Eſſarts, ci-devant Prevôt de Paris, malgré les efforts du Duc de Guienne, par les ordres duquel il avoit agi ci-devant. Ils lui impoſerent pluſieurs crimes. Les Auteurs du tems avouent qu'il y en avoit quelques-uns dont il ne pouvoit ſe laver. Il fut condamné à avoir la tête tranchée. Il affronta la mort avec une fermeté qui fut admirée de tout le

---

thedralem Eccleſiam eunti, caputium album nec repugnare audenti impoſuerunt, aulicoſque proceres, ut hoc inſigne ſibi ſumerent, coegerunt. Euſtachius de Pavilliaco Carmelita quaſi Orator inconditæ turbæ erat, qui facta eorum defenderet, ſicubi ſeſe daret occaſio. Neque geſtis contenti turbulenti homines plurimos alios ex familia regia comprehenderunt, ex quorum numero fuit Ludovicus Bavaricus Reginæ frater. Plurimæ quoque ex famulatu Reginæ, & aliarum Principum, nobiles feminæ captæ ſunt, & ſub cuſtodia poſitæ : quæ res tantum Reginæ dolorem intulit, ut ægra decumbens de vita periclitata ſit.

Iidem. Ingens ſuſpicio erat Burgundiæ Ducem ſeditioſos clam fovere & concitare, qui metu occupatum Regem compulere, ut officia eorum, quos illi captivos detinebant, aliis conferret. Inter hoſce tumultus Præpoſitus Mercatorum & Pariſini ædiles pontem ligneum ſtruxere, qui pons Dominæ noſtræ vocatus fuit.

Iidem. Seditioſi vero populares illi Jacobum de Riparia trucidarunt, caput ipſius abſcidêre, & pertractum corpus in patibulo ſuſpenderunt : Joannem quoque de Manſionili interfecerunt, qui ſcutifer ſciſſor Delphini erat, & Cancellarium Franciæ eo adegerunt, ut Officium ſuum deponeret, ac ſigilla daret Euſtachio de Laſtro genero ſuo. Nullus finis eſſet, ſi ea deſcriberentur omnia quæ ſcelerati illi deſignavere. Obtendentes autem bellum quod tunc in Aquitania contra Anglos gerebatur, vectigalia civibus indixerunt, pecuniam grandem mutuo acceperunt, quæ omnia corraſerunt ſeditioſorum duces, & in rem ſuam diverterunt. Bona quoque Eccleſiarum invaſere. Quidquid furioſis in mentem veniebat, id opere complebatur.

Eodem tempore, quando Pontifex Summus & Cardinales Concilium celebraturi erant, Ladiſlaus Rex Romam ex improviſo cepit, omnia miſcuit & confuſione replevit. Curia Romana tota, ne in manus illius incideret, ſibi fuga conſuluit. Summus vero Pontifex quod celebrandum erat Concilium generale aliud in tempus diſtulit, edixitque ut Conſtantiam omnes Novembri menſe ſequenti ſe conferrent, ut Eccleſiæ paci proſpiceretur.

Pariſina ſeditioſa turba nullam non diem facinore quopiam memorabilem reddebat. Per commiſſos ab ſe Judices Petri de Eſſartiis antehac Præpoſiti Pariſienſis cauſam agitari curarunt, etſi Dux Aquitaniæ Delphinus, quo jubente ille multa fecerat, pro virili contra nitebatur. Multa ipſi obtulere crimina, quorum aliqua depellere ipſe vel negare non poterat, narrantibus iſtius ævi Scriptoribus. Capite autem damnatus, cum conſtantia animique firmitate tanta mortem adiit, ut omnibus admirationi fuerit. Capite er- *Juvenel; Le Moine de S. Denis*

monde. Son corps fut pendu au gibet de Montfaucon, où il avoit fait pendre celui de Jean de Montagu.

Il n'y avoit presque point de jour qui ne fût signalé par quelque trait d'insolence de ces mutins. Le neuviéme Juillet entre onze heures & minuit, Helion de Jaqueville, Gouverneur de Paris, entra hardiment avec une grande troupe dans l'hôtel du Daüphin, Duc de Guienne, & trouvant ce Prince qui dansoit & tenoit le bal, il lui fit une reprimande. Il s'en prit à George de la Trimouille comme l'auteur de ce divertissement. Ceux de sa troupe lui coururent sus, & l'auroient infailliblement tué, si le Duc de Bourgogne qui s'y trouva ne l'avoit sauvé. Le Duc de Guienne fut si indigné de cette insulte, qu'il tira sa dague, & donna à Jaqueville trois coups qui l'auroient tué si la cuirasse qu'il portoit sous sa casaque, ne l'avoit garenti.

Pour remedier à tant de désordres, le Roi de l'avis de son Conseil travailla à la réunion des Princes pour se fortifier par-là contre les séditieux. Par son ordre il y eut à Verneüil une conference sur les affaires presentes. Cependant les bons Bourgeois de Paris souffroient impatiemment les violences de ces canailles, & en murmuroient hautement. Ce que voiant les Commissaires nommez par ces furieux pour faire le procès aux prisonniers, ils délivrerent de prison les Dames & Demoiselles, & auroient aussi délivré les Ducs de Bar, de Baviere & les autres, si Jean de Troye ne l'avoit empêché.

Le Roi pour se délivrer de la captivité où il se trouvoit lui-même avec la Reine & le Dauphin, moienna une entrevûë à Pontoise entre les Ducs de Berri & de Bourgogne. On fit-là un Traité de paix qui eut d'abord quelques difficultez de la part du Duc de Bourgogne, mais qui passa enfin malgré les efforts des séditieux, & fut reçû unanimement par le Parlement, l'Université, & les bons Bourgeois de Paris, qui prirent les armes pour marcher contre les séditieux, sous les ordres du Dauphin. Le Duc de Bourgogne, qui voioit cette paix de mauvais œil, vouloit persuader aux Bourgeois de mettre bas les armes, leur promettant de rendre le calme à la ville par son crédit : mais ils n'en voulurent rien faire. Le Dauphin marcha donc par la ville, accompagné du Parlement, de l'Université & de la bourgeoisie armée, ce que voiant Caboche, Guillaume Barraut & les autres Chefs, ils abandonnerent l'Hôtel de Ville, &

Le Duc de Bourgogne soutient les séditieux.

---

go truncatus est, corpusque illius in Montefalconiensi patibulo suspensum fuit, quo loco ipse corpus Joannis Montacutii suspendi curaverat.

Iidem. Nulla fere dies erat, ut diximus, quin aliquo a caterva tali gesto insigniretur. Nono die Junii inter undecimam horam & mediam noctem Helias de Jacobivilla Rector Parisinæ civitatis cum armatorum agmine in ædes Delphini Ducis Aquitaniæ audaciter intravit : cumque Principem salientem chorosque ducentem reperisset, objurgavit ipsum, inque Georgium de Tremollia quasi chorearum auctorem conversus est, jamque turba sequens hunc invadere parabat, ipsumque haud dubie occidisset, nisi Dux Burgundiæ qui tunc aderat, facinorosos cohibuisset. Dux porro Aquitaniæ ob tantam petulantiam usque adeo indignatus est, ut arrepto pugione suo ter Jacobovillæum confodere tentaret, & occidisset, nisi lorica sub veste latens impedimento fuisset.

Iidem. Ut tot occurreretur malis Rex, habito cum suis consilio, Principes, quos pristina jurgia sejunxerant, novo pactionum vinculo ad firmam pacem revocare studuit, ut horum fultus opera seditiosos comprimeret. Ipso jubente colloquium Vernolii ea de re habitum fuit. Interea vero honorabiliores Parisini cives violenta vilissimæ plebis gesta ægre ferebant, altaque voce conquerebantur. Qua re comperta, ii qui a seditiosis, ut de captivorum causa judicarent, commissi fuerant, nobilibus feminis in custodia detentis exeundi libertatem dedere, liberosque etiam dimisissent Duces Bari & Bavariæ, nisi obstitisset Joannes Trecensis.

Iidem. Rex Carolus ut ab illa tandem captivitate, qua ipse cum Regina & Delphino detinebatur, sese expediret, congressum & colloquium inter Duces Biturigum & Burgundiæ haberi curavit. Ibi pacta inita sunt, non sine quadam controversia ex parte Ducis Burgundiæ; sed ea tamen admissa fuere, obstrepente licet, & ea solvi conante seditiosorum turba : & uno consensu confirmata fuere a Curia Senatus, ab Universitate & a Parisinis civibus iis qui æqui bonique studio tenebantur, quique arma sumsere, ut Delphino duce contra seditiosos moverent. Dux porro Burgundiæ, qui pacem hujusmodi, cui tamen ipse manus dederat, non æquo animo ferebat, civibus auctor erat ut arma ponerent, pollicitus se auctoritate & opera sua facturum ut omnia in civitate tranquilla forent. Delphinus ergo per urbem progressus est, comitantibus Curia Senatus & Universitate, sequentibus civibus armatis. Hæc ubi videre Cabocius, Guillelmus Baraltius, aliique seditiosorum duces, Basili-

s'enfuirent de Paris. Le Dauphin alla délivrer les prisonniers, il changea les Echevins, destitua ceux qu'il avoit mis en charge forcé par les séditieux, & remit ceux qu'ils l'avoient obligé d'ôter, hors Arnaud de Corbie qui s'excusa de reprendre la charge de Chancelier de France, qui fut donnée de son consentement à Henri de Marle Premier Président. Jean de Troye le plus insolent de tous les Cabochiens, eut la tête tranchée.

Tout ceci déplaisoit fort au Duc de Bourgogne, qui voioit plusieurs de ses créatures & des gens de sa sequelle dégradez. Juvenal des Ursins dit que voulant se rendre maitre de la personne du Roi, & l'emmener avec lui, il lui persuada d'aller prendre l'air à Vincennes; qu'ils y allerent ensemble, mais que lui, Juvenal, s'étant douté du dessein du Duc, il étoit allé bien accompagné, avoit ramené le Roi à Paris, & qu'alors le Duc voiant son coup manqué, prit le parti de se retirer en Flandres. Peu de jours après arriverent à Paris le Roi de Sicile, les Ducs d'Orleans & de Bourbon, & les Comtes de Vertus & d'Alençon, qui furent reçus avec joie & magnificence.

Le Roi rétablit son Conseil, & tint son lit de Justice, pour révoquer tout ce qu'on avoit extorqué de lui, rétablit les Officiers des Finances & autres, & cassa tous ceux qui étoient de la faction du Duc de Bourgogne. Ce Prince étoit si odieux à la Cour, que le Roi de Sicile lui renvoya sa fille auparavant fiancée à son fils, qu'il maria avec la fille du Duc de Bretagne. Les Chefs de la sédition furent bannis du Roiaume, & le Roi déclara par des Lettres Patentes, que les crimes dont on avoit chargé les Princes, étoient de pures calomnies.

Pendant tous ces troubles, la guerre se faisoit quoiqu'assez foiblement contre les Anglois, qui aiant dessein de se rendre maîtres de Dieppe, rencontrerent des vaisseaux de Normans, qui gardoient la côte. Il y eut là un combat où les Normans avoient d'abord du pire, & auroient infailliblement été défaits, si d'autres vaisseaux n'étoient venus les secourir; mais avec ce renfort, ils battirent la flote Angloise, dont le General fut tué. Les Anglois ruinerent depuis le Treport, saccagerent la Ville & l'Abbayie, & ravagerent la campagne.

Le Duc de Bourbon qui commandoit en Guienne, alla assieger Soubise. La

---

cam destruciunt, & ab urbe aufugêre. Delphinus captivos liberos dimitit, Ædiles mutavit; alios autem quos seditiosorum cogente turba instituerat, gradu movit; alios quos deposuerat, in pristinum gradum restituit, uno excepto Arnaldo Corbeienti, qui Cancellarii Franciæ munus denuo oblatum cum bona Principis venia recipere noluit, ipsoque consentiente, Henrico de Marla datum fuit. Ex ducibus porro Cabociorum Joannes Trecensis omnium petulantissimus capite truncatus fuit.

Iidem. Hæc Burgundiæ Duci summe displicebant, qui multos ex iis quos ipse promoverat, quique sibi addicti erant, gradu dejectos videbat. Addit Juvenalis de Ursinis Burgundionem cum vellet Regem a(?)io abducere, ejusque personam in sui potestate habere, ipsi suasisse ut Vincennam animi recreandi causa secum iret, ambosque eo loci se contulisse. sed cum ipse Juvenalis in talis propositi suspicionem venisset, cum valida manu profectum Regem deduxisse Lutetiam, tuncque Ducem cum videret rem secus cadere, quam ipse sibi proposuerat, in Flandriam receptum habuisse. Paucis post hæc diebus Rex Siciliæ, Duces Aurelianensis & Borbonius, Comites Vertusius & Alenconienfis Lutetiam advenere, & cum ingenti gaudio magnificeque excepti fuerunt.

Rex consilium suum, ut prius erat restituit, *lectumque Justitiæ*, ut vocant, tenuit, ut ea omnia revocaret, quæ ab ipso invito seditiosi extorserant, ærarii administratores in gradum reduxit, alios quoque restituit: illos autem qui ex factione Ducis Burgundiæ erant, a gradu removit. Iste vero Princeps tam odiosus in aula Francica erat, ut Rex Siciliæ filiam ipsius, quam filio suo desponderat, ipsi remiserit, filium vero suum cum filia Ducis Britanniæ connubio junxerit. Seditionis duces e regno exsulare jussi sunt, & Rex, prolatis publice literis declaravit, crimina quæ Principibus oblata fuerant, meras esse calumnias. Iidem.

Dum fervèrent omnia rixis & seditionibus, bellum etsi leviter nec cum conatu magno contra Anglos gerebatur, qui cum Dieppam vi capere cogitarent, in Normannorum naves, quæ oræ custodiendæ advigilabant, inciderunt. Pugna committitur, in qua principio Normanni cedere videbantur, ac profligati haud dubie fuissent, nisi aliæ naves in opem venissent. Verum hoc recreati auxilio, Anglorum classem superarunt, duxque illorum in pugna cecidit. Angli postea ulteriorem portum destruxerunt, oppidum diripuerunt, Monasteriumque expilarunt, agros etiam circum depopulati sunt. Iidem.

Dux Borbonius qui in Aquitania imperabat, Sol- Iidem.

place étoit forte & bien munie : l'artillerie étant arrivée, la ville fut battuë, & l'on donna un assaut general. On ne vit jamais pareille résistance. Le combat fut des plus sanglants : il y périt beaucoup de François, mais enfin la place fut prise de force, & abandonnée au pillage, hors les Eglises ausquelles le Duc défendit de toucher. Afin que Soubize ne pût plus servir de retraite aux ennemis, il en fit raser les fortifications & les murs, & combler les fossez. La nouvelle en fut portée à Paris & à la Cour, & y causa une grande joie.

Le Duc de Bourgogne, qui comme nous avons vû, s'étoit retiré quand il vit qu'on destituoit les gens de sa sequelle des charges qu'ils occupoient, assembla une grande armée dans le dessein de venir à Paris, & de se mettre à la tête des affaires. Il écrivit aux Bourgeois de Paris, & aux bonnes villes du Roiaume, disant qu'il étoit appellé par le Dauphin Duc de Guienne, dont il avoit les lettres, qui se plaignoit qu'il étoit detenu comme en captivité au château du Louvre. Quelques-uns crurent qu'effectivement il étoit d'intelligence avec le Duc de Guienne : mais toutes les démarches qu'il fit pour em-
1414. pêcher que le Duc de Bourgogne n'entrât dans Paris, persuadoient le contraire. Le Roi lui envoia defense, sur peine de crime de leze-majesté d'approcher, & défense aux villes de sa route de lui ouvrir les portes. Malgré tout cela il fut reçu à Noion, à Soissons & à Compiegne. Senlis lui refusa l'entrée, & il vint à Dammartin. Saint Denis lui ferma aussi les portes, mais par la trahison de quelques-uns de dedans, ses gens passerent par-dessus les murs, & entrerent dans la ville. Il vint après devant Paris : mais il trouva la ville si bien munie & si bien gardée par les soins du Comte d'Armagnac, qu'il fut obligé de se retirer. Tandis que le Duc faisoit son possible pour entrer dans Paris, le Roi ci-devant malade revint en santé, & fit une Declaration contre le Duc de Bourgogne & ses adherans, dans laquelle il étoit accusé de tous les malheurs du tems, & traité comme ennemi de l'Etat.

On fit avec l'Angleterre une treve pour un an, à commencer du jour de la Purification de la Vierge, & vers le même tems il survint une maladie populaire qui retarda le voiage du Roi & la guerre qu'il vouloit aller faire au Duc de Bourgogne. Cette maladie fut causée par un vent de bise, qui regna pendant les mois de Fevrier & de Mars. C'étoit un rhume & un enrouement qui

---

bisiam obsedit : oppidum propugnaculis cinctum munitumque erat. Ubi autem tormenta bellica advenerunt, quæ ad muros quatiendos & diruendos admota fuere, cum impetu magno oppugnatur oppidum: nunquam tanta in præsidiariis propulsantibus fortitudo visa est. Cruenta pugna fuit, multique tunc periere Franci, tandemque ibi oppidum expugnavere, quod pugnatoribus diripiendum traditur, exceptis Ecclesiis, quæ jussu Borbonii intactæ servatæ sunt. Ut ne vero oppidum istud hosti perfugium deinceps esset, Dux Borbonius mœnia & propugnacula solo æquari, fossasque terra impleri jussit. Hæc porro Lutetiam & in aulam regiam perlata, cum gaudio excepta fuere.

Iidem. Dux Burgundiæ qui, ut diximus, ubi vidit factionis suæ viros ab officiis removeri, receptui cecinerat, grandem collegit exercitum, illo animo ut Lutetiam moveret, & Regni administrationem invaderet. Parisinis civibus, aliisque nobilioribus civitatibus literas misit, queis se a Delphino Aquitaniæ Duce, cujus literas proferre poterat, evocari dicebat, querente quod quasi captivus detineretur in Luparæis ædibus. Quidam credidere Aquitaniæ Ducem vere cum Burgundiæ Duce consensisse; sed cum nihil ille non moverit ut impediret quominus Dux Burgundiæ Lutetiam ingrederetur, hinc certe omnis adversa suspicio tolli videbatur. Rex vero literas ipsi misit, queis læsæ Majestatis crimen intentabat, si Lutetiam iter susciperet, & urbibus vetabat, quæ iter carpenti occurrerent, ne portas ipsi aperirent. His nihil officientibus Noviomi exceptus fuit, itemque Augustæ Suessionum & Compendii. Silvanecti cives ipsum ab ingressu cohibuerunt. Inde ad Domnum-Martinum venit. Sancti Dionysii oppidum portas ipsi clausit; sed quorumdam qui intra oppidum erant proditione exercitus ejus per muros in oppidum se immisit; inde ante Lutetiam movit : verum Armeniacensis Comitis cura & providentia adeo munita pugnatoribus urbs erat, ut Burgundio receptui canere coactus sit.

Cum Anglia pactæ induciæ fuerunt ad annum unum incipientem a Purificatione B. M. Virginis: Iidem.
eodemque tempore Galliam invasit popularis morbus, qui Regis expeditioni & bello quod Duci Burgundiæ inferre parabat, moras attulit. Ab Australi vento qui mensibus Februario & Martio flare non desiit, invectus est. Eratque rheuma & raucitas, quæ guttur

ſaiſiſſoit à la gorge & à l'eſtomac, accompagné d'une violente douleur de tête, & d'une debilité de membres qui ôtoient l'appetit. Comme ce mal qui fut preſque general enflammoit le goſier & empêchoit de parler, les cours de Juſtice ceſſerent pendant un tems. Cette maladie qu'on appelloit la Coqueluche emporta bien des gens, & ſur-tout des vieillards.

Après cela le Roi ſe prépara à faire la guerre au Duc de Bourgogne ; il fit convoquer le ban & arriere-ban. Il marcha d'abord avec ſon armée pour prendre les places dont le Duc de Bourgogne s'étoit ſaiſi en venant à Paris. Ceux de Compiegne lui refuſerent l'entrée : il fut obligé d'en faire le ſiege. La place ſe défendit quelque tems, & ſe rendit enfin : elle eut bien de la peine à ſe garentir du pillage. Pendant ce ſiege le Roi avoit fait ſommer Enguerrand de Bournonville, qui étoit dans Soiſſons pour le Duc de Bourgogne, de rendre la place. Il rejetta inſolemment la propoſition. Le Roi vint aſſieger la ville, qui ſe défendit bien pendant un tems ; le bâtard de Bourbon y fut tué, ce qui fut conſideré comme une grande perte. Enfin la ville fut emportée d'aſſaut, & expoſée à la fureur du ſoldat, qui y commit toute ſorte de déſordres. Enguerrand de Bournonville qui fut pris, eut la tête tranchée : on punit auſſi quelques Bourgeois. Jean de Menon fut executé, & l'on menoit avec lui ſon pere pour le faire mourir après lui : mais le fils à qui on alloit couper la tête, s'écria que ſon pere étoit innocent, & que c'étoit lui qui l'avoit ſurpris & engagé dans ce mauvais parti ; ce qui fit qu'on donna la vie au pere.

Le Roi Charles fait la guerre au Duc de Bourgogne.

Le Comte de Nevers frere du Duc de Bourgogne vint trouver le Roi, & lui faire ſes ſoumiſſions pour ſauver ſon bien. Le Roi voulut bien lui rendre ſes bonnes graces, ſous certaines conditions. Les Flamans envoierent aſſurer le Roi de leur obéiſſance : ils ne voulurent jamais entrer dans cette guerre, malgré toutes les ſollicitations du Duc leur Prince. La Comteſſe de Hainaut vint auſſi trouver le Roi pour lui demander la paix. Le Duc de Bourgogne aiant aſſemblé quelques troupes de Bourguignons, Picards & Savoiards, le Duc de Bourbon & le Comte d'Armagnac furent envoiez contre eux, & ils auroient pû les défaire, s'ils n'avoient trop tardé pour attendre d'autres troupes qui venoient les joindre. Pour réparer leur faute, ils donnerent vivement ſur l'arriere-garde, qui fut miſe en déroute : il y eut peu de gens tuez, mais cinq

occupabat & ſtomachum, comitante dolore capitis, ingentique membrorum debilitate, quæ omnia cibi appetitionem exſtinguebant. Cum porro morbus ille, qui omnes pene una invaſit, guttur inflammaret, & loquenti officeret, fora judicialia per quoddam temporis ſpatium clauſa fuere. Hæc ægritudo, quæ *Coquelutia* appellabatur, multis vitam abſtulit præcipueque ſenioribus.

Idem. Sub hæc Rex ut cum apparatu maximo Burgundiæ Ducem bello impeteret, regni Nobilitatem totam, ut moris erat, convocavit, movitque cum exercitu ſuo, ut urbes illas quas Dux, cum Lutetiam venit, occupaverat, expugnaret. Compendienſes ipſi portas clauſere, quos ut in ordinem redigeret, oppidum obſedit. Aliquandiu oppidani obſtiterunt, poſteaque deditionem fecere, vixque impetrarunt ut ne domus diriperentur. Dum Compendium Rex obſideret, Ingilramno Barnunvillæo, qui Auguſtam Sueſſionum urbem pro Duce Burgundiæ cuſtodiebat, denuntiari juſſit ut urbem dederet. Petulanter ille denuncianti reſpondit. Rex urbem obſeſſum venit. Obſidentium conatum & impetum aliquanto tempore ſtrenue propulſant præſidiarii, nothuſque Borbonius interfectus eſt, qui ob fortitudinis famam magnum ſui deſiderium reliquit. Urbs tandem vi expugnatur, militumque furorem omnimodum experitur. Ingilramnus Burnunvillæus captus, capite truncatur : nonnulli quoque cives plexi ſunt. Joannes autem de Menonio capite plectendus ducebatur, & poſt illum pater ipſius ut idem ſubiret ſupplicium. Exclamavit filius patrem ſuum innoxium eſſe, ſeque illum circumveniſſe, ut ad Burgundiæ Ducis partes deduceret, quo factum ut pater liber illæſuſque dimitteretur.

Comes Nivernenſis Ducis Burgundiæ frater Regem adiit, ipſique nulla non obſequii ſigna dedit, ut bona ſibi ſua ſervarentur. Rex illum certis conditionibus in gratiam ſuam recepit. Flandri quoque obſequentiæ ſuæ argumenta Regi conſpicua dederunt. Nunquam enim ſeſe huic immiſcere bello voluerunt, quantumcumque inſtaret urgeretque Burgundiæ Dux, cui tunc parebant. Hannoniæ quoque Comitiſſa pacem petitura Regem convenit. Dux porro Burgundiæ, coactis quibuſdam copiis Burgundionum, Picardorum, Sabaudorum ſeſe ad bellum apparavit. Adverſus illum mittuntur Dux Borbonius & Comes Armeniacenſis, qui ſtatim illum profligare poterant, niſi moras nimias, aliam pugnatorum manum exſpectantes, adhibuiſſent. Ut amiſſæ occaſionis errorem aliquatenus repararent, poſtremam ejus aciem fortiter invaſerunt, quæ in fugam verſa eſt. Pauci cæſi, ſed *Idem.*

cens resterent prisonniers. Le Duc voiant que ses affaires tournoient mal, envoia le Duc de Brabant & la Comtesse de Hainaut pour faire sa paix. Le Roi leur parla fort fierement, & il n'y eut rien de conclu.

Siege d'Arras; usage des Arquebuses.

Comme il avoit été resolu de confisquer les biens du Duc de Bourgogne, & de les réunir à la Couronne, le Roi voulut commencer par le Comté d'Artois. Le Duc de Bourbon alla assieger Bapaume, qui se rendit : cependant le Duc de Bourgogne se saisit d'Arras, & y mit bonne garnison. On y met le siége, on commence les attaques. La garnison se défend vigoureusement : ils se servoient de petits canons de fer, dont ils tiroient par des trous faits dans les murs de la ville. Ce fut-là, dit-on, le commencement des Arquebuses & des armes à feu. Il y eût bien des gens tuez dans ces attaques ; cependant le siege continuoit toujours, & dans ce tems-là le Roi tomba malade. Alors la Comtesse de Hainaut fit si bien qu'elle gagna le Duc de Guienne, & le disposa à faire la paix qui fut concluë, publiée & declarée par des Lettres Patentes du Roi, qui donnoit abolition du passé, hors à certain nombre de partisans du Duc, à qui il étoit défendu d'approcher de la Cour sans Lettres Patentes du Roi.

Les Ambassadeurs d'Angleterre vinrent demander au Roi sa fille Catherine pour leur Roi. On les reçut magnifiquement ; on leur donna le plaisir d'un Tournoi. Il y eut encore un combat de vingt Chevaliers Portugais contre autant de François. Ces Portugais vinrent à Paris donner cet essai de leur Chevalerie ; mais au jugement même des Anglois, ils eurent toujours du dessous, & s'en retournerent chez eux peu satisfaits de leur rodomontade.

Le Concile de Constance se tenoit en ce tems-ci. Le Pape Jean XXIII. qui s'y trouva, fit cession de la Papauté ; mais s'étant depuis repenti de sa démarche, il s'enfuit & reprit sa qualité de Pape. Le Concile ne laissa pas de continuer, & agit fortement contre lui.

1415. Aux premiers mois de l'année suivante on negotia avec l'Angleterre pour la paix & pour le mariage du Roi Henri avec la Princesse Catherine fille du Roi. Henri étoit fort porté à la paix ; mais les Anglois vouloient la guerre à toute force. La grande dissension qui étoit entre les Princes François, les troubles

---

quingenti capti fuerunt. Dux autem Burgundiæ se non prospera uti fortuna cernens, Ducem Brabantiæ & Comitissam Hannoniæ misit, qui pacem sibi conciliarent. Rex aspere illos excepit, ipsique re infecta discessere.

Iidem. Cum in Consilio regio statutum fuisset, ut Ducis Burgundiæ bona, regionesque *fisco* addicerentur, Regiæque ditioni jungerentur, ab Artesiæ Comitatu Rex incipere voluit. Dux Borbonius Bapalmam obsedit, quæ statim deditionem fecit. Dux autem Burgundiæ Atrebatum occupavit, munitissimoque præsidio munivit. Obsidetur urbs, & oppugnatur : præsidiarii obsidentium impetum strenue propulsant. Tubis porro ferreis utebantur, & per murorum foramina cum pulvere pyrio ignitos globulos emittebant ; quod genus armorum hac prima vice memorati narrant. Multi ex oppugnatoribus cecidere, sicque perseverabat obsidio. Intereaque Rex in morbum solitum incidit. Tum Comitissa Hannoniæ occasionem nacta, Delphinum Aquitaniæ Ducem adit, allicit, & ad pacem Duci Burgundiæ concedendam adducit. Pax ergo impetratur, publicatur, literisque regiis asseritur, queis omnium pridem gestorum memoria obliterabatur, exceptis tamen quibusdam qui in Ducis Burgundiæ partes sese conjecerant. Dux autem Burgundiæ a regia aula arcebatur, nec licebat ipsi Lutetiam venire, nisi literis regiis, regioque sigillo munitis, hancque facultatem concedentibus impetrasset.

Oratores Angli in Regiam venere, postulatum Catharinam Regis Caroli filiam Regi suo uxorem. Magnifice illi excepti fuere, ac ludicræ equestri pugnæ interfuere. Aliud quoque spectaculum illis exhibitum fuit : viginti namque Lusitani Equites, contra totidem Francos pugnaturi ex Lusitania Lutetiam venerant, ut fortitudinis suæ argumenta conspicua præberent. At illi, Anglorum etiam judicio, inferiores semper fuere, infaustumque sibi pugnæ exitum ægre ferentes, in patriam sunt reversi. *Iidem.*

Constantiense Concilium hoc tempore celebrabatur. Joannes XXIII. Papa qui tunc aderat, Pontificatum deposuit. Verum postea facti pœnitens aufugit, & Pontificis nomen dignitatemque resumsit. Concilium vero ad ulteriora progressum, Joannis audaciam fortiter impugnavit.

Primis anni sequentis mensibus, cum Anglis de pace actum est, deque Catharinæ Regis Caroli filiæ connubio cum Henrico Angliæ Rege. Henricus paci admodum studebat : verum Angli bellum contra Francos moveri peroptabant. Dissentio inter Francos Prin- *Iidem.*

qui agitoient le Roiaume, & l'imbecillité du Roi leur presentoient une occasion favorable, & sembloient leur promettre un heureux succès. Le Roi Henri fut obligé de prendre ce parti : les propositions qu'il fit au Roi pour la paix, étoient une veritable déclaration de guerre : il ne demandoit pas moins que la Couronne de France. Il fit de prodigieuses levées de troupes, & avec une grande flotte il vint descendre en Normandie, & fit le siege d'Harfleur. Quelques-uns blâmerent le Connétable de ce qu'il n'avoit fait aucune diligence pour empêcher que les Anglois ne fissent une descente en France, supposant que cela étoit fort aisé, en leur opposant les milices des côtes. A cette nouvelle le Roi manda les Princes & les Grands-Seigneurs avec leurs gendarmes & leurs troupes. Les trésors du Roi se trouvant épuisez, on fit des levées de deniers promtes & extraordinaires, qui furent fort à la charge du peuple. Le Roi alla prendre l'Oriflamme à Saint Denis, & se mit en état de marcher contre l'ennemi.

Henri V. Roi d'Angleterre porte la guerre en France, assiege & prend Harfleur.

Cependant la garnison d'Harfleur se défendoit vigoureusement, & s'il y avoit eû quelque ordre dans la Cour & dans les troupes de France, on auroit pû aisément les secourir. Les Anglois à qui il importoit beaucoup de faire diligence & de prendre bien-tôt la place, donnerent un assaut general, que les assiegez soûtinrent vaillamment pendant trois heures ; mais à la fin les Anglois emporterent la place. La garnison demeura prisonniere, & fut traitée fort humainement. La ville fut pillée par les soldats, à qui le Roi Henri défendit le sang & le carnage. Il fit transporter les plus riches des habitans en Angleterre, pour y être gardez jusqu'à ce qu'ils auroient paié rançon.

Le Roi Charles vint à Rouen où il assembla l'armée, des plus belles & des plus nombreuses qu'on eût encore vû. Le Duc de Bourgogne vouloit aussi être de la partie avec un bon corps de troupes de Bourguignons, de Savoiards & de Lorrains : mais le Roi fut conseillé de ne point l'y admettre, de peur que n'étant pas d'accord avec les autres Princes, cela ne fit du désordre dans l'armée. Le Duc de Bretagne qui fut invité d'être de la partie, ne voulut point s'y trouver, à moins que son cousin le Duc de Bourgogne n'en fût aussi.

Le Roi d'Angleterre traversa la Normandie, & vint à Gournai en Beauvoisis. Son armée souffroit beaucoup de la faim. Il y avoit des troupes Françoises qui

---

cipes perpetua, turbæ ac tumultus qui Regnum agitabant, Regis Caroli imbecillitas infirmitasque opportunam dabant occasionem, & faustum exitum polliceri videbantur. Bellum ergo suscipere quasi coactus Henricus, pro facienda pace conditiones obtulit, quæ vere bellum indicerent : non minus enim petebat, quam Francorum Regnum & Coronam. Innumeram pene pugnatorum manum collegit, & cum magna classe in Normanniam appulit, exscensuque facto, Harflevium obsedit. Constabulario quidam vitio verterunt, quod nullam adhibuisset diligentiam, ut exscensui Anglorum obsisteret, id facile fuisse putantes, si collecta in oris Normanniæ ex popularibus militia, Anglos ab exscensu coercuisset. Re comperta Carolus Rex, Principes proceresque Regni cum copiis suis advocavit ; cumque ærarium regium exhaustum esset, vectigalia magna confestim a populis exiguntur, quæ ipsis multum oneri fuere. Rex ad sancti Dionysii Ecclesiam, Oriflammam assumtum venit, seseque apparavit.

Idem. Interea vero præsidiarii Harfleviani Anglos fortissime propulsabant, & si qua provida fuisset in Regia & in exercitu Francorum rerum administratio, obsessis auxilia facile conferri potuissent. Angli, quorum multum intererat, quam celerrime possent, oppidum expugnare, rem uno tempore simul aggrediuntur, & oppidum undique magno numero oppugnant. Præsidiarii vero per tres horas strenue præliantur ; sed Angli tamen oppidum ceperunt. Præsidiarii omnes capti sunt, & ab Anglis perhumaniter habiti. Oppidum diripitur : præcepitque Rex Henricus ut a cæde & sanguine abstineretur. Ex civibus vero opulentiores in Angliam transferri jussit, ut ibi sub custodia essent, donec redemtionis suæ precium solvissent.

Carolus vero Rex Rothomagum venit, exercitumque collegit, quo selectiorem vel numerosiorem vix quispiam viderat. Optabat autem Dux Burgundiæ in exercitum istum se conferre cum magna Burgundionum, Sabaudorum, & Lotharingorum manu. At in consilio regio visum est non admittendum illum esse, ne cum ipse rixis assuetus cum cæteris Principibus altercaretur, inde tumultus & perturbatio in exercitu oriretur. Britanniæ Dux ut in opem accederet invitatus est ; sed non venturum se dixit, nisi cognato suo Burgundiæ Duci simul veniendi licentia concederetur. Idem.

Rex Angliæ Normanniam trajecit, & Gornacum in Bellovacensi tractu venit. Exercitus ejus fame admodum laborabat. Francorum vero turmæ quædam Idem.

cotoyoient les Anglois, & qui les chargeoient aux défilez & aux paſſages des rivieres. Si l'on s'étoit contenté de cette maniere de les combattre, & qu'on ſe fût uniquement appliqué à les charger continuellement en queue, à leur couper les vivres, & à leur empêcher de paſſer la Somme, ſans en venir à une bataille, ſelon la maxime de Charles V. les choſes auroient infailliblement tourné à l'avantage de la France; mais ceux qui les cotoyoient ſe retirerent enfin, & les laiſſerent aller à leur gré. Les Anglois après avoir paſſé quatre jours à Gournai, prirent la route de la Somme; & trouvant le pont de bois rompu, ils le refirent, en coupant des arbres des forêts voiſines. Ce qui eſt ſurprenant, eſt qu'ils paſſerent cette riviere où ils devoient perir, & firent ce pont ſans que perſonne s'y opposât, & allerent ſe camper à Azincourt.

L'armée Françoiſe s'étant avancée vers Azincourt, le Roi Henri qui ſe vit contraint de donner bataille à nombre ſi inégal, car les François étoient au moins trois contre un, craignant d'être accablé, envoia faire des propoſitions de paix aux Chefs de l'armée Françoiſe: il s'offroit de reparer tous les dommages que ſon armée avoit faits depuis ſa deſcente en France: mais ſes propoſitions étant rejettées, il fallut en venir à une bataille. Le Roi Henri diſpoſa fort bien ſes troupes, qui redoubloient leur courage, voiant qu'il falloit ou perir ou vaincre. Il mit d'un côté ſes Archers dans un bois, & ſa Cavalerie d'un autre côté. Le reſte de l'armée devoit faire front à l'ennemi, & ſe trouvoit en un lieu fort avantageux.

L'armée de France étoit dans une diſpoſition qui ſembloit préſager une funeſte iſſuë. Les Princes & les Grands-Seigneurs vouloient tous être à la tête, perſonne n'avoit autorité pour les mettre chacun en la place qui lui convenoit. Ils occuperent donc les premiers rangs: ces rangs étoient trop ſerrez, en ſorte que les combatans n'avoient pas la liberté d'agir. Voici le recit de cette bataille, tel que l'a donné Juvenal des Urſins. » Le 25. d'Octobre nos gens » s'approcherent des Anglois, & en leur chemin trouverent terres labourables » molles, pour la pluye qu'il avoit fait icelle ſemaine, pourquoy ils ne pouvoient » pas bien aller avant. Et quand ils cuiderent trouver quatre cens hommes de » cheval qu'ils avoient ordonnez le jour de devant pour rompre la bataille des » Anglois, ils n'en trouverent pas quarante. Mais quand ſe vint à l'approche,

Bataille d'Azincourt où les François ſont défaits.

erant, quæ latera ipſorum obſervantes velitabantur, atque in anguſtis locis, inque fluminum tranſitu cum illis confligebant. Si in hoc concertandi genere Franci perſeveraſſent, ſi aſſidue velitando alas & poſteriora identidem impetiiſſent, commeatus arcendo, & ne Somonam trajicerent proſpiciendo, ſed ſine pugna aperto in campo commiſſa, ut ſolebat Carolus V. Rex, res haud dubie Francis proſpere ceſſiſſent: verum illi qui cum Anglis ſæpe latera obſervantes aliquandiu advigilarunt, abſceſſere tandem, & liberos hoſtes reliquerunt. Angli cum per quatriduum Gornaci manſiſſent, verſus Somonam iter habuerunt, & cum pontem ligneum fractum reperiſſent, exciſis ad vicinas ſilvas arboribus, pontem novum fecerunt; quodque mirum certe videatur, pontem fecere, flumen trajecerunt, nemine prorſus illis obſiſtente, qui in hujuſmodi conatu perire debuiſſent. Deinde vero Azincurtii caſtrametati ſunt.

Iidem. Cum exercitus Francorum Azincurtium moviſſet, Rex Henricus qui cum exercitu tam numero impari pugnam committere cogebatur; Franci quippe tres contra Anglum unum concertabant, ne tanto obrueretur numero metuens, exercitûs Francorum ducibus pacis conditiones obtulit, omniaque damna quæ exercitus ſuus ab exſcenſu fecerat reparaturum ſe pollicebatur; ſed omnibus repudiatis conditionibus, ad pugnam venire opus fuit. Henricus vero Rex exercitus ſui ordines recte compoſuit. Angli videntes aut vincere, aut mori oportere, majore ſeſe animo ad certamen appararunt. Rex autem Henricus ab uno latere ſagittarios in ſilva conſtituit, ab altero equitatum. Acies autem a fronte hoſtem reſpiciens, in tuto & aditu difficili loco conſtituta, Francos exſpectabat.

Exercitus autem Francorum, vel ex ſitu & ordine aliquid ſiniſtrum portendere videbatur. Principes & proceres primum ordinem omnes occupare volebant, nemoque erat, qui ea auctoritate valeret, ut cuique ordinem ſuum aſſignaret; in primis ergo ordinibus Principes & Optimates omnes conſtituti ſunt. Ordines porro illi denſiores erant, quam ut liberum pugnantibus ſpatium eſſet. En pugnæ illius hiſtoriam, qualis a Juvenali de Urſinis deſcripta fuit. » Vigeſima quinta » Octobris, noſtri ad Anglos pugnatum acceſſere; » eundo autem in aratos agros incidere, tunc molliores ex pluvia, quæ per hebdomadam ceciderat: » quapropter vix gradum figere poterant, & quadringentos equites ſe reperturos exſpectantes, qui die » præcedenti juſſi fuerant in Anglorum aciem irrumpere, vix quadraginta repererunt. Cum porro ad *Iidem.*

» oncques les Archers & Arbaleſtriers de nos gens ne tirerent fleſche ne vire. Ce » fut après huit heures du matin. Et avoient nos gens le ſoleil en l'œil, leſquels » pour mieux endurer & paſſer le trait des Anglois, ſe baiſſerent & enclinerent » les têtes vers terre. Quand les Anglois les virent en tel état, ils s'approche- » rent d'eux tellement que nos gens ne le ſceurent oncques, juſques à tant qu'ils » frapperent ſur eux de bonnes haches. Et les archers qui eſtoient encore en » embuſche, les aſſaillirent de trait par derriere. De plus les gens à cheval » que les Anglois avoient mis au bois deſſuſdit, ſaillirent dehors en flote, & » vinrent par derriere ſur la ſeconde bataille de nos gens qui étoient près des » premiers de deux lances. Et firent iceux Anglois un ſi grand & ſi merveilleux » cri, qu'ils épouvanterent nos gens, tellement que tous nos gens d'icelle ſe- » conde bataille s'enfuirent. Et tous ceux qui eſtoient en la premiere bataille, » furent déconfits & tous morts ou pris. Et eut victoire en icelle journée le Roi » d'Angleterre : laquelle beſogne fut la plus honteuſe qui oncques advint au » Roiaume de France.

Un gros de l'avant-garde qui fut ſi mal menée s'étant détaché en aſſez bon ordre pour ſe retirer, le Roi d'Angleterre crut qu'il s'alloit joindre au reſte de l'armée pour revenir contre les Anglois ; craignant donc une ſeconde attaque, il ordonna qu'on tuât tous les priſonniers. Ce carnage dura juſqu'à ce qu'il vit que tous prenoient la fuite. Il fit alors ceſſer la tuerie.

Il périt en cette malheureuſe journée plus de quatre mille hommes des meilleures troupes ; d'autres en mettent juſqu'à ſix mille, quelques-uns les font monter juſqu'à dix mille, du nombre deſquels étoient pluſieurs Princes & Grands Seigneurs ; le Duc de Bar, ſon frere Robert de Bar, & le Comte de Marle leur neveu, le Duc de Brabant & le Comte de Nevers freres du Duc de Bourgogne, le Duc d'Alençon, le Connétable d'Albret, le Maréchal de Boucicaut qui mourut de ſes bleſſures, l'Amiral de Dampierre, le Maitre des Arbalêtriers, le Sire de Bacqueville, porte-Oriflamme, Guichard Dauphin, ci-devant Grand-Maître de France, l'Archevêque de Sens qui ſe battit comme un lion, le Comte de Laonois ſon neveu, l'un frere & l'autre fils de Jean de Montaigu, & un très-grand nombre de Seigneurs & de Chevaliers. De cet Archevêque de Sens tué à la bataille, Juvenal des Urſins dit qu'il fut peu plaint,

---

» pugnam capeſſendam ventum eſt, ſagittarii & ba- » liſtarii noſtri, nec ſagittam, nec jaculum emiſe- » runt, cœpitque pugna poſt octavam horam matu- » tinam. Noſtri vero ob oculos fulgentem ſolem conſ- » piciebant, cumque ſagittarii Angli ſagittas ſuas emit- » terent, corpus & caput inclinarunt, ut telorum ictus » devitarent; quod videntes Angli, noſtros, & a ſolis » radiis, & a telorum imbre declinantes invaſerunt, ita » ut noſtri non adverterent ipſos, donec ſe ſecuribus » impeti ſenſerunt. Sagittarii autem qui adhuc in in- » ſidiis latebant, a tergo illos ſagittis impetierunt. » Equites quoque ad ſupra memoratam ſilvam locati, » ſimul egreſſi ſunt confertim, & ſecundam noſtram » aciem a tergo ſunt adorti qui noſtri a prima acie, » non pluſquam duarum lancearum ſpatio diſtabant. » Hi vero Angli tantum & tam acutum clamorem » emiſerunt, ut noſtros terrore repleverint ; ita ut qui » ſecundam illam aciem conſtituebant in fugam verſi » ſint. Qui vero in prima acie erant victi, cæſique om- » nes vel capti fuere, Rexque Angliæ victoriam retu- » lit, fuitque clades iſthæc omnium turpiſſima, quæ » Francis unquam acciderant.

Ex prima autem acie quæ tam aſpere excepta fuit, cum pars, aliquo ſervato pugnantium ordine receſſiſſet, putavit Rex Angliæ illam cum reliquo Francorum exercitu junctam, ad pugnam eſſe reverſuram. Metuens igitur ne ſecundo ſibi pugnandum eſſet, Francos omnes qui capti fuerant occidi præcepit, multi itaque interemti ſunt. At ubi vidit Henricus omnes fugam facere, Anglos a cæde abſtinere juſſit.

In hac infeliciſſima pugna pluſquam quater mille viri ex ſelectioribus periere ; alii ſexies mille numerant, nonnulli decies mille, ex quorum numero erant plerique Principes & proceres, Dux Barenſis, frater ejus Robertus Barenſis, ipſorumque cognatus Thomas de Marla, Dux Brabantiæ & Comes Nivernenſis, Ducis Burgundiæ fratres, Dux Alenconius, Conſtabularius de Leporeto, Bucicaltius Mareſcallus, qui ex acceptis vulneribus interiit, Præfectus maris Dampetræus, Magiſter Baliſtariorum, Bacquevillæus Oriflammam geſtans, Guicardus Delphinus antehac Magnus Franciæ Magiſter, Archiepiſcopus Senonenſis, qui leonis inſtar pugnavit, Comes Laudunenſis, quorum prior frater, alter filius Joannis Montacutii erat. aliique magno numero proceres & equites. De Archiepiſcopo Senonenſi in pugna cæſo, dicit Juvenalis de Urſinis ipſum non magnum ſui deſiderium

Idem.

parce que ce n'étoit pas ſon office. Il y avoit pourtant bien d'autres Prélats qui alloient à la guerre, & il y en eut encore depuis pendant quelque tems. Les Anglois ſe ſaiſirent des Princes & des principaux Seigneurs pour en tirer rançon. Les priſonniers furent les Ducs d'Orleans & de Bourbon, les Comtes de Vandôme & de Richemont, & quatorze cens tant Chevaliers, qu'Ecuiers.

Il sembloit qu'un ſi grand échec devoit réunir contre l'ennemi commun ceux qui étoient auparavant diviſez; mais tout au contraire le feu de la diſcorde s'alluma plus fort que jamais, & fit plus de mal que le fer des Anglois. Le Roi Henri aiant repaſſé en Angleterre, on devoit profiter de ſon abſence pour aller reprendre Harfleur; mais le Roi qui étoit à Rouen prit le chemin de Paris, & le Duc de Guienne mit les troupes en quartier d'hiver. Le Roi de retour à Paris fit le Comte d'Armagnac Connétable de France. Le Duc de Bourgogne voulant profiter des malheurs du Roiaume, étoit toujours aux aguets pour s'emparer du gouvernement. Pendant ce tems-là le Duc de Guienne Dauphin vint à mourir, & fut peu regretté, aiant, diſoit-on, peu de bonnes & beaucoup de mauvaiſes qualitez. Par ſa mort Jean Duc de Touraine ſon frere devint Dauphin. Le Duc de Bourgogne qui avoit aſſemblé des troupes remuoit toujours à ſon ordinaire; ſes gens étoient ſouvent aux priſes avec les troupes du Roi. Il demeura long-tems à Lagni, en ſorte que ſes ennemis l'appelloient par dériſion *Jean de Lagni.* A la fin n'aiant plus d'eſperance de voir le Roi, il ſe retira en Flandres.

Mort du Dauphin Louis. 1416.

En ce tems-ci ſe traitoient au Concile de Conſtance les affaires de Jerôme de Prague & de Jean Hus, qui furent brûlez tout vifs. La doctrine de Jean Wiclef y fut condamnée. Les Cardinaux qui procedoient à l'élection d'un Pape, après avoir déposé Jean XXIII. & déclaré contumace Benoit XIII. élurent Othon Colonne, qui fut appellé Martin V.

Le premier jour de Mars l'Empereur Sigiſmond vint à Paris, où il fut reçu avec toute la magnificence poſſible. Il venoit pour moienner, s'il ſe pouvoit, la paix entre la France & l'Angleterre. Il ſe rendit auſſi à Londres pour cela; mais il n'avança rien, & laiſſa toutes choſes au même état. On trouva fort mauvais qu'il eût créé un Chevalier à Paris: mais ces choſes qui n'arrivent qu'une fois, & qui ſe font, pour ainſi dire, furtivement, ne tirent point à conſequence.

---

reliquiſſe, *quia hoc officium ſuum non erat.* Et tamen alii adhuc Epiſcopi tunc erant, qui ad bellum procederent, qui mos etiam aliquanto poſt tempore invaluiſſe deprehenditur. Angli Principes plurimos atque primores ceperunt, ut redemtionis precium exigerent. Hi fuere Duces Aurelianenſis & Borbonius, Comites Vindocinenſis & Ricomontius, ac mille quadringenti ſeu equites, ſeu ſcutiferi.

Juvenal. Monſtrelet. Le Fevre de S. Remi.

Tanta clades videbatur diſſenſiones quæ inter Francos tunc erant ſublatura eſſe, ut omnes contra communem hoſtem animum & operam unam conferrent. At contra diſcordiæ ignis vehementius, quam antea exarſit. Cum Rex Henricus in Angliam trajeciſſet, ejus abſentia ſtimulos addere debuiſſet ut Harefluvium recuperaretur: verum Rex qui Rhotomagi erat, Lutetiam iter arripuit, & Dux Aquitaniæ militares copias in hibernis conſtituit. Rex Lutetiam redux Comitem Armeniacenſem Conſtabularium Franciæ creavit. Dux porro Burgundiæ in tam infelici rerum ſtatu, ſe Regni poſſe adminiſtrationem invadere ſperans, aditus omnes obſervabat. Illo tempore obiit Delphinus Dux Aquitaniæ, nec luctum attulit, quod virtutibus paucis, aiebant, multis vitiis polleret. Quo defuncto frater ejus Joannes Turonenſis Dux, Delphinus fuit. Dux Burgundiæ collecta pugnatorum manu, nova ſemper moliebatur pro more ſuo. Qui partes ipſius ſectabantur cum regiis copiis ſæpe manus conſerebant. Diu porro Latiniaci commoratus eſt, quo factum ut ii qui ipſi infenſi erant, *Joannem Latiniacenſem* ipſum deridendo appellarent. Demum ut vidit nullam ſibi ſupereſſe ſpem ut in Regis conſpectum venire poſſet, in Flandriam ſe recepit.

Interea in Conſtantienſi concilio agitabantur res Jeronymi Pragenſis & Joannis Huſſii, qui vivi flammis traditi ſunt. Joannis Wiclefi doctrina damnata fuit. Cardinales qui deligendo Papæ operam dabant, poſtquam Joannem XXIII. depoſuiſſent, & Benedictum XIII. contumacem declaraſſent, Othonem Columnam elegerunt, qui vocatus fuit Martinus V. *Iidem.*

Primo die Martii menſis Sigiſmundus Imperator Lutetiam venit, ubi cum magnificentia ingenti exceptus fuit. Ea porro de cauſa venit ut pacem Angliam inter & Franciam conciliaret. Londinum quoque eadem de cauſa ſe contulit; ſed incaſſum hæc tentavit: eadem quippe rerum conditio poſtea manſit. Lutetiæ Equitem creavit, id quod certe multis diſplicuit: verum res hujuſmodi quæ ſemel tantum & furtim deſignantur, in uſum & conſuetudinem nunquam tranſeunt. *Iidem.*

Le Conſeil du Roi aiant jugé à propos d'équiper une grande flotte pour combattre celle du Roi d'Angleterre à ſon paſſage, on arma pluſieurs navires, & l'on en fit venir de Gennes. Les Commandans de la flote furent le Bâtard de Bourbon & le Sire de Braquemont. Le Roi d'Angletere en fit promptement préparer une autre dont il donna le commandement au Duc de Clarence. Les deux flotes ſe rencontrerent. Le combat fut rude & long; mais enfin la flote Françoiſe fut défaite, le fils du Sire de Braquemont fut ſubmergé avec pluſieurs autres, & le bâtard de Bourbon fut fait priſonnier, & mené en Angleterre.

Flotte de France défaite par les Anglois.

Il ſembloit que la fortune eût tourné le dos aux François. En ce même tems le Duc d'Exceſter qui commandoit pour le Roi d'Angleterre à Harfleur, s'étant mis aux champs avec trois mille combattans Anglois pour aller faire des courſes du côté de Rouen, pluſieurs détachemens des garniſons Françoiſes voiſines s'aſſemblerent juſqu'au même nombre de trois mille hommes. Les deux troupes ſe rencontrerent: les Anglois furent mis en déroute, & laiſſerent huit cens des leurs ou morts, ou priſonniers. Le Duc d'Exceſter ſe refugia dans un jardin environné de fortes hayes, d'où s'étant échappé, il ſe retiroit vers Harfleur. Les François coururent après & les atteignirent. Alors les Anglois voiant qu'il falloit ou vaincre ou mourir, ou être pris, ſe battirent en déſeſperez, tuerent, ou prirent douze cens François, & mirent le reſte en fuite.

Le Duc de Bourgogne remuoit tout pour ſe rendre le maître du Roiaume: il tâchoit de s'appuier du Roi d'Angleterre qu'il alla voir; & avec qui il entretenoit correſpondance. La conjoncture étoit favorable: il étoit lié avec Guillaume Comte de Hainaut, dont la fille avoit épouſé le Dauphin Jean. Ils comploterent tous trois enſemble que le Comte de Hainaut iroit à Paris pour diſpoſer les choſes en faveur du Bourguignon; mais la mort du Dauphin qui arriva en ce tems-là rompit toutes leurs meſures. On crut qu'il avoit été empoiſonné par la faction contraire, & l'on ſoupçonna le Duc d'Anjou Roi de Sicile, d'avoir ainſi ôté la vie aux deux derniers Dauphins, pour faire tomber le Roiaume à leur frere Charles Comte de Ponthieu, qui avoit épouſé ſa fille Marie d'Anjou, & qui devint Dauphin après la mort de ſon frere.

Sur quelque ſoupçon ou jalouſie que le Roi conçut de la Reine Iſabeau, il fit ſaiſir un nommé Louis Bourdon qui ſortoit d'avec elle, & le fit mettre dans

---

In conſilio regio e re viſum fuit ut claſſis magna appararetur, ad Angliæ Regis claſſem repellendam, cum ille in Franciam trajiceret. Multæ naves apparantur, Genua quoque plurimæ accerſuntur. Duces claſſis fuere Nothus Borbonius & Bracamontius. Rex autem Angliæ quamprimum aliam colligi claſſem juſſit, cujus ducem conſtituit Clarentiæ Ducem. Ambæ claſſes in conſpectum venerunt; atrox, diuturnaque pugna fuit, tandemque claſſis Francica devicta fuit. Bracamontii filius cum plurimis aliis ſubmerſus fuit. Nothuſque Borbonius captus & in Angliam adductus fuit.

Iidem. Videbatur fortuna terga Francis vertiſſe. Hoc ipſo tempore Excestrienſis Dux, qui pro Angliæ Rege Harflevii imperabat, egreſſus eſt cum tribus millibus Anglorum, ut incurſiones verſus Rhotomagum faceret, & prædas ageret. Tunc ex vicinis par numerus Francorum collectus eſt, amboque agmina in conſpectum venerunt. Angli a Francis victi, fugatique ſunt, & octingentos ſuorum vel cæſos vel captos amiſerunt. Dux Excestrienſis in hortum confugit ſepibus clauſum: inde vero elapſus, verſus Harflevium fugit. Franci fugientes Anglos inſequuntur & attingunt. Tum hi videntes, aut vincendum, aut moriendum, aut in hoſtium manus cadendum eſſe, fortiſſime pugnarunt, mille ducentos Francos vel interfecerunt vel ceperunt, aliosque in fugam verterunt.

Dux Burgundiæ nihil non moliebatur ut Regnum in poteſtatem ſuam redigeret. Regis Angliæ quem inviſit, opem ſibi conciliare & cum ipſo conſuetudinem habere ſtudebat. Opportuna ſeſe offerebat occaſio: cum Guillelmo Hannoniæ Comite junctus erat, cujus filia Delphino Joanni nupſerat. Hi tres ergo ſimul habito conſilio ſtatuerunt, ut Comes Hannonienſis Lutetiam veniret, & omnia in Burgundiæ Ducis gratiam componeret. At Delphini obitus, qui tunc accidit, conſilia ipſorum omnia peſſumdedit. Creditum fuit ipſum a contraria factione veneno fuiſſe ſublatum. Suſpicio autem cadebat in Ducem Andium Siciliæ Regem, quem ambos Delphinos, qui obierant veneni hauſtu de medio ſuſtuliſſe putabatur, ut Francorum Regnum devolvi curaret in Carolum Pontivi Comitem, qui Mariam Andegavenſem filiam ſuam duxerat, quique tunc defuncto fratre Delphinus eſſe cœpit.

Tunc temporis aliqua permotus zelotypia Rex Carolus, Ludovicum quemdam Burdonium, qui ex cubiculo Iſabellæ Reginæ egrediebatur, compre- *Le Févre de S. Remi.*

un ſac, ſur lequel étoit écrit : *Laiſſez paſſer la Juſtice du Roi*. Le ſac avec ce malheureux fut jetté dans la Seine. Peu de jours après la Reine fut envoiée à Tours en fort petite compagnie, avec ordre d'y demeurer.

1417. *Situation déplorable de la France.* Il n'y eut jamais de ſituation plus déplorable que celle où ſe trouvoit alors la France. Deux partis s'y faiſoient impitoiablement la guerre ; ils faiſoient des courſes les uns ſur les autres, prenoient & pilloient des châteaux & des villes, tandis que l'ennemi commun rentroit en France avec une puiſſante armée. A Rouen des partiſans du Duc de Bourgogne maſſacrerent le Bailli, ſon Lieutenant & juſqu'à dix autres perſonnes ; ceux qui craignoient pour leurs vies ſe retirerent au château. Le Dauphin fut obligé d'y aller avec trois mille hommes d'armes. Il fit ſupplicier trois des principaux meurtriers, & pardonna aux autres.

Le Duc de Bourgogne qui vouloit abſolument s'emparer du Gouvernement du Roiaume, envoioit des Ambaſſadeurs aux villes de France pour les attirer à ſon parti. Il en gagna en effet pluſieurs, & leva une grande armée avec laquelle il prit la route de Paris. Il vint à Amiens, où on lui ouvrit les portes ; pluſieurs autres villes ſuivirent l'exemple de celle-ci ; il en prit quelques-unes par force, ſe vint préſenter devant Paris. Il ne trouva aucune diſpoſition à être reçû dans la ville, où ſes partiſans n'étoient pas les plus forts ; il ſe rendit maître de Montleheri, d'Eſtampes & de Chartres. Il vint de-là à Tours, à la priere de la Reine fort impatiente de ſe voir là comme priſonniere & gardée à vûe. Il la tira des mains de ceux qui la gardoient, & l'amena à Chartres, d'où elle écrivit aux villes qui étoient du parti du Duc de Bourgogne, prenant la qualité de Gouvernante du Roiaume de France, & les exhortant de perſeverer dans le parti de ſon bon ami le Duc, malgré toutes les autres lettres qu'elles avoient reçûës, ou recevroient contraires à celle-ci. Le Duc jugea à propos de faire une ſeconde tentative pour entrer dans Paris : mais voiant la choſe impoſſible, il congedia une partie de ſes troupes, & s'en alla avec la Reine à Troie, où il paſſa une partie de l'hiver.

Parmi tous ces troubles le Roi d'Angleterre qui avoit fait deſcente en Normandie, y prenoit à ſon aiſe les villes & les châteaux, n'y aiant nulle armée de France qui l'arrêtât. Il aſſiégea Caën, où il trouva grande réſiſtance, & y perdit

---

hendi & includi juſſit in ſacco, cui ſupraſcriptum erat, *Juſtitiæ Regis tranſeunti date locum*. Saccus autem cum miſero illo in Sequanam conjectus eſt. Regina vero paucis poſtea diebus in Turonum urbem nec cum magno comitatu miſſa fuit, ut illic ex juſſu regio ſedes haberet.

Juvenal. Monſtrelet. Le Fevre de S. Remi. Vix uſpiam ita miſerabilis rerum facies & conditio viſa fuerat, ut ea in qua tunc Francia verſabatur. Duæ factiones ſibi mutuo inexpiabile bellum inferebant, incurſionibus agros utrinque deſolabantur, caſtra & urbes invadebant, ac diripiebant. Quo tempore communis hoſtis in Franciam denuo cum potentiſſimo exercitu intrabat. Rothomagi quidam Burgundiæ factionis homines Ballivium occiderunt, ejuſque Vicarium, decemque viros alios. Ii qui ſibi timebant in Caſtellum aufugerunt. Delphinus ut tantum ſcelus ulciſceretur, cum tribus armatorum millibus Rhotomagum venit : ex præcipuis cædium auctoribus tres ſupplicio addixit, cæteris pepercit.

Iidem. Burgundiæ Dux invadendæ regiæ adminiſtrationis cupidiſſimus, Oratores miſit ad Franciæ urbes, ut illas ſibi devinciret. Multas ad partes ſuas allexit, exercitumque magnum collegit, ac verſus Lutetiam movit, Ambianumque venit, ubi a civibus exceptus eſt. Hujus exemplum urbes aliæ plurimæ ſequutæ ſunt, nonnullaſque ille vi cepit, & ante Lutetiam cum exercitu pervenit : ſed cum factio ejus in urbe non prævaleret, nullaque ſpes eſſet poſſe ſe illa potiri, Montem-leherium occupavit, poſteaque Stampas & Carnutum. Inde vero in Turonum urbem ſe contulit, rogatu Reginæ, quæ ſe quaſi in carcere, & ſub cuſtodum oculis ſervatam videns, id ægre admodum ferebat. Ipſam Dux e cuſtodum manibus ereptam Carnutum adduxit. Ibi Regina ad urbes illas literas miſit, quæ Burgundicæ factionis erant, penes ſe Regni adminiſtrationem eſſe dictitans, monenſque ſingulas, ut Ducis Burgundiæ amici ſui partibus hærere perſeverarent, nihil obſtantibus aliis literis quæ his contrariæ eſſent, quaſque ipſæ vel percepiſſent, vel percepturæ eſſent. Dux autem ſecundo Lutetiam ingredi tentavit ; ſed ubi vidit fruſtra cedere conatum, maxima dimiſſa exercitus parte, Trecas cum Regina venit, ubi partem hiemis tranſegit.

In tanta rerum perturbatione Rex Angliæ, qui in Normanniam exſcenſum fecerat, urbes & caſtra nemine obſiſtente, nec exercitu Francorum ullo comparente, expugnabat. Cadomum obſedit ; obſeſſi fortiter hoſtem propulſabant : multique Angli in oppugnatio- *Iidem.*

beaucoup

beaucoup de monde dans les aſſauts qu'il donna ; mais il l'emporta enfin, & il y eut plus de cinq cens hommes tuez de ceux de dedans. Le Duc de Gloceſtre frere du Roi aſſiegea Cherbourg la plus forte place de la Normandie. Le ſiege dura dix mois, & la ville ne put tomber en la puiſſance des Anglois, que par la trahiſon du Commandant qui toucha une ſomme d'argent pour rendre la place, & s'en alla à Rouen où il ſe trouva depuis quand la ville fut priſe par le Roi d'Angleterre, qui lui fit trancher la tête. Il ne fut guere regretté d'aucun des partis.

Environ la fête de la Chandeleur le Roi Charles alla aſſiéger Senlis, & fit battre la place pendant quelques jours. Les aſſiegez capitulerent, & promirent de ſe rendre, s'ils n'étoient ſecourus au terme du dix-neuf Avril ſuivant. Le Comte de Charolois amaſſa promtement une armée, & vint au ſecours de la place : comme ſon armée étoit plus forte que celle du Roi, & marchoit en bon ordre, le Connétable ne jugea point à propos que le Roi en perſonne riſquât une bataille. Il fit donc lever le ſiege, & ramena le Roi à Paris. Le Pape envoia deux Cardinaux pour faire la paix entre le Roi & le Duc de Bourgogne. Le Roi & le Dauphin trouvoient les conditions propoſées raiſonnables ; mais le Connétable, le Chancelier & quelques autres qui craignoient, & non peut-être ſans raiſon, le Duc de Bourgogne, empêcherent que la paix ne fût concluë. 1418.

La ſcene qui ſuivit ces négociations eſt des plus tragiques. Les Pariſiens étoient fort mécontens de ce que la paix avoit été rompuë : mais ils n'oſoient s'en plaindre ni murmurer, parce qu'ils étoient obſervez de près. Sept ou huit plus hardis que les autres allerent ſecretement à Pontoiſe conferer avec le Seigneur de l'Iſle-Adam, zelé partiſan du Duc de Bourgogne, & convinrent avec lui qu'il ramaſſeroit le plus de gens armez qu'il pourroit, qu'il ſe rendroit la nuit du vingt-neuf de Mai à la porte S. Germain des Prez, & qu'ils feroient en ſorte qu'il la trouveroit ouverte, & entreroit avec ſes gens dans la ville. Il y vint au tems marqué avec huit cens hommes armez, & ſe rendit avec ſa troupe au Châtelet où il trouva douze cens Pariſiens armez, qui ſe joignirent à lui, & ameuterent en allant par les ruës la populace de Paris. Ils ſe rendirent à l'Hôtel du

---

nibus periere ; ſed tandem expugnata urbs fuit, & plusquam quingenti Franci cæſi ſunt. Dux Gloceſtriæ Regis frater Caroburgum obſedit, munitiſſimum Normanniæ totius oppidum. Obſidio ad menſes decem protracta fuit, nec niſi Gubernatoris proditione, oppidum in Anglorum manus cadere potuit, qui pro pecuniæ ſumma ipſum hoſti tradidit, ac poſtea Rhotomagum venit, ubi poſtquam ab Anglis capta urbs fuit, juſſu Regis Henrici capite truncatus fuit. Nec magnum apud alterutram partium ſui deſiderium reliquit.

Iidem. Circa feſtum Purificationis Rex Carolus Silvanectum obſeſſum venit, & per aliquot dies oppidum oppugnat. Præſidiarii tandem his conditionibus paciſcuntur, ut ſi ante diem 19. Aprilis, exercitus ad auxilium ferendum non accedat, ipſi deditionem facturi ſint. Comes vero Caroleſius celeriter exercitum collegit, & ad opem ferendam movit. Cum porro exercitus ejus numeroſior regio eſſet, ac cum recto ordine procederet, non expedire putavit Conſtabularius ut, Rege præſente, pugnæ ſors tentaretur. Obſidionem ergo ſolvit, ac Regem Lutetiam reduxit. Summus vero Pontifex Cardinales duos miſit, qui pacem facerent Regem inter & Ducem Burgundiæ. Rex atque Delphinus propoſitas conditiones æquas & admittendas eſſe cenſebant, at Conſtabularius, Cancellarius & alii quidam, qui a Duce Burgundiæ ſibi timebant, nec fortaſſis injuria, ne pax inter ambas partes conciliaretur effecerunt.

Poſt hæc de agenda pace colloquia, ea conſequuta ſunt, quæ deſcribere horret animus. Indignabantur Pariſini quod Cardinales paci ſtudentes, re infecta diſceſſiſſent. Sed conqueri & expoſtulare non audebant, quod motibus coercendis advigilaretur. Septem tamen vel octo ex audacioribus ſecreto Pontiſaram ſe contulerunt, cum Toparcha Inſulæ Adami, qui Burgundiæ Ducis partibus hærebat, colloquuturi. Inter ipſos autem convenit ut Inſuladamius quantas poſſet armatorum copias colligeret, & vigeſima nona Maii noctu ad portam ſancti Germani a Pratis veniret, ſe curaturos eſſe pollicentes, ut accedenti portæ paterent, & ille in urbem intrare poſſet. Venit Inſuladamius ad condictam horam cum quingentis armatis viris, & cum turma tota ad Caſtelletum ſe contulit, ubi mille ducentos armatos Pariſinos invenit, qui ſeſe illi adjunxerunt, ac per vicos incedendo infimam plebem commoverunt, ita ut ſeditioſorum numerus paſſim augeretur. Hinc ad Regis ædes venerunt, Iidem.

Roi qui leur accorda tout ce qu'ils voulurent. Ils le firent monter à cheval pour aller avec eux par la ville. Quelques-uns allerent à l'Hôtel du Connétable, qui averti de cette émeute s'étoit ſauvé déguiſé dans la maiſon d'un pauvre homme. Ils allerent ſe ſaiſir du Chancelier. Au bruit de leur marche Tannegui du Chaſtel Prevôt de Paris, alla à l'Hôtel du Dauphin, enveloppa le Prince dans un linceul, & l'emporta à la Baſtille de Saint Antoine, où pluſieurs autres perſonnes notables ſe refugierent. Tannegui fit partir ſecretement le Dauphin, qui s'en alla par Corbeil & Melun du côté de Montargis. Le même Tannegui voulut auſſi ſe ſaiſir de la perſonne du Roi, & s'en alla bien armé, & bien accompagné à l'Hôtel de Saint Paul: mais les Pariſiens l'avoient tranſporté au Louvre, où il étoit bien gardé. Alors Tannegui, le Maréchal de Rieux & le Sire de Barbaſan ſe refugierent, non ſans perte de leurs gens, à la Baſtille, où ils laiſſerent bonne garniſon, & ſe retirerent à Meaux.

Violences des ſéditieux Pariſiens du parti du Duc de Bourgogne.

Cependant la troupe du Seigneur de l'Iſle-Adam groſſiſſoit tous les jours, tant des Pariſiens qui ſe joignoient aux premiers, que des troupes du Duc de Bourgogne, qui venoient le joindre de différens endroits. Les Pariſiens ſe ſaiſiſſoient toujours de ceux qui étoient au Conſeil du Roi & auprès de ſa perſonne, Evêques, Seigneurs & autres, pilloient leurs biens, maſſacroient ceux qui avoient été partiſans du Connétable, qu'ils appelloient les Armagnacs. Ils firent publier à ſon de trompe de par le Roi, que quiconque ſauroit où étoit caché quelqu'un du parti d'Armagnac, & ne viendroit pas le déclarer au Prevôt de Paris, qui étoit alors le Seigneur de l'Iſle-Adam, ſeroit puni de la perte de ſes biens & de ſa vie. Alors ce pauvre homme qui tenoit le Connétable caché en ſa maiſon, le dénonça au Prevôt, qui alla le ſaiſir, & le mit au Palais ſous ſûre garde. Tous les autres qui avoient été pris étoient gardez au Palais, ou au Louvre, ou au Châtelet. Ceux qui étoient dans la Baſtille capitulerent avec le Prevôt, & ſe retirerent vie & bagues ſauves.

Maſſacre horrible dans Paris.

Quelques jours après la populace de Paris s'ameuta en plus grand nombre que jamais, & craignant que les priſonniers ne fuſſent enfin délivrez, ils s'en allerent comme des furieux maſſacrer tous ceux qu'on avoit arrêtez, ſans diſtinction de qualité, & malgré le Prevôt de Paris, ils tuerent tout indifferem-

---

a quo quidquid libuit impetravere, Regem vero Carolum equum conſcendere curavere, ut ſecum per urbem incederet. Nonnulli ad Conſtabularii ædes accurrerunt, qui de ſeditione ſubmonitus, inſolita indutus veſte, in pauperis cujuſdam domo ſeſe abdiderat. Hinc vero progreſſi, Cancellarium comprehenderunt. His rumore nuncio compertis Tanaquillus de Caſtello Præpoſitus Pariſienſis, ad Delphini ædes properans, ipſum linteo incluſum ad Baſtiliam ſancti Antonii exportavit, quo etiam confugêre multi inſignes viri. Tanaquillus vero Delphinum ex Baſtilia ſecreto exire curavit, qui Corbolio & Meloduno tranſiens, verſus Montem Argiſium ſe contulit. Idem vero Tanaquillus Regem ipſum comprehendere & ſecum ducere voluit, & ad ædes regias ſancti Pauli armatorum manu ſtipatus ſe contulit. At Pariſini illum ad ædes Luparæas tranſtulerant, ubi armatis cuſtodibus cingebatur. Tum porro Tanaquillus, Mareſcallus Rheuſius & Barbaſanus, non ſine ſuorum jactura ad Baſtiliam confugerunt, quam illi præſidio probe munitam relinquentes, Meldas ſe contulerunt.

Interea vero Inſuladamii agmen in dies augebatur; Pariſini quippe ſemper numero creſcebant, & Burgundica agmina variis ex locis confluebant in urbem. Pariſini ſemper eos comprehendere pergebant, qui Regi a conſiliis erant, aut inter aulicos computabantur, Epiſcopos, primores & alios, ipſorumque bona diripere non ceſſabant, immaniterque trucidabant eos, qui a Conſtabularii partibus ſteriſſent, quos Armeniacos vocabant. Quaſi ex regio juſſu tuba promulgari curavere, ut quiſquis notum habens ubi lateret quiſpiam ex Armeniacenſi factione, id non revelaret Præpoſito Pariſienſi, qui tunc Inſuladamius ipſe erat, is & bonis & vita ipſa mulctaretur. Tunc porro pauper ille in cujus domo Conſtabularius latebat, id Præpoſito indicavit, qui comprehenſum illum in Palatium adduxit, & ſub arcta cuſtodia poſuit. Alii vero qui capti fuerant, omnes vel in Palatio cuſtodiebantur, vel in Lupara, vel in Caſtelleto. Qui in Baſtilia præſidiarii erant, pactis cum Præpoſito conditionibus, ſeſe ſalvi & tuti alio receperunt.

Aliquot poſtea diebus plebs Pariſina majore quam antehac numero confluxit, metuenſque ne ii qui in carcere detinebantur tandem ſalvi evaderent, furore concitante properarunt interfectum eos omnes qui capti fuerant, nulla habita conditionis ratione, & obnitente licet Præpoſito Pariſienſi, omnes indiſcriminatim trucidavere, nec carceris cuſtodibus, nec Idem.

ment, les Geoliers & ceux qui étoient en prison pour dettes comme les autres. Le nombre des morts monta à trois mille, dont les principaux étoient le Connétable d'Armagnac, le Chancelier Henri de Marle, les Evêques de Coutance, de Baieux, d'Evreux, de Senlis & de Saintes, l'Abbé de Saint Corneille de Compiegne, le Comte de Grandpré, & plusieurs autres gens de marque. Les corps du Connétable & du Chancelier furent mis tous nuds dans la place du Palais, où ils resterent trois jours, & furent traînez par la canaille; après quoi on les alla tous enterrer dans une fosse au Marché aux Pourceaux. Le Prevôt l'Isle-Adam & les autres Seigneurs laissoient faire cette populace, qui continua plusieurs jours tuant & pillant tous les Armagnacs. Qui avoit un ennemi n'avoit qu'à dire que c'étoit un Armagnac, & il étoit tué d'abord. Un Bourgeois riche dont on vouloit piller la maison, étoit appellé Armagnac, & expedié sur le champ.

Après ces tristes spectacles le Duc de Bourgogne vint à Paris le 14. Juillet, menant avec lui la Reine. Ils allerent ensemble à l'Hôtel de S. Pol, où étoit alors le Roi, qui les reçut avec joie. Peu de jours après on tint plusieurs Conseils, où furent nommez les principaux Officiers de la Couronne pour remplacer les précedens. On invita le Dauphin de venir joindre le Roi & la Reine; mais il n'en voulut rien faire. On lui conseilla de faire la guerre au Duc de Bourgogne, & de prendre la qualité de Regent du Roiaume. Ce parti du Dauphin surprit la ville de Compiegne, qui fut pillée. De-là les Dauphinois firent le dégât sur les terres du Duc de Bourgogne, & sur les campagnes des villes qui tenoient son parti.

Quelques jours après le menu peuple s'assembla de nouveau, sous la conduite du Bourreau de la ville. Ils allerent ensemble visiter les prisons, où ils tuerent plus de trois cens prisonniers, qui y avoient été mis depuis le dernier massacre. De-là ils se rendirent à la Bastille, demandant sept prisonniers qui y étoient, pour les traiter comme les autres, & menaçant d'abbatre la place, si on les leur refusoit; & en effet ils commençoient à démolir les murs. Le Duc de Bourgogne y accourut, & fit tant par ses prieres, qu'ils cesserent, en leur promettant de faire mener ces prisonniers au Châtelet. Dans le tems qu'on les

Autre massacre.

---

iis qui creditæ pecuniæ causa detinebantur, pepercere. Cæsorum autem numerus ad tria millia pertigit. Eorum qui sic peremti sunt præcipui erant Constabularius Armeniacensis, Cancellarius Henricus de Marla, Episcopi Constantiensis, Baiocensis, Ebroicensis, Silvanectensis, Santonensis, Abbas sancti Cornelii Compendiensis, Comes Grandipratensis, multique alii primores viri. Corpora Constabularii & Cancellarii nuda exposita fuere in platea Palatii, ubi per tres mansere dies, & a vilissima plebe hinc & inde raptata sunt. Postea vero in forum Porcorum comportata in quadam fossa tumulata fuerunt. Insuladamius cæterique proceres talia designantem inconditam turbam quieti spectabant: quæ plebs furoris percita stimulis, in incœpto plurimis diebus perstitit, & Armeniacos omnes trucidare, ipsorumque bona diripere perrexit. Si quis inimicum haberet, illumque Armeniaci nomine compellaret, statim is a turba interimebatur. Civis dives, cujus domum expilare scelerati peroptabant, Armeniacus appellabatur, & subito confossus cadebat.

Iidem. Post tam tristia spectacula Dux Burgundiæ Lutetiam venit decimo quarto Julii, secum Reginam ducens, amboque in ædes regias sancti Pauli se contulere, ubi tunc Rex erat, qui cum gaudio ambos excepit. Paucis postea diebus sæpius concilium initum est, ibique præcipui Regni Ministri nominati sunt, qui præcedentium loca tenerent. Delphinus invitatur, ut Regem Reginamque adeat. Id vero negavit Delphinus. De suorum autem consilio contra Burgundiæ Ducem bellum suscepit, & *Regentis* in Francia nomen sibi attribuit. Qui a partibus Delphini stabant, Compendium ceperunt, ac diripuere. Hinc Delphinenses in Burgundiæ Ducis ditione agros depopulati sunt, etiamque prædas egerunt in agris urbium quæ pro Burgundo stabant.

Iidem. Paucis post hæc diebus, infima plebs denuo convenit, duce urbis carnifice, unaque omnes in carceres urbis se contulere, ubi plusquam trecentos occidere viros, qui post ultimam cædem eo adducti fuerant, indeque ad *Bastiliam* venerunt, captivos septem qui ibi detinebantur expetentes, quos truci late ut & alios peroptabant, minis additis, se Bastiliam solo æquaturos esse, nisi optatis suis fieret satis. Et vere jam Bastiliam demoliri incipiebant. Accurrit Dux Burgundiæ, atque emollitis verbis id impetravit ut a cœpto desisterent, pollicitus curaturum se ut captivi illi in Castelletum ducerentur; sed illos,

y amenoit, cette populace les maſſacra inhumainement. Alors le Duc voiant qu'il ne ſeroit jamais le maître de cette populace, fit défenſe ſur peine de la vie de plus tuer ni piller, & commanda à cette troupe d'aller aſſieger Mont-leheri : ils ſortirent au nombre de ſix mille pour aller inveſtir la place, & à peine y étoient-ils arrivez, que le Duc de Bourgogne fit prendre le Boureau, Chef de la ſédition, avec quelques autres de la troupe, & leur fit couper la tête. Ceux qui étoient devant Mont-leheri avertis de cette éxecution, s'en revinrent à Paris, pour en tirer vengeance ; mais trouvant les portes fermées, ils retournerent au ſiége, d'où ils furent rappellez peu de temps après.

La Cour, & le Duc de Bourgogne qui gouvernoit tout, faiſoient leur poſſible pour gagner le Dauphin. Ils lui envoierent Marie d'Anjou ſa femme, eſperant que cela le rameneroit, & le porteroit à la paix : mais il perſiſta dans le parti qu'il avoit pris, & ſe rendit maître de la ville de Tours.

1419. Le Roi d'Angleterre aſſiege & prend Rouen.

Le Roi d'Angleterre, qui à la faveur de cette guerre civile, s'étoit rendu ſans beaucoup de peine maître de preſque toute la Normandie, vint enfin aſſieger Rouen. Les aſſiegez ſe défendirent vigoureuſement, & firent de frequentes ſorties. Le ſiége tira en longueur. La diſette ſe mit dans la ville. Les habitans, dont on ne ſauroit trop louer le courage, voulurent mettre hors de leurs murs vingt mille bouches inutiles : mais les Anglois les repouſſerent à coups de fleches, en ſorte qu'ils furent obligez de les recevoir dans leur enceinte. Ils firent ſavoir au Roi Charles le triſte état où ils ſe trouvoient, & lui demanderent un promt ſecours. Leurs Envoiez le trouverent à Beauvais avec la Reine & le Duc de Bourgogne. Ils avoient ramaſſé bon nombre de Gendarmes pour aller faire lever le ſiege : mais tout conſideré, ils ne ſe trouverent pas aſſez forts pour aller tenter le ſort d'une bataille. Ils venoient de faire un pour-parler de paix avec le Roi Henri : mais les conditions qu'il offrit étoient ſi déraiſonnables, qu'on ne pouvoit les admettre ; d'ailleurs les Anglois ne vouloient point faire de Traité que le Dauphin ne le ſignât.

Ceux de Rouen ſe voiant hors d'eſperance de ſecours, voulurent capituler. Le Roi d'Angleterre ne vouloit les recevoir qu'à diſcretion : on parlementa encore, & les Rouanois voiant que le Roi tenoit ferme, prirent un parti déſeſperé ; ils étayerent une partie des murs de leur ville pour les faire tomber tout

---

dum ducerentur, furens turma peremit. Senſit Dux tam petulantem turbam nec regi, nec cohiberi poſſe; Mandatumque publicum dedit, ne quis ſub capitis pœna aliquem interficeret, vel bonis ſpoliaret, juſſitque turbam obſeſſum ire Montem-Leherium. Tunc egreſſi ſunt populares ſex mille numero, ut oppidum cingerent & obſiderent, quo vixdum pervenerant cum Burgundiæ Dux Carnificem ſeditionis ducem apprehendi juſſit cum aliis quibuſdam ſociis, qui omnes ad ejus mandatum capite plexi ſunt. Qua re comperta ii, qui ante Montem-Leherium erant, Lutetiam redierunt, ut ſocios ulciſcerentur. Sed cum clauſas inveniſſent portas, ad obſidionem reverſi ſunt, indeque paulo poſtea revocati fuere.

Iidem. Regia tota Curia, & Dux Burgundiæ qui omnia tunc adminiſtrabat, nihil non agebant ut Delphinum ad ſuas partes allicerent. Ad ipſum vero miſerunt Mariam Andegavenſem ipſius uxorem, ut demulceret conjugem & ad pacem faciendam alliceret : at ille in priſtina ſententia perſtitit, Turonumque urbem occupavit.

Iidem. Rex Angliæ qui belli civilis ope fere totam Normanniam, nec cum magna ſuorum clade, jam occupaverat, Rothomagum tandem obſeſſum venit. Obſeſſi fortiter conatus ejus repulerunt, ſæpeque eruperunt in hoſtem. Diuturna fuit obſidio, fameſque urbem occupavit. Rothomagenſes, quorum animi conſtantia vix ſatis laudari poſſit, viginti mille ſenes, feminas, infantes, qui bello inutiles erant, extra muros emittere voluerunt. Verum Angli ſagittis ipſos depellebant; ita ut intra mœnia illos recipere coacti ſint. Tunc Regi Francorum Carolo quibus in anguſtiis eſſent, indicari curarunt, celerem opem poſtulantes. Qui miſſi fuerant, Regem Bellovaci invenere cum Regina & Burgundiæ Duce. Jam vero illi grandem armatorum numerum collegerant, ut Anglos ab obſidione removerent : verum omnibus accurate perpenſis, non ſat numeroſum exercitum eſſe putarunt ut belli fortuna tentaretur. Nuper cum Henrico Rege de pacis conditionibus tractaverant : at eæ quas proponebat Henricus tales erant, ut vix vel auditu ferri poſſent : alioquin vero Angli pacta inire nolebant niſi conſentiente ac ſubſcribente Delphino.

Rothomagenſes, omni depulſa ſpe, pro deditione paciſci voluere. Rex autem Henricus, nonniſi ad arbitrium ſuum dedititios accipere dignabatur. Res agitata denuo fuit. Rothomagenſes vero videntes Henricum nihil a priſca ſententia remittere, rem deſperatam ſunt aggreſſi; partem murorum urbis ſuffoderunt, lignaque ſuppoſuerunt, quæ ſuſtinerent, *Iidem.*

d'un coup en mettant le feu au bois qui étayoit, & en même tems à tous les quartiers de leur ville : après quoi ils devoient ſortir la nuit par la brêche, hommes, femmes & petits enfans, & donner ſur les Anglois pour vaincre ou perir les armes à la main. Le Roi Henri averti de cette réſolution deſeſperée, leur fit dire qu'il traiteroit avec eux à des conditions plus ſupportables. Les conditions propoſées furent, qu'ils lui donneroient trois cent quarante mille écus, qu'ils lui livreroient trois hommes qu'il nomma, qu'ils lui jureroient foi & obéiſſance, moiennant quoi ils ſeroient maintenus dans leurs biens & privileges comme ſes bons ſujets. Tout cela fut executé ; le Roi fit mourir un des trois hommes, & mit les autres à rançon.

Le Roi d'Angleterre envoia enſuite des Ambaſſadeurs au Roi de France, pour lui propoſer une entrevûë, où ils traiteroient enſemble pour faire une paix ſtable & ſolide. Ils ſe rendirent auprès de Meulan, où le Roi d'Angleterre fit à ſon ordinaire des propoſitions qu'on ne pouvoit admettre. Le Dauphin qui craignoit cette paix, fit propoſer un accommodement au Duc de Bourgogne qui gouvernoit tout à la Cour, & qui ne ſouhaittoit rien tant que cette paix. Il ſe rendit au lieu marqué près de Melun, où les deux Princes jurerent entre les mains du Légat du Pape, paix & amitié. Selon les apparences cela ſe faiſoit avec beaucoup de cordialité, mais la ſuite fit juger que ces témoignages n'étoient peut-être pas ſinceres.

Cette paix ne plût point au Roi Henri. Il jugea qu'il ne viendroit pas ſi aiſément à bout des deux joints enſemble, que de chacun des deux diviſez. Cependant pour avancer ſes conquêtes, il fit attaquer une nuit la ville de Pontoiſe, alors place très-forte, qui fut ſoudainement priſe par eſcalade ; ce qui fit bien de la peine à la Cour de France, & cauſa de la terreur dans Paris, qui ſe voioit ſerré de près par ſes anciens ennemis. Les Anglois prirent auſſi la ville de Giſors, & le Château-gaillard, une des meilleures fortereſſes de la Normandie.

Le meurtre de Jean Duc de Bourgogne qui arriva en ce tems-ci, eſt rapporté aſſez diverſement par differens auteurs, quoiqu'ils conviennent tous pour le fonds de l'hiſtoire. Jean le Févre de Saint Remi, Auteur de ce tems, qui dit clairement que le Dauphin fut l'auteur de ſa mort, prétend qu'au ſentiment

ut appoſito igne muri confeſtim caderent, & omnes urbis partes eodem tempore admotis ignibus conflagrarent. Poſtea vero per eam partem, qua dejecti muri erant, noctu armati omnes egreſſuri erant, viri, mulieres & parvuli, ut in Anglos irrumperent, aut ſuperaturi aut morituri. Henricus vero Rex ut audivit in deſperationem tantam actos eſſe Rothomagenſes, edici illis juſſit jam velle ſe mitioribus conditionibus cum illis paciſci : hæ vero conditiones fuerunt ut Rothomagenſes ſibi trecenta & quadraginta millia ſcutorum numerarent, ut tres ipſi viros, quos nomine ſuo ſignificavit, in manus ſuas traderent, ut ſibi fidem & obedientiam, adhibito ſacramento, pollicerentur ; quibus admiſſis, ſua ſibi bona & privilegia ut bonis ſubditis ſervarentur. Hæc porro omnia ſecundum pactiones perfecta fuere. Ex tribus vero ſibi traditis viris, Henricus unum occidi juſſit, reliquos duos cum pro redemtione precium ſolviſſent, liberos dimiſit.

Idem. Rex Angliæ poſtea Oratores ad Regem Francorum miſit, ut colloquium & congreſſum proponeret, ubi una tractaretur, & pax firma ſolidaque fieret. Prope Mellentum autem convenerunt ; ſed Rex Angliæ pro more ſuo conditiones obtulit, quæ nullo pacto poterant admitti. Delphinus vero qui pacem hujuſmodi timebat, Duci Burgundiæ, qui in Regia aula omnia adminiſtrabat, ineunda pacta proponi curavit. Hic vero qui nihil magis optabat, quam ut pacem cum Delphino haberet, in aſſignatum locum ſe contulit prope Melodunum, ubi ambo Principes in manu Legati Summi Pontificis pacem & amicitiam ſacramento confirmarunt. Omnino videbatur rem ſincero corde & amice tractari ; ſed ex rerum eventu dubitatum fuit an vera ſinceraque fuerint hæc tam inſignia acta & teſtimonia.

Pax iſthæc Regi Anglorum non placuit. Exiſtimabat quippe ſe non tam facile duos una junctos ſuperaturum, quam ſingulos ſeparatim. Verum ut ulterius urbes acquirendo progrederetur, nocte quadam Pontiſaram oppugnari juſſit, quæ tunc urbs munitiſſima erat, & tamen ſcalis admotis ſtatim expugnata fuit : quæ res aulæ Francicæ magno dolori fuit, & Pariſinis terrorem incuſſit, qui veterem hoſtem ſibi vicinum videbant. Angli etiam Giſortium ceperunt, & Caſtrum - Gaillardum inter munitiſſima Normanniæ computatum. Idem.

Joannis Burgundiæ Ducis cædes, quæ hoc anno accidit, varie a diverſis Scriptoribus narratur, etſi de facta re omnes conſentiant. Joannes Faber de S. Remigio ejuſdem temporis Scriptor aperte dicit Delphinum necis illius auctorem fuiſſe, ac plurimorum Idem.

de plusieurs il avoit deja dessein de le faire tuer à la premiere entrevûë lorsqu'il fit sa paix avec lui ; mais que le Duc se trouva alors si bien accompagné, qu'il n'osa pas executer son dessein, & qu'à cette fois-ci le Dauphin vint avec dix mille hommes. Il le fit inviter de venir à Montereau Faut-Yonne, où ils confereroient ensemble sur les affaires presentes. Le Duc eut peine à se résoudre à y venir soupçonnant qu'il n'y eût quelque dessein contre sa vie : il y avoit même de ses gens qui l'en dissuadoient, mais la plûpart le solliciterent d'y aller, croiant qu'il n'y avoit rien à craindre pour lui. Il s'y rendit donc. Le Dauphin l'attendoit au pont de Montereau, où il y avoit des barrieres qui fermoient à clef. Quand il fut arrivé auprès du Dauphin, comme il le saluoit un genou en terre, Tannegui du Chastel lui porta un grand coup de hache, Olivier Layet lui donna un second coup, & le Vicomte de Narbonne l'acheva d'un coup de dague, & tua aussi le Sire de Noailles frere du Comte de Foix.

Jean Duc de Bourgogne tué à Montereau Faut-Yonne.

Juvenal des Ursins raconte la chose fort differemment. Il dit que le Dauphin s'entretenant avec le Duc sur les moiens de remedier aux mauvaises affaires presentes, le Duc de Bourgogne lui dit qu'ils devoient aller eux deux en conferer avec le Roi son pere ; que le Dauphin lui répondit, que ce qu'ils feroient eux deux seroit au gré de son pere. *Il y eût aucunes autres paroles*, poursuit-il. *Puis s'approcha ledit Nouailles d'icelui Duc, qui rougissoit, & lequel dit*, Monseigneur, quiconque le veuille voir, vous viendrez à present à vôtre pere, *en lui cuidant mettre la main gauche sur lui, & de l'autre tira son espée comme à moitié : mais lors Messire Tannegui prit Mgr le Dauphin entre ses bras, & le mit hors de l'huis de l'entrée du parc. Puis il y en eust qui frapperent sur le Duc de Bourgogne, & sur ledit Seigneur de Nouailles, qui allerent tous deux de vie à trepassement.* Juvenal qui apporte fort au long differens sentimens sur cette mort, dit ensuite, que ni le Dauphin ni Tannegui n'eurent aucune part à ce meurtre, & que le Dauphin en fut même fort marri. Je serois fort porté à croire que l'action fût faite contre le gré du Dauphin, par des gens qui haïssoient le Duc Jean. Car quoique ce Prince ait été des plus violens & des plus pernicieux à l'Etat que la France ait jamais eû, ç'auroit été une action bien indigne au Dauphin, qui lui avoit juré foi & amitié, de lui donner un rendez-vous pour le faire massacrer, & nous ne voions dans son histoire

---

opinionem fuisse, Delphinum jam in primo congressu, quando pacem cum illo pepigit, in animo habuisse ut nex illi a suis inferretur, sed Ducem tunc tanta armatorum manu cinctum fuisse, ut non auderet Delphinus meditatum facinus exsequi. Hac vero secunda vice venisse Delphinum cum decem millibus pugnatorum ; ipsumque evocari jussisse Monasteriolum ad Icaunam, ubi de rebus præsentibus colloquerentur. Ducem vero tetrum aliquid suspicantem vix potuisse persuaderi ut illò se conferret, avertentibus illum a profectione aliquot ex suis, qui insidias suspicabantur. Maxima vero pars adstantium, inquit Faber, suadebant instantes, ut illo pergeret, nihil metuendum esse rati. Illo itaque se contulit. Delphinus vero exspectabat illum ad Pontem Monasterioli, ubi cancelli erant, qui clavibus obserabantur. Quando prope Delphinum advenit, cum flexo genu salutem ipsi diceret, Tanaquillus de Castello securi vehementer ipsum percussit. Olivarius vero Layetus secundo ictu illum impetiit, Vicecomes vero Narbonensis pugione illum confodiens, e vivis sustulit, etiamque Dominum de Noalliis Comitis Fuxensis fratrem interemit.

Ibidem. Juvenalis de Ursinis rem alio prorsus modo describit, aitque cum Delphinus Ducem alloqueretur, & de modo infelicem rerum statum componendi dissereret : Respondit Dux, ambos oportere Regem adire, & cum illo hisce de rebus agere ; reposuit Delphinus, omnia quæ ambo tractarent ac perficerent Patri placitura esse. *Quædam præterea dicta fuere*, inquit, *deindeque Noallius Ducem adiit, qui erubescens dixit Delphino : Domine, ut cuivis volenti nunc videre licebit, ad patrem venies, sinistra manu Delphinum conatus apprehendere, dextera vero gladium stringere cœpit. Tum Tanaquillus Delphinum brachiis assumtum extra ostium cancellorum posuit. Aliique Ducem Burgundiæ & Noallium armis impetiere, & e vivis abstulere.* Juvenalis, qui circa necem istam varias variorum sententias pluribus describit, adjicit, neque Delphinum neque Tanaquillum hujus mortis consortes participesve fuisse : imo Delphinum de nece Ducis luxisse. Libenter crederem necem invito Delphino patratam, ab iis qui Joannem Ducem oderant. Quamvis enim Joannes inter violentissimos Principes & regno Francorum perniciosissimos censeri mereatur, res certe indigna fuisset, si Delphinus fidem amicitiamque Duci cum sacramento pollicitus, locum illi assignavisset ut de medio tolleret, nihilque in historia ipsius deprehendimus, quod

rien qui approche d'une pareille perfidie. Cependant il eſt difficile de croire que cette mort ait été machinée à ſon inſçû. Tannegui du Chaſtel, homme d'une hardieſſe étonnante, pourroit bien avoir comploté avec lui ce meurtre d'un Prince qu'il haïſſoit à mort, & non ſans raiſon.

Quoiqu'il en ſoit, le Dauphin paſſa pour l'auteur du meurtre, & fut à raiſon de cela exclu de la Couronne par ſon pere, comme nous allons voir. Il partit de Montereau, & ſe rendit à Bourges, ramaſſant des gens de tous côtez. De-là il ſe rendit en Anjou, où le Duc de Bretagne le vint joindre, & lui accorda une partie de la Nobleſſe de ſon Duché pour augmenter ſes troupes. Il reçut encore un renfort d'Ecoſſois qu'il envoia ſur la Loire, & puis s'en alla en Poitou, en Auvergne & en Languedoc pour y faire des levées de gens de guerre.

Philippe Comte de Charollois à la nouvelle de l'aſſaſſinat de ſon pere, en 1420.
fut ſi affligé & ſi indigné en même tems, que pour en tirer vengeance, il travailla à s'accommoder avec le Roi d'Angleterre, & en même tems à faire la paix entre les deux Rois : paix dont les conditions excluoient le Dauphin de la Couronne de France, & l'excluoient lui-même & ſes deſcendans à perpetuité de ſes droits ſur le Roiaume, en cas que la branche régnante vînt à manquer, & qu'il ſe trouvât le plus proche des mâles. Ce Prince depuis ſurnommé le Bon, ſacrifiant ainſi ſes propres interêts à la vengeance, n'eut pas grand peine à porter le Roi Henri à faire un Traité qui lui étoit ſi avantageux. Il trouva la même facilité à la Cour de France. Le Roi étoit imbecille ; la Reine oubliant tous les ſentimens d'une mere à l'égard de ſon fils, conſentit aiſément à faire tomber la Couronne à ſa fille en la mariant au Roi d'Angleterre. Le Traité ſe fit à Troye en Champagne, où ſe celebra auſſi le mariage d'Henri avec Catherine de France. Les Lettres Patentes y furent expediées : le Roi y donne le Roiaume de France à ſon fils Henri, ainſi l'appelle-t'il. Entre autres raiſons de nullité qu'on obſerve dans ces lettres, celle-ci fait voir le peu de jugement de ceux qui les ont fabriquées, le Roi y marque aſſez clairement, & en termes exprès l'imbecillité d'eſprit où il étoit quand il les a données.

Charles VI. déclare Henri V. Roi d'Angleterre ſon ſucceſſeur à la Couronne de France.

Les deux Rois joignans leurs forces enſemble, allerent aſſieger Sens occupé par les Dauphinois ; la ville tint fort peu de tems. Vers le commencement de Juin ils aſſiegerent Montereau-Faut-Yonne. La garniſon ſe défendit vigoureu-

---

parem perfidiam præ ſe ferat. Attamen vix credatur necem illam ipſo inſcio patratam fuiſſe. Tanaquillus de Caſtello, vir audaciſſimus, cum Delphino inſidias hujuſmodi ſtruxiſſe potuit, ut Joannem de medio tolleret, quem ſummo odio nec ſine cauſa proſequebatur.

Idem. Ut ut res eſt, Carolus Delphinus auctor cædis habitus eſt, eaque de cauſa a corona regnoque Francorum a patre excluſus fuit, ut mox narrabitur. Monaſteriolo profectus Delphinus Biturigam venit, copias undique colligens. Inde vero ad Andegavenſem tractum ſe contulit, quo convenit illum Dux Britanniæ, qui partem ipſi Armoricorum nobilium conceſſit, ut copias ſuas augeret ; Scotorum etiam agmen accepit, quos ad Ligeris oras miſit. Indeque ad Pictavos Arvernos, poſteaque in Septimaniam perrexit, armatos undique colligens.

Idem. Philippus Carolenſis Comes, comperta patris nece, tanto dolore ſimul & indignatione correptus eſt, ut ulciſcendi patris cauſa cum Anglorum Rege pactiones iniret, & inter ambos Reges pacem conciliare ſtuduerit : cujus pacis conditiones ; Delphinum a Francorum Regno & Corona excludebant ; imo ipſum Philippum & filios nepoteſque ipſius in perpetuum a jure occupandi Regni, ſi quando regia linea deficeret, & ipſe inter maſculos propinquior eſſet. Hic vero Princeps, qui poſtea Bonus cognominatus fuit, ex vindictæ cupiditate propria jura miſſa faciens Henricum Regem eo facile deduxit, ut tam opportuna ſibi pacta iniret. Parem vero facilitatem in Aula Francica expertus eſt. Rex mente imbecillus erat. Regina, miſſo omni erga filium affectu, coronam filiæ Catharinæ deferri, quæ Henrico Angliæ Regi connubio jungebatur, libens comprobavit. Hæc pacta Trecis in Campania edita fuere, ubi etiam nuptiæ Henricum inter & Catharinam celebratæ ſunt. Literas ibi regias publicas emiſit Rex Carolus, ubi regnum Franciæ dat Henrico filio, ſic nempe vocat. Inter alia quæ literas haſce nullam vim habere, nullo jure niti, commonſtrant, hoc certe quam parum judicio valerent ii, qui ipſas edidere, probat : Rex qua mentis imbecillitate eſſet, cum illas edidit, clare commemorat.

Ambo Reges, junctis ſimul copiis, Agendicum obſeſſum venerunt, quam urbem tunc tenebant Delphinenſes, qui nec diu poſtea deditionem fecere. Ineunte Junio Monaſteriolum ad Icaunam obſederunt : præſidium fortiter hoſtium impetum & conatum aliquanto tempore repreſſit ; ſed expugnatam Idem.

Tabula ſequens alteram majorem faciem exhibet ſepulcri Ludovici Malæi Comitis Flandrenſis, ubi ſeptem Principes tum viri, tum feminæ obſervantur, ex progenie omnes Philippi Audacis Burgundici & Margaritæ Flandrenſis. Prima eſt Jacoba Bavarica, filia Guillelmi Bavarici Comitis Hollandiæ, & Margaritæ Burgundicæ. Jacoba duxit Joannem Turoniæ Ducem & Delphinum Viennenſem, filium Caroli VI. Francorum Regis, qui cum juvenis admodum obiiſſet, aliquot illa poſtea conjuges alium alio excipiente habuit. Quæ poſtea ſequitur, eſt Margarita Burgundica mater ejus, filia Philippi Audacis Burgun-

Suite de la Maison de Bourgogne et de ses alliances.

1 2 3 4

1 2 3 4


XXX. Pl. Tom. III. P. 186
Philippe le Hardi duc de Bourgogne, avec sa Femme.
1
5
5
Jean sans peur Duc de Bourgogne.
2
T. III. GG.



Bourgogne, & de Marguerite de Flandres, mariée à Guillaume de Baviere IV.
du nom, Comte de Hainaut, d'Hollande & de Zelande. Aprés celle-ci vient
ſa ſœur Catherine [3] de Bourgogne fille de Philippe le Hardi Duc de Bour- 3.
gogne & de Marguerite de Flandres, qui fut mariée à Leopold III. Duc d'Au-
triche, & mourut ſans enfans. Aprés celle-ci vient Jean [4] Comte d'Etampes 4.
fils de Philippe de Bourgogne Comte de Nevers, & petit-fils de Philippe le
Hardi, & de Marguerite de Flandres. Auprés de Jean eſt ſon frere ainé,
Charles [5] Comte de Nevers qui mourut ſans poſterité. Le ſuivant eſt leur pere 5.
Philippe [6] Comte de Nevers, fils de Philippe Duc de Bourgogne, dit le Har- 6.
di, & de Marguerite de Flandres. Ce Philippe Comte de Nevers, épouſa en
premieres noces Iſabel de Couci, de laquelle il eut quelques enfans qui mou-
rurent en bas âge, & en ſecondes noces Bonne d'Artois, mere de Charles & de
Jean dont nous venons de voir la figure. Le dernier de cette bande eſt Philip-
pe [7] Duc de Lothier, de Brabant, & de Limbourg, Comte de Liney & de 7.
S. Pol; ainſi porte l'inſcription. Il étoit fils d'Antoine de Bourgogne Duc de
Brabant, de Lothier, de Limbourg &c. & de Jeanne de Luxembourg. Antoi-
ne de Bourgogne étoit ſecond fils de Philippe le Hardi & de Marguerite de
Flandres.

Dans ces figures on remarque bien de differends bonnets, chapeaux, couvrechefs, coeffures de femmes, qui varioient beaucoup dans les mêmes tems. Nous mettons au deſſous de cette derniere bande, pour remplir l'eſpace, les Princes de la maiſon d'Artois, & quelques autres.

Jean d'Artois [1], fils de ce Robert d'Artois qui fit tant de maux à la Fran- 1.
ce, loin de ſuivre l'exemple de ſon pere, demeura toujours fort attaché aux
Rois Jean, Charles V. & Charles VI. Il fut fait Chevalier au ſacre du Roi Jean,
qui lui donna le Comté d'Eu en 1350. Il fut priſonnier à la bataille de Poi-
tiers, eut la conduite de l'arriere-garde de l'armée à la bataille de Roſebec, &
mourut le 6. Avril de l'an 1386. Il eſt ici repreſenté tel qu'il ſe trouve dans le
Livre des Hommages du Comté de Clermont en Beauvoiſis, qui eſt à la
Chambre des Comptes de Paris. Il eſt revêtu de ſon blâſon: les trois châteaux
qui doivent être dans chacun des pendans du Lambel n'y ſont pas; mais ils ſe
voient ſur la figure du même Jean d'Artois [2] qui ſuit, tirée de ſon tombeau, 2.

---

diæ Ducis & Margaritæ Flandrenſis. Margarita vero Philippi Burgundici filia connubio juncta eſt Guillelmo Bavarico hujus nominis quarto, Comiti Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ. Poſt illam comparet ſoror ejus Catharina Burgundica filia Philippi Audacis Burgundiæ Ducis, & Margaritæ Flandrenſis, quæ ducta eſt a Leopoldo III. Auſtriæ Duce, & ſine prole obiit. Illam ſequitur Joannes Stampenſis Comes filius Philippi Burgundici Comitis Nivernenſis, nepoſque Philippi Audacis & Margaritæ Flandrenſis. Prope Joannem eſt frater ejus major Carolus Nivernenſis Comes, qui ſine liberis obiit. Qui ſequitur eſt ipſorum pater Philippus Comes Nivernenſis, filius Philippi Audacis Burgundiæ Ducis & Margaritæ Flandrenſis. Hic Philippus Comes Nivernenſis primo duxit Iſabellam Cuciacam, ex qua liberos aliquot ſuſcepit, qui infantes obierunt. Secundo autem duxit Bonam Arteſiam matrem Caroli & Joannis, quorum ſchemata modo vidimus. Poſtremus ejuſdem ſeriei eſt Philippus Dux Lotherii ſeu Lotharingiæ inferioris, Brabantiæ, Limburgi, Linei & ſancti Pauli, ſic inſcriptio legitur. Filius autem erat Antonii Burgundici Ducis Brabantiæ, Lotherii, Limburgi, &c. & Joannæ Luxemburgenſis. Antonius vero Burgundicus ſecundus filius erat Philippi Audacis & Margaritæ Flandrenſis.

In his ſchematibus magna varietas obſervatur in pileis, petaſis, capitis tegminibus, calanticis, quæ eodem ipſo tempore diverſa admodum erant. Ad implendam tabulam iſtis ſuppoſuimus Arteſios Principes, nonnulloſque alios.

Joannes Arteſius filius Roberti illius Arteſii, qui Francorum Regno tot damna intulit, non veſtigiis patris inſtitit; ſed obſequiis ſuis Reges Joannem Carolum V. & Carolum VI. ſibi devinxit, ipſiſque ſemper hæſit. Eques vero creatus fuit cum Joannes regiam unctionem accepit, qui anno 1350. Comitatum Augenſem ipſi dedit. In Pictavenſi pugna captus fuit, poſtremam aciem duxit in pugna Roſebeccenſi, & mortuus eſt 6. Aprilis anno 1386. Hic porro exhibetur qualis viſitur in libro *Hominiorum* Comitatus Claromontani in Bellovacenſi agro, qui eſt in Camera Computorum Lutetiæ. Inſignibus ille ſuis veſtitur, ſed tria caſtella quæ in faſciis ex tænia pendentibus eſſe deberent, non comparent; ſed habentur in ſchemate quod eductum eſt ex ſepulcro ejus in choro Ec-

qui eſt dans le chœur de l'Egliſe de ſaint Laurent, au château d'Eu.

3. Iſabelle de Melun [3] ſa femme, fille de Jean Comte de Tancarville, Grand Chambellan de France, & d'Iſabelle d'Antoing, fut mariée à Pierre Comte de Dreux; & ce premier mari étant mort, elle épouſa en ſecondes nôces Jean d'Artois Comte d'Eu. Elle mourut l'an 1389.

4. Philippe [4] d'Artois Comte d'Eu, fils de Jean d'Artois & d'Iſabelle de Melun, mérita par ſes grands ſervices d'être fait Connétable de France. Il ſe trouva dans pluſieurs guerres, & mourut en Turquie en 1397. Sa figure eſt tirée de l'Egliſe de ſaint Laurent d'Eu.

5. Philippe d'Artois [5] fils du Connétable mourut jeune, & fût enterré dans l'Egliſe de l'Abbayie de Nôtre-Dame d'Eu, d'où ſa figure eſt tirée. Dans un portefeuille de M. de Gagnieres ſa mort eſt marquée au vingt-trois Decembre mille trois cent quatre-vingt-treize; d'autres mettent mille trois cent quatre-vingt-dix-ſept. L'une & l'autre date eſt tirée de la même épitaphe. On pourra voir ſur les lieux lequel des deux a bien lû.

6. Jean Roi de Chypre [6] & Charlote de Bourbon ſe voient enſuite à genoux, tirez des vitres de la chapelle de Vendôme, qui eſt dans l'Egliſe Cathédrale de Chartres. Jean II. Roi de Chypre épouſa en 1409. Charlote de Bourbon, fille de Jean de Bourbon Comte de la Marche & de Vendôme, de laquelle il eut Jean III. du nom, Roi de Chypre. Le mari & la femme ſont couronnez de même.

PL. XXXII. 1. Dans la Planche ſuivante on voit d'abord l'infortuné Richard [1] Roi d'Angleterre, qui fut détrôné & tué dans la priſon au commencement de l'an 1400. Il eſt tiré de l'ancien Froiſſart manuſcrit de la Bibliotheque du Roi. Revêtu d'une longue robe qui traîne à terre, il porte un bonnet dont la forme étoit fort uſitée en ces tems-là, & ſur le bonnet une couronne ornée de fleurons. Il tient un ſceptre de la main droite, & porte une éſcarcele attachée à la ceinture, mode déja fort ancienne alors, & qui a duré bien du tems depuis. Ce qu'il y a de ſingulier ici, c'eſt ce gand de la main droite qui tombe à terre, & qui eſt déja arrivé au-deſſous de ſes genoux. C'eſt aſſurément le gand de l'oiſeau, que les Rois, les Princes & les Grands-Seigneurs portoient par honneur, comme marque d'une qualité fort relevée. Charles VI. contemporain de Richard & ſon beau-pere, dans le tems que les Princes étoient aſſemblez dans ſon palais,

---

clefiæ ſancti Laurentii, quæ eſt in Caſtello Augenſi.

Iſabella Melodunenſis ejus uxor, filia Joannis Comitis Tancarvillæi Magni Franciæ Cambellani, & Iſabellæ de Antoniaco, primo ducta fuit a Petro Comite Drocenſi, quo priore conjuge defuncto, nupſit illa Joanni Arteſio Comiti Augæ. Obiit anno 1389.

Philippus Arteſius Comes Augenſis filius Joannis Arteſii & Iſabellæ Melodunenſis, tam egregiam operam in re bellica dedit, ut Franciæ Conſtabularius crearetur. In multis claruit bellis, mortuuſque eſt in Turcarum regione anno 1397. Schema ejus eductum eſt ex Eccleſia ſancti Laurentii Augenſis.

Philippus Arteſius Conſtabularii filius, juvenis obiit, ſepultuſque eſt in Eccleſia Abbatiæ Beatæ Mariæ Augenſis, exque ſepulcro ejus ſchema ipſius eductum eſt. In codice D. Gagnerii mors ejus conſignatur in vigeſimam tertiam Decembris anni milleſimi trecenteſimi nonageſimi tertii, alii mortem ipſius referunt ad annum milleſimum trecenteſimum nonageſimum ſeptimum. Utrique autem ex eodem epitaphio anni notam eduxere. In ipſo loco videri poterit uter illorum melius legerit.

Joannes Rex Cypri & Carola Borbonia poſtea ſequuntur genuflexi ex vitreis feneſtris Capellæ Vindocinenſis, quæ eſt in Cathedrali Carnotenſi Eccleſia, educti. Joannes II. Rex Cypri anno 1409. Carolam Borboniam duxit uxorem, filiam Joannis Borbonii, Comitis Marchiæ & Vindocini, ex qua filium ſuſcepit Joannem Regem Cypri, hujus nominis tertium. Ambo conjuges corona ſimili exornantur.

In tabula ſequenti ſtatim viſitur infelix ille Ricardus Rex Angliæ, qui ex ſolio dejectus interfectuſque eſt in carcere ineunte anno 1400. Eductus eſt ex veteri codice MS. Froiſſartii, qui eſt in Bibliotheca Regia. Oblonga & diſtluente veſte indutus, tegmen capitis geſtat, cujus forma in uſu frequenti erat illo tempore: cui tegmini corona impoſita eſt floribus ornata. Dextera manu ſceptrum tenet, & ad zonam appenſum marſupium habet, qui mos etiam tunc antiquiſſimus ad uſque noſtra fere tempora pervenit. Quod hic ſingulare obſervatur, chirotheca dexteræ manus, quæ in terram cadit jam infra genua advenit; eratque certiſſime chirotheca, qua ſuſtinebatur avis, quas aves Reges & proceres, quaſi nobiliſſimi generis inſigne geſtare, honori ſibi eſſe ducebant. Carolus quippe VI. Rex Francorum Ricardi ſocer, cum Principes


SUITE DE LA MAISON DE BOU
1
2
3
Princes d'Artois
1
2
3


XXXI. Pl. du Tome III.
pa. 188.
OGNE ET DE SES ALLIANCES.
5
6
7
5
4
Roi de Chypre et sa Femme
6


ROIS ET PRINCES.
1
2
3
4
5
6

pour traiter de la guerre de Flandres, alla les joindre, *l'Eprevier ſur le poing*, dit l'Hiſtorien.

Auprès du Roi Richard eſt Charles II. Roi de Navarre [2] Prince genereux, 2.
noble, bien-faiſant, d'autant plus eſtimable, qu'étant fils de Charles le Mauvais, il prit des routes tout à fait contraires à celles que l'exemple de ſon pere lui pouvoit ſuggerer. Il eſt ainſi peint à la vitre de la quatriéme arcade de la droite en entrant de l'Egliſe de Nôtre-Dame d'Evreux, avec cette inſcription, *Karolus IIs. Rex Navarræ me donavit.*

Après vient Leon de Luſignan [3] Roi d'Armenie, qui fut chaſſé de ſon Roiau- 3.
me par les Turcs, & vint ſe réfugier en France, où le Roi lui établit une groſſe penſion. Il mourut à Paris le 29. Novembre l'an 1393. Sa figure eſt ainſi repreſentée en marbre blanc ſur ſon tombeau de marbre noir, à côté du grand Autel des Celeſtins de Paris.

On voit ſur la même Planche Jean V. du nom [4] Duc de Bretagne ſurnommé 4.
le Vaillant; d'autres l'appellent Jean IV. Il mourut le 1. Novembre 1399. M. de Gagnieres l'a fait deſſiner ſur ſon tombeau, qui eſt au milieu du chœur de l'Egliſe Cathédrale de Nantes. Dom Lobineau l'a auſſi mis dans ſon hiſtoire de Bretagne: mais comme il y a mis le tombeau entier, le Duc Jean V. n'y eſt repreſenté que de profil. Il eſt couché ſur ſon dos & les mains jointes. M. de Gagnieres l'a voulu faire paroître en Prince & en Guerrier. Le caſque qu'on voit à ſes pieds a des cornes, & un lion entre les cornes Il n'y a pas d'apparence qu'il ſe ſoit jamais ſervi d'un caſque pareil avec des cornes. Il y a eu pourtant des nations qui portoient anciennement des cornes à leur tête dans les combats, comme on peut voir dans Herodote, lorſqu'il parle des nations qui compoſoient la grande armée de Xerxes. Après lui nous mettons ſon fils Jean V. ou ſelon d'autres Jean VI. Duc [5] de Bretagne, tel qu'on le voit ſur le portail 5.
de l'Egliſe de ſaint Yves, ruë ſaint Jâques. Jeanne de France ſa femme [6] eſt 6.
auprès de ſon mari. Elle étoit fille de Charles VI. Sa ſtatuë ſe voit au même portail de ſaint Yves, telle que nous la donnons ici.

Nous avons déja vû pluſieurs fois Louis II. Duc de Bourbon ſous le Regne PL.
de Charles V. où il donna ſouvent des preuves de ſa valeur & de ſon XXXIII.
habileté, & il eut auſſi grand'part aux affaires de l'Etat: mais comme il n'a pas

---

in ædibus regiis coacti de bello Flandrico agerent, illos adiit accipitrem manu geſtans, inquit hiſtoriæ Scriptor.

Prope Ricardum eſt Carolus II. Rex Navarræ, Princeps generoſus, moribus nobiliſſimis, benignus, eo magis laudibus celebrandus, quo, cum Caroli re & cognomento Mali filius eſſet, contrariam paternæ viam ſectatus ſit, nedum parentis veſtigia ſequeretur. Sic porro depingitur in vitrea feneſtra, quæ eſt in arcu quarto ad dexteram introeuntibus in Eccleſiam Beatæ Mariæ Ebroicenſis, cum hac inſcriptione: *Karolus II. Rex Navarræ me donavit.*

Sequitur poſtea Leo Luſinianenſis Rex Armeniæ, qui ex Regno ſuo a Turcis pulſus eſt, atque in Franciam confugit, ubi Rex proventum ipſi annuum grandem aſſignavit. Lutetiæ mortuus eſt 29. Novembris anno 1393. Schema ejus ſic in marmore albo expreſſum eſt ſupra tumulum ex nigro marmore concinnatum a latere aræ majoris Cæleſtinorum Pariſienſium.

In eadem tabula viſitur Joannes V. Dux Britanniæ cognomento Strenuus; alii Joannem IV. numerant. Mortuus autem eſt primo die Novembris anno 1399. D. Gagnerius illum tumulo ſuo impoſitum, qui eſt in medio chori Cathedralis Namnetenſis, delineari curavit. D. Lobinæus etiam noſter ipſum in hiſtoria Britanniæ Armoricæ repræſentavit; ſed quia ſepulcrum totum delineari juſſit, oblique tantum in tabula ipſius viſitur, ſupinus extenſus, junctiſque manibus. Verum Gagnerius ut Principem & bellatorem conſpici voluit. Galea illa quæ ad pedes ejus viſitur, cornua habet, & inter cornua leonem. Veriſimile tamen eſt ipſum nunquam ſimili galea cornuta uſum fuiſſe. Fuere tamen olim nationes quædam, quæ galeis cornua vibrantibus uterentur in præliis, ut videre eſt apud Herodotum, ubi de Nationibus illis agit, queis conſtabat numeroſiſſimus ille Xerxis Perſarum Regis exercitus. Poſt illum proferimus filium ejus Joannem V. vel ut alii volunt VI. Britanniæ Ducem, qualis ille conſpicitur ad portam Eccleſiæ ſancti Yvonis in vico Jacobæo Lutetiæ. Joanna uxor ejus juxta illum hic viſitur filia Caroli VI. Regis. Statua ejus in eadem ſancti Yvonis porta habetur, qualis hîc conſpicitur.

Jam ſæpe vidimus Ludovicum II. Borbonii Ducem in hiſtoria Caroli V. depictum. Quo regnante, multa fortitudinis ſolertiæque ſuæ ſigna dedit, & ad rerum adminiſtrationem evocatus ſæpe fuit; ſed quia

moins fleuri ſous le Regne de Charles VI. nous le mettons encore ici d'une maniere non ordinaire, tel qu'il ſe trouve dans le livre des Hommages du Comté de Clermont en Beauvoiſis, à la Chambre des Comptes de Paris. On
1. l'y voit [1] à cheval, armé de toutes pieces, avec l'écu à trois fleurs de lis, traverſé du bâton de Bourbon. Il tient de la main droite une pique, à laquelle eſt attachée ſa banniere où eſt l'écu de l'ordre de Chevalerie qu'il avoit établi, & qui s'appelloit l'Ordre de l'Ecu, ou l'Ordre de Bourbon. Son cheval eſt extraordinairement caparaſſonné; le caparaſſon eſt couvert des fleurs de lis de France, avec le bâton de Bourbon, qui eſt auſſi ſur la houſſe que le vent fait floter. Derriere lui eſt ſon Ecuier à cheval, qui tient de ſes deux mains le timbre des armoiries du Duc, ſur lequel timbre s'éleve un cimier, qui eſt une queuë de Pân. L'Ecuier eſt le Sire de Beaujeu, qui a ſon écu attaché à l'épaule. Il porte d'argent ſemé de chauſſetrapes de ſable au lion rampant de même, au bâton de gueules brochant ſur le tout.

On voit auſſi dans le même livre des Hommages du Comté de Clermont,
2. ce même [2] Duc de Bourbon, Grand Chambellan de France, couvert d'un long manteau ſemé de France avec le bâton à l'ordinaire. Il tient ſur ſon poing gauche couvert d'un gand un épervier. Son chapeau eſt preſque de la forme de ceux d'aujourd'hui, orné d'une plume. Ses ſouliers noirs ſont extraordinairement longs & pointus.

3. Nous le voions enſuite avec ſa femme [3] Anne Dauphine d'Auvergne, tels qu'ils ſont repreſentez dans une Chapelle de l'Egliſe de Souvigni que le même Duc avoit fait bâtir. La tête du Duc eſt ornée d'une eſpece de guirlande, & la Ducheſſe porte une couronne.

4. Louis de Bourbon [4] leur fils, que nous donnons enſuite, mourut à l'âge de ſeize ans & demi le 12. Septembre de l'an 1404. Il eſt ainſi gravé ſur ſa tombe dans la chapelle de ſaint Thomas d'Aquin dans l'Egliſe des Dominiquains de la ruë S. Jâques de Paris. Il eſt revêtu de ſon blâſon, & le bâton qui traverſe eſt chargé de Dauphins : c'étoient les armes de ſa mere.

PL. XXXIV. 1. Jean de [1] de Bourbon I. du nom Comte de la Marche & de Vendôme, Lieutenant General pour le Roi en Limoſin, commence la Planche ſuivante. Il mourut le 11. Juin 1393. Il eſt ainſi repreſenté en relief de marbre blanc

---

regnante Carolo VI. non minus claruit, hîc etiam illum nec vulgari modo repræſentamus, ut depictus occurrit in libro *Hominiorum* Comitatus Claromontani, qui ſervatur in Camera Computorum Lutetiæ. Eques Borbonius ibi conſpicitur, a capite ad calcem armatus cum ſcuto tribus inſignito liliis, Borbonio baculo trajectis. Manu dextera haſtam tenet, in cujus ſuprema parte vexillum eſt, ſcutum exhibens ejus, quem ipſe inſtituerat Ordinis, cui nomen Ordo Scuti, vel Ordo Borbonii. Equus ſingulari ſtragulo operitur, ſtragulumque liliis opertum eſt, baculo Borbonio inſignitis, qui baculus in poſteriori quoque ſtragulo, ex venti vehementia fluctuante obſervatur. Pone illum ſcutifer ejus eques conſpicitur, qui inſignium Borboniorum culmen utraque manu tenet, cui ceu juba imminet pavonis cauda. Scutifer ille eſt Belli-joci Toparcha, qui ſcutum ſuum humero nixum habet: hujus inſignia hæc ſunt : in campo argenteo, nigris muricibus conſperſo, leo niger repens, cum baculo rubro omnia ſupergrediente.

In eodem libro *Hominiorum* Comitatus Claromontani, Dux idem Borbonius, Magnus Franciæ Cambellanus, viſitur longo opertus pallio liliis Francicis conſperſo, & ſupergrediente Borbonio baculo. Manu dextera in chirotheca poſita accipitrem ſuſtinet. Petaſus ipſius ad hodiernam petaſorum formam accedit, plumaque exornatur. Calcei ejus nigri admodum longi acutique ſunt.

Eumdem poſtea conſpicimus, uxoremque ejus Annam Arvernorum Delphinam, quales ambo exhibentur in Capella quadam Eccleſiæ Silviniacenſis, quam hic ipſe Dux excitaverat. Ducis caput ſerto quodam exornatur, uxorque ejus coronam geſtat.

Ludovicus Borbonius ipſorum filius, quem poſtea proferimus, annos natus ſexdecim cum dimidio obiit duodecima die Septembris 1404. Sic in tabula ſepulcrali inſculptus viſitur in Capella ſancti Thomæ Aquinatis in Eccleſia Dominicanorum vici Jacobæi Lutetiæ. Inſignibus veſtitur ſuis, baculuſque ſupergrediens Delphinis onuſtus eſt, quæ matris inſignia erant.

Joannes Borbonius, hujus nominis primus, Comes Marchiæ & Vindocini, Præfectus Regius in Lemovicino tractu, primus in tabula ſequenti conſpicitur. Obiit undecimo Junii die anno 1393. Sic inſculptus repræſentatur in albo marmore in ſepul-

LOUIS DUC DE BOURBON SA

1


XXXIII Pl. du Tom. III
pa. 190.
MME ET SON FILS.
2
3
4
T. III. KK.

ſur ſon tombeau dans la chapelle de S. Jean de l'Egliſe Collegiale de S. George
de Vendôme. Catherine [2] Comteſſe de Vendôme ſa femme, qu'il épouſa en 2.
1364. mourut le 1. Avril de l'an 1412. Elle eſt de même en relief de marbre
blanc, à côté de ſon mari.

On les voit auſſi tous deux [3] dans l'Egliſe Cathedrale de Chartres, aux 3.
vitres de la chapelle de Vendôme, où ils ſont à genoux, tels qu'on les montre
ici, avec les armes du Comte de la Marche, qui ſont ſemez de France, à la
bande de gueules, chargée de trois lionceaux d'argent; & de la Comteſſe de
Vendôme, qui ſont de la Marche, parti de Vendôme, d'argent au chef de
gueules, au lion d'azur brochant ſur le tout.

Louis de Bourbon [4] qui vient après, étoit fils de Jean I. du nom, Comte de 4.
la Marche, & de Catherine Comteſſe de Vendôme, & fonda la chapelle de
Vendôme dans l'Egliſe Cathedrale de Chartres. Sa ſtatuë de pierre s'y voit po-
ſée contre la muraille, & auſſi celle de Blanche de Rouci [5] ſa premiere femme. 5.
Ce Louis de Bourbon commence la branche de Vendôme.

Jeanne de Vendôme [6] qui ſuit, Dame de Damfront, fille de Bouchard 6.
Comte de Vendôme, & d'Alix de Bretagne mourut l'an 1395. le 29. Novem-
bre. Elle eſt gravée ſur ſa tombe au milieu du chœur de l'Egliſe des Mathurins
à Paris.

Charles Seigneur de Montmorenci [7], d'Eſcouan, &c. Maréchal de France, 7.
mourut en 1381. Il eſt en relief dans l'Egliſe de l'Abbayie du Val, repreſenté
en marbre blanc ſur ſon tombeau de marbre noir, tel que nous le donnons ici.
Auprès de lui eſt Perronelle de Villiers [8] ſa troiſiéme femme, qui lui ſurvêcut, 8.
& ſe remaria à Guillaume d'Harcourt, après la mort duquel elle vêcut encore
quelques années, & fut enterrée auprès de ſon premier mari.

Triſtan de Roie [9] Chevalier, Sire de Buſenes, mourut en Eſpagne au mois 9.
de Decembre le jour de la Conception de Nôtre-Dame l'an 1386. Il eſt ainſi
gravé ſur ſa tombe qui eſt à l'Abbayie de Long-pont. Sa femme Beatrix [10] Vi- 10.
dameſſe de Chaalons mourut le 18. Decembre, l'an 1388. Elle eſt gravée ſur
ſa tombe auprès de ſon mari, dans le cloître de l'Abbaye de Long-pont. Son PL.
habit eſt tout chargé d'écuſſons tous au même blâſon. XXXV.

La Planche ſuivante nous montre d'abord Louis de Sancerre [1] Maréchal & 1.

---

cro ſuo in Capella ſancti Joannis Eccleſiæ Collegialis ſancti Georgii Vindocinenſis. Catharina Vindocinenſis uxor ejus, quam duxit anno 1364. obiit die primo Aprilis anno 1412. In marmore ſculpta viſitur, juxta conjugem ſuum poſita.

Ambo autem depicti habentur in Eccleſia Cathedrali Carnotenſi in vitreis feneſtris Capellæ Vindocinenſis, ubi genuflexi conſpiciuntur, quales híc proferimus, cum inſignibus Comitis Marchiæ, quorum campus liliis Franciciis conſperſus eſt cum tænia rubra tribus argenteis leunculis onuſta: & inſignibus etiam Comitiſſæ Vindocinenſis, quæ Marchiæ inſignibus Vindocinenſia jungit: horum vero campus argenteus eſt, ſuperaque pars rubra, cum leone cæruleo omnia ſupergrediente.

Qui ſequitur Ludovicus Borbonius, filius erat Joannis I. Marchiæ Comitis, & Catharinæ Vindocinenſis Comitiſſæ, & Capellam Vindocinenſem in Eccleſia Cathedrali Carnotenſi fundavit. Statua ejus lapidea juxta murum ſtans conſpicitur, cum ſtatua quoque Blanchæ Ruciacenſis primæ ejus uxoris. Hic Ludovicus Borbonius Vindocinenſem progeniem orditur.

Joanna Vindocinenſis, Damfrontis Domina, filia Burcardi Comitis Vindocinenſis & Adelaïdis Britannicæ, obiit anno 1395. 29. Novembris. In ſepulcrali tabula inſculpta conſpicitur in medio chori Eccleſiæ Mathurinorum Pariſienſium.

Carolus Toparcha Montis-Morenciaci, Eſcuini, &c. Mareſcallus Franciæ, obiit anno 1381. In marmore albo ſculptus prominet in ſepulcro ſuo, quod habetur in Eccleſia Abbatiæ Vallenſis, qualis hic repræſentatur. Juxta illum jacet Petronilla de Villeriis tertia uxor ejus, quæ ſuperſtes ipſi fuit, denuoque nupſit Gullielmo Harcurtiano, quo defuncto, illa per aliquot annos ſuperfuit, & defuncta juxta priorem conjugem ſepulta eſt.

Triſtanus de Roia Eques, Buſenarum Toparcha, in Hiſpania mortuus eſt menſe Decembri in die Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis anno 1386. ſicque in ſepulcrali tabula delineatus exhibetur in Abbatia Longi-Pontis. Uxor ejus Beatrix, Vicedomina Catalaunenſis, obiit 18. Decembris anno 1388. & in tabula ſepulcrali ſua prope virum delineata conſpicitur in clauſtro Abbatiæ Longi-Pontis. Veſtis ejus ſcutis ornatur, quæ ſingula iiſdem notantur inſignibus.

Tabula ſequens primo exhibet Ludovicum de Sancerra Mareſcallum & poſtea Conſtabularium Fran-

puis Connétable de France, qui mourut le 6. Février l'an 1402. Il eſt en relief de marbre blanc ſur ſon tombeau à Saint Denis, dans la chapelle où eſt le Roi Charles V.

2. Simon Comte [2] de Rouci & de Braine, mourut le 18. Février de l'an 1392. Il eſt repreſenté en marbre blanc ſur ſon tombeau de marbre noir dans une
3. chapelle de l'Abbayie de ſaint Yved de Braine. Marie de Châtillon [3] ſa femme mourut le 11. Avril l'an 1396. & eſt en relief de marbre blanc auprès de ſon mari, dans leur chapelle de ſaint Yved de Braine. Son habit eſt peint de bleu, ſes petites manches de rouge, & ſon manteau ſemé des armes de ſon mari & des ſiennes.

4. Simon de Rouci, [4] Comte de Pontarcy, fils de Simon Comte de Rouci & de Braine, & de Marie de Châtillon mourut l'an 1402. le Dimanche après la ſaint Jean-Baptiſte. Il eſt gravé ſur ſa tombe avec Hugue de Rouci ſon neveu, fils d'Hugue ſon frere, qui eſt auſſi dans l'Egliſe de ſaint Yved de Braine.

5. Blanche de Couci [5] femme d'Hugue Comte de Rouci & de Braine mourut le 25. Octobre l'an 1395. Elle eſt repreſentée en marbre blanc peint en couleur auprès de ſon mari ſur un tombeau de marbre noir dans leur chapelle en l'Abbayie de ſaint Yved de Braine. Son corſet eſt rouge ſemé d'aiglettes d'or, ſon ſurcot blanc, & ſa jupe blâſonnée des armes de ſon mari & des ſiennes. Je n'ai point trouvé le mari dans mes portefeuilles.

6. Hugues de Rouci [6] fils puîné d'Hugue Comte de Rouci & de Braine, & de Blanche de Couci, mourut le 18. Août l'an 1412. Il eſt gravé ſur ſa tombe dans la chapelle des Seigneurs de Braine, dans l'Egliſe de l'Abbayie de ſaint Yved de Braine. Sa cotte d'armes eſt chargée de ſon blâſon, c'eſt un lion qui a ſur l'épaule l'écuſſon de Dreux, parceque ſa biſaieule étoit Jeanne de Dreux, Comteſſe de Braine, femme de Jean Comte de Rouci.

PL. Celui qui commence la Planche ſuivante eſt Jean Comte de Rouci [1] & de
XXXVI. Braine tué en 1415. à la bataille d'Azincourt le 25. Octobre. Il eſt repreſenté
1. en marbre blanc ſur ſon tombeau, à S. Yved de Braine à main droite du chœur.
2. Le ſuivant eſt Charles de Saluces, fils [2] aîné de Thomas Marquis de Saluces & de Marguerite de Rouci Braine. Charles mourut jeune le 8. Septembre 1406.

---

ciæ, qui mortuus eſt die ſexto Februarii, anno 1402. Sculptus autem in marmore albo prominet in ea Capella Eccleſiæ ſancti Dionyſii, in qua jacet Carolus V. Rex.

Simon Comes Ruciacenſis & Brennacenſis obiit 18. Februarii anno 1392. In marmore albo prominet ſupra tumulum ex marmore nigro concinnatum in Capella Abbatiæ ſancti Evodii Brennacenſis. Maria de Caſtellione uxor ejus obiit 11. Aprilis anno 1396. In marmore albo prominens exhibetur juxta virum ſuum in ipſorum Capella ſancti Evodii Brennacenſis. Veſtis ejus cæruleo colore depicta eſt, manicæ rubræ ſunt, & pallium inſignibus viri, & ſuis conſperſum eſt.


Simon Ruciacenſis, Toparcha Pontarciacenſis, filius Simonis Comitis Ruciacenſis & Brennacenſis, & Mariæ Caſtellionenſis obiit anno 1402. Dominica poſt feſtum ſancti Joannis Baptiſtæ. In tabula ſepulcrali delineatur cum Hugone Ruciacenſi fratris ſui Hugonis filio, qui etiam in Eccleſia ſancti Evodii Brennacenſis jacet.

Blancha Cuciacenſis uxor Hugonis Comitis Ruciacenſis & Brennacenſis obiit 24. Octobris anno 1395. In marmore albo coloribus depicto prominens repræſentatur juxta virum ſuum ſupra ſepulcrum ſuum ex marmore nigro adornatum in Capella ſua, quæ eſt in Abbatia ſancti Evodii Brennacenſis, tunica rubra eſt aquilis aureis conſperſa, ſuperior veſtis alba, inferiorque inſignibus viri & ſuis ornatur. Conjugem ſuum non inveni in codicibus meis.

Hugo Ruciacenſis minor filius Hugonis Ruciacenſis & Brennacenſis Comitis & Blanchæ Cuciacenſis, obiit 18. Auguſti anno 1412. In tabula ſua ſepulcrali ſcalpro delineatus viſitur in Capella Toparcharum Brennacenſium in Eccleſia Abbatiæ ſancti Evodii Brennacenſis. Lorica ipſius inſignibus ſuis ornatur, nempe leone, in cujus humero viſitur Drocenſe ſcutum, quia proavia ejus Joanna Drocenſis erat, Comitiſſa Brennacenſis, uxor Joannis Comitis Ruciacenſis.

In tabula ſequenti primus occurrit Joannes Comes Ruciacenſis & Brennacenſis, qui in Azincurtia pugna cecidit anno 1415. vigeſima quinta Octobris. In marmore albo inſculptus prominet in ſepulcro ſuo in choro Eccleſiæ ſancti Evodii Brennacenſis, ad dexteram. Qui ſequitur eſt Carolus Salutianus, primogenitus Thomæ Marchionis Salutiæ & Margaritæ Ruciaco-Brennacenſis. Carolus junior obiit 8. Septembris anno

Il


1
2
PRINCES ET PRINC
ET AUTRES SEIG
6
7



SES DE BOURBON
URS ET DAMES.
XXXIV. Pl. du Tom. III.
pa. 192.
3
4
5
9
10

SEIGNEURS ET DAMES.



Il eſt gravé ſur ſa tombe dans la Chapelle des Seigneurs de Braine en l'Abbayie de S. Yved. Ceux qui ſuivent, ſont

Jean de Montagu [3], Seigneur de Montagu en Laye & de Marcouſſi près de Montleheri, Chevalier, Conſeiller & Chambellan du Roi, Grand-Maître de France, Vidame de Laonnois, Surintendant des Finances. Le Duc de Bourgogne lui fit couper la tête aux Halles de Paris le 17. d'Octobre 1409. Son corps fut attaché au gibet de Montfaucon : on l'ôta enſuite de la potence, & il fut enterré avec honneur aux Celeſtins de Marcouſſi, qu'il avoit fondez. Il fut ainſi repreſenté en pierre de relief colorée du tems de la fondation ſur un pilier du côté de la porte de la Chapelle du Château de Marcouſſi. Il a un collier de feuilles de coudre d'or entrelaſſées. 3.

Jaqueline de la Grange [4], femme de Jean de Montagu, eſt ainſi repreſentée en pierre de relief & peinte ſur un pilier à la porte de la Chapelle du Château de Marcouſſi. Charles [5] de Montagu, Seigneur de Marcouſſi, Vidame de Laonnois, Chambellan du Duc de Guienne, fils de Jean de Montagu, épouſa Catherine d'Albret, fille puînée de Charles Sire d'Albret, Connétable de France, & fut tué à la bataille d'Azincourt. Il ne laiſſa point d'enfant. 4. 5.

Girard des Bruyeres [6] Notaire, Secretaire & Garde des Joiaux du Roi, mourut l'an 1418. le 3. Octobre. Il eſt gravé ſur ſa tombe auprès des marches du grand-Autel en l'Egliſe des Bernardins de Paris. Catherine ſa [7] femme eſt repreſentée auprès de ſon mari. 6. 7.

Hemon Raguier [8] Tréſorier des Guerres du Roi, & Conſeiller de la Reine, étoit repreſenté en relief contre la muraille à gauche de l'ancienne Egliſe des Blancs-Manteaux, & encore ſur ſon tombeau avec ſa femme Gillette de la [9] Fontaine, d'où ils ont été tranſportez tous deux dans le ſouterrain de la nouvelle Egliſe. 8. 9.

Yvon de Kaeraubars, [10] Ecuyer de l'Evêché de Leon en Bretagne, Huiſſier d'armes du Roi, mourut le dernier Decembre l'an 1283. Tiré des portefeuilles de M. de Gagnieres. 10.

1406. atque in ſepulcrali tabula delineatus viſitur in Capella Toparcharum Brennacenſium, quæ eſt in Abbatia ſancti Evodii Brennacenſis. Qui ſequuntur, hi ſunt,

Joannes Montacutius D. Montis-acuti in Laia & Marcutiæ prope Montem-Leherium, Eques, a Conſiliis, & Cambellanus Regis, Magnus Franciæ Magiſter, Vicedominus Laudunenſis, & rei ærariæ Præfectus. Dux Burgundiæ ipſum capite truncari juſſit in foro venalium Lutetiæ 17. Octobris anno 1409. Corpus in Montefalconienſi patibulo ſuſpenſum fuit. Inde poſtea eductum in Eccleſia Cæleſtinorum Marcutienſium honorifice ſepultum fuit, quorum Monaſterium ipſe fundaverat. Fundationis vero tempore ſic in lapide prominens, coloribus depictus, adornatus fuit, & ad pilam poſitus verſus portam Capellæ Caſtelli Marcutiani, ſertum collo geſtat, ex aureis foliis coryli complicatis.

Jacoba de Grangia, uxor Joannis Montacutii, ſic repræſentatur in lapide ſculpta & depicta in pila poſita ad portam Capellæ Caſtelli Marcutiani. Carolus Montacutius Marcutiæ Toparcha, Vicedominus Laudunenſis, Cambellanus Ducis Aquitaniæ, filius Joannis Montacutii uxorem duxit Catharinam de Leporeto, filiam minorem Caroli de Leporeto Conſtabularii Franciæ, & occiſus fuit in Azincurtia pugna, nec prolem reliquit.

Girardus de Brueriis Notarius, a ſecretis, & Cuſtos cimeliorum regiorum obiit anno 1418. die tertia Octobris. In tabula ſua ſepulcrali delineatur prope gradus aræ majoris in Eccleſia Bernardinorum Pariſienſium. Catharina uxor ejus propter virum ſuum delineata conſpicitur.

Hemundus Raguerius, Regii pro gerendo bello ærarii Cuſtos, & Reginæ a conſiliis, pridem in ſtatua ſua lapidea viſebatur in veteri Eccleſia Alborum Mantellorum ad lævam, etiamque in tabula ſepulcrali cum uxore ſua Ægidia de Fonte. Inde vero tranſlati ſunt in ſubterraneam novam Eccleſiam.

Yvo de Kaeraubarſio, Scutifer Epiſcopatus Leonæ in Britannia Armorica, *Oſtiarius armorum Regius*, obiit ultimo die Decembris anno 1383. Ex codicibus D. de Gagneriis eductus eſt.



CHARLES VII. dit LE VICTORIEUX, ROI DE FRANCE.

1422. APRE'S la mort de Charles VI. le petit Henri, fils d'Henri V. Roi d'Angleterre, & de Catherine de France, qui n'avoit qu'un an & quelques mois, fut proclamé dans Paris Roi de France & d'Angleterre. Le peuple cria : *Vive le Roi*, & *Noel*. C'étoit le cri ordinaire en ce tems-là : mais la plus ſaine partie & les bons François voioient à contrecœur le Roiaume paſſer ainſi en main étrangere, & la Nation aſſujettie aux Anglois ſes anciens ennemis, avec leſquels elle ne pût jamais bien ſympathiſer. Peu de jours après qu'il eût été déclaré Roi, on frappa de la Monnoie à ſon nom, & aux armes de France & d'Angleterre.

Le Dauphin qui étoit auprès du Pui en Velai, quand il apprit la mort de ſon pere, prit d'abord la qualité de Roi de France dans ſon ſceau & dans les Actes publics, & fut reconnu pour tel par ſes troupes, & dans tous les payis qui étoient alors ſous ſa domination. Il avoit deux puiſſans ennemis, les Anglois & le Duc de Bourgogne. Les premiers qui tenoient alors plus de la moitié du Roiaume, recevoient de puiſſans ſecours de l'Angleterre, & par dériſion, ils appelloient Charles *le petit Roi de Bourges*. La partie n'étoit point égale. A conſiderer la diſparité des forces, il ſembloit qu'il devoit être bien-tôt accablé; cependant il avoit de ſon côté pluſieurs vaillans Capitaines, le bâtard d'Orleans, Tannegui du Châtel, le Maréchal de la Fayete, la Hire, Poton de Saintrailles, Ambroiſe de Lore, & un grand nombre d'autres, qui le ſervirent toujours avec beaucoup de fidelité.

La guerre continuoit entre les deux partis. Il y avoit ſouvent des priſes de Châteaux, des rencontres & des combats en differens endroits du Roiaume, où tantôt les uns & tantôt les autres avoient du pire. Jean du Bellai, qui alloit avec deux cens chevaux dans le Maine, fut défait par une troupe d'archers An-

---

CAROLUS VII. VICTOR dictus, Rex Francorum.

Jean Chartier. DEFUNCTO Carolo VI. Henricus puellus tener, Henrici V. & Catharinæ Delphini ſororis filius, anno uno & aliquot menſibus natus, Lutetiæ Pariſiorum Rex Franciæ & Angliæ proclamatur ſolito more, acclamante & fauſta dicente populo : verum pars maxima, iique omnes queis cordi erat patriæ honor decuſque Francici nominis, illibenter, nec ſine mœrore videbant alienum genus regiam Francicam occupare, Angloſque dominatum obtinere, gentem jam a priscis temporibus ſibi inimicam, adeoque moribus & agendi ritu abſimilem, ut ingratum omnino conſortium vix ferre poſſent. Paucis vero poſtea diebus moneta cuditur, nomine Henrici VI. inſcripta, & inſignibus Franciæ & Angliæ una conjunctis notata.

Delphinus porro, qui tum prope Anicium in Velauniis degebat, audito patris obitu, Regis Francorum nomen aſſumſit in ſigillo ſuo, inque actis publicis, utque talis promulgatus fuit in armatorum copiis omnibus, quæ ſibi dicto audientes erant, in omnibus item regionibus & locis, quæ ſibi parebant. Imminebant ſibi duo potentiſſimi hoſtes, Rex Anglorum & Dux Burgundiæ. Angli tunc pluſquam dimidiam Regni partem occupabant, & pugnatorum prævalidas manus quotidie ex Anglia adventantes excipiebant : quapropter Carolum Regem deridentes, ipſum Regulum Biturigum appellabant, & certe ille tot tantiſque viribus impar admodum erat : ita ut videretur ipſum tanta belli mole brevi obrutum iri. *Cron. du Tille*. Partibus tamen ſuis hærebant viri ſtrenuiſſimi & Duces ſpectatæ virtutis ac fortitudinis, nempe Nothus Aurelianenſis, Tanaquillus de Caſtello, Mareſcallus de Fayeta, Hiræus, Poto de Santralliis, Ambroſius Loræus, multique alii, qui pari ſemper fide & fortitudine Anglos hoſteſque ipſius omnes propulſarunt.

Bellum utrinque continuo gerebatur, caſtellorum oppidorumque expugnationibus, concurſationibus, præliis, in variis remotiſque regni partibus, ubi modo his, modo aliis fortuna favebat. *Jean Chartier.* Joannes Bellæus, cum in Cenomanenſi tractu ducentos equites duceret, ab Anglis ſagittariis, qui in ſepibus tuti agebant,


SEIGNEURS ET DAM
1
2
3
6
7


OFFICIERS DU ROI.
XXXVI. Pl. du Tom. III. pa. 194.
4
5
9
10

glois, qui se tenoient dans une haie. Le Duc de Bourgogne défit aussi à Saint Riquier un corps de François du parti du Roi Charles : mais ils eurent peu de jours après leur revanche à Blanchetaque sur la Somme, où après un rude combat les Bourguignons furent vaincus, & presque tous tuez ou pris. Le Sire de Fontaines allant à cheval avec sa troupe dans le Maine rencontra un corps d'Anglois, qui après une longue résistance furent mis en déroute. Ils perdirent environ cent cinquante hommes tuez ou pris.

Les François eurent un échec bien plus considérable l'année suivante, quand les Comtes de Salisberi & de Suffolk & le Maréchal du Duc de Bourgogne vinrent assieger Crevant. Alors le Sire d'Ervelle, Connétable d'Ecosse, & le Maréchal de Severac assemblerent une armée, & s'avancerent pour faire lever le siege. La ville fut prise. D'Ervelle en eut avis : mais croiant que la tour & le donjon tenoient encore, il continua sa marche. Cependant la ville & la tour étoient deja entre les mains des Anglois, & quand il arriva devant la place, l'armée des Anglois s'étoit retirée, après y avoir laissé bonne garnison. D'Ervelle sans attendre les ordres du Roi, assiegea la ville, & envoia demander au Roi des canons pour battre la place. Le Roi sachant que les Anglois se mettoient en marche pour aller secourir la place, lui envoia un renfort de troupes. L'armée Angloise commandée par le Comte de Salisberi étant arrivée, il y eut bataille où les François furent défaits. Le Connétable d'Ecosse fut pris avec plusieurs Chevaliers & Ecuiers, le Sire de Fontaines mourut sur la place. Il y eut environ deux mille François ou tuez ou pris. 1423.

Combat où les François sont battus.

Cette perte fut en quelque maniere reparée par une autre que firent les ennemis vers le même tems dans l'Anjou. Un Capitaine nommé le Sire de la Poule faisoit des courses dans le payis avec deux mille cinq-cens Anglois. Ambroise de Lore, & Jean d'Harcourt Comte d'Aumale assemblerent un corps considérable, & vinrent l'attaquer. Le combat fut rude. Les deux Chefs des François conduisirent l'affaire fort habilement ; en sorte que les Anglois furent défaits, & hors une centaine tous resterent ou morts ou prisonniers. Peu de François furent tuez dans ce combat.

Les Anglois défaits en une rencontre.

Les Anglois aiant assiégé par mer le Mont Saint Michel, à dessein de le prendre par famine, le Sire de Beaufort Amiral de Bretagne vint avec quelques

---

fusus, fugatus fuit. Dux quoque Burgundiæ prope sancti Ricarii oppidum, manum Francorum Carolinorum, profligavit. At fortunæ vicissitudinem experti deinde sunt Burgundiones ad Blancam-taccam juxta Somonam, ubi a Francis victi, & ad unum pene omnes vel cæsi vel capti sunt. Fontanensis item Toparcha, dum per Cenomanenses agros cum turma equitum incederet, in Anglorum cuneum incidit, quibuscum diu acriterque pugnavit ; sed profligati tandem Angli, centum quinquaginta ex suis vel cæsos vel captos amiserunt.

Majus anno sequenti Francis illatum damnum fuit, cum Comites Sarisberiensis & Suffolcius cum Marescallo Ducis Burgundiæ Crevantium obsederunt. Tunc Ervellæus Scotiæ Constabularius, & Marescallus de Severaco, exercitu collecto, ut obsidionem solverent moverunt. Captum oppidum fuit, resque Ervellæo nunciatur ; sed cum putaret arcem nondum esse captam, pervenit in opem, & tamen oppidum simul cum arce ab Anglis occupabatur ; & cum Ervellæus eo perrexit Anglorum exercitus, postquam præsidium reliquerat in oppido, alio se contulerat. Tum ille, non exspectato Regis jussu, oppidum obsedit.

Idem. ...ri Roi ...mmes.

Rex autem Carolus gnarus Anglos, ut præsidiariis opem ferrent illo contendere, pugnatorum manum ipsi in auxilium misit. Cumque Sarisberiensis Comes cum Anglorum exercitu ante oppidum pervenisset, pugna commissa fuit. Franci vero profligati fuere. Scotiæ Constabularius & equites scutiferique multi capti sunt, &bis mille circiter Franci vel cæsi sunt, vel in hostium manus inciderunt.

Jactura hujusmodi eodem ferme tempore in Andegavensi tractu reparata fuit. Cum enim Pulæus dux Anglorum bis mille quingentorum, regionem infestam haberet, Ambrosius Loræus, & Joannes de Harcurtio Comes Albæ-Malæ, quantas potuere copias collegerunt, & in Anglos irruperunt, non minore industria, quam fortitudine, ita ut Angli pene omnes cæsi vel capti fuerint, & ex tanto numero vix centum elapsi sint : ex Francis vero paucissimi ceciderunt.

Jean Chartier.

Eodem tempore Angli, ut Montem sancti Michaelis in periculo maris occuparent, navibus aditus omnes observabant, ut annona deficiente, ad deditionem præsidiarii fame compellerentur. Tum Bellofortius Britanniæ Armoricæ Navarchus, cum navibus

vaisseaux les attaquer : il les défit, en tua, & prit une partie, & les obligea de lever le siége. Ils avoient bâti un château ou une bastille à Ardevon, à une lieuë du Mont Saint Michel, d'où ils faisoient des courses dans les payis des environs. Le Sire de Coulonces les surprit un jour qu'ils étoient sortis en course, leur coupa le chemin de la bastille, où ils ne pûrent se retirer, & en tua ou prit deux cens.

1424. Naissance de Louis XI.

Le 4. Juillet de cette année 1423. nâquit à Bourges le Dauphin Louis, qui fut depuis Roi après son pere. Il fut tenu sur les fonts par le Duc d'Alençon, & bâtisé par Guillaume de Champeaux Evêque de Lân. L'hyver suivant Jean de Toulongeon Maréchal de Bourgogne vint pour se saisir du château de la Bussiere dans le Beaujollois : mais trompé par ceux avec qui il avoit traité, il trouva là Humbert de Groslee Baillif de Lion, & Louis de Culant Amiral de France, accompagnez de cinq ou six cens hommes d'armes, qui le défirent. Il fut fait prisonnier & depuis échangé contre le Sire d'Ervelle Connétable d'Ecosse.

Vers ce même tems le Comte de Douglas qui aborda à la Rochelle amena au Roi Charles quatre ou cinq mille Ecossois. Le Roi le reçût avec grand plaisir & lui donna le Duché de Touraine. Mais la joie de ce renfort ne fut pas de longue durée. Le Duc de Bethfort étant venu assiéger Ivri, la place se défendit pendant trois ou quatre mois, & les François capitulerent enfin, & convinrent que s'ils n'étoient pas secourus dans un tems marqué, ils rendroient la ville & le château. Ils en donnerent avis au Roi, qui fit partir une bonne armée commandée par le Duc d'Alençon, Douglas Duc de Touraine, le Comte de Boukam Connétable, le Maréchal de la Fayette, le Comte d'Aumale & le Vicomte de Narbonne, qui se rendirent auprès de Dreux, où ils apprirent qu'Ivri s'étoit rendu aux Anglois. N'y aiant plus rien à faire de ce côté, ils allerent à Verneuil, & prirent la ville par adresse, & la tour où étoit une garnison Angloise leur fut rendue. Après quoi ils tinrent conseil. Les François qui connoissoient mieux le terrain, & qui avoient plus d'experience, étoient d'avis de bien munir Verneuil & de ne point hazarder une bataille ; mais le Comte de Douglas, le Connétable & les autres Ecossois étoient d'une opinion contraire. Leur avis prévalut, & l'on marcha contre les ennemis.

Anglos adortus, partem illorum cepit, cæterosque ab obsidione removit. Angli porro in Ardevone castro, a monte sancti Michaelis una leuca distante, arcem construxerant, unde vicinos agros incursionibus devastantes, prædas agebant : verum quadam die Coloncæus dux illis vicinas terras desolantibus, reditum intercepit, ac ducentos vel occidit vel captivos abduxit.

Berri Roi d'armes.

Quarta die Julii istius anni 1423. Biturigæ natus est Ludovicus Delphinus, qui post patrem regnavit. In Baptismali fonte ab Alenconiensi Duce gestatus est, dum a Gullielmo de Campellis Episcopo Laudunensi aqua Baptismatis tingeretur. Hieme sequente Joannes Tulongonius Burgundiæ Marescallus, movit ut castellum Busseriæ in Baujoliensi agro invaderet ; sed deceptus ab iis quibuscum rem tractaverat, incidit in Humbertum de Groslea Ballivium Lugdunensem, & Ludovicum de Culantio, Franciæ Navarchum, quibuscum aderant selecti equites sexcenti, qui ipsum profligavere, & captivum abduxere, deindeque commutatus fuit cum Ervellæo Scotiæ Constabulario.

Jean Chartier. Berri.

Idem circiter tempus Duglasius Comes Rupellam appulit cum quatuor vel quinque millibus armatis Scotis, quos ad Regem Carolum in opem adduxit. Cum lætitia ingenti exceptus, etiam Turoniæ Ducatu donatus fuit ; sed auxilii tanti gaudium non diuturnum fuit. Bethfordiensis Dux Ivriacum obsederat. Præsidiarii vero per tres quatuorve menses hostem fortiter propulsarunt ; in angustias demum redacti, hac conditione cum Anglis pepigerunt, ut oppidum & arcem dederent, nisi intra certum assignatumque temporis spatium, auxilium sibi afferretur. Rem illi Carolo Regi nunciavere, qui mox exercitum movere jussit, ductoribus Alenconio Duce, Duglasio Turoniæ Duce, Constabulario Comite Buxamio, Marescallo de Fayeta, Albæ-Malæ Comite & Vicecomite Narbonensi. Hi cum prope Drocum advenissent, edidicerunt Ivriacenses præsidiarios deditionem fecisse, cumque non ultra eadem via progrediendum esset, Vernolium moverunt, oppidumque astu ceperunt, arcemque postea præsidiarii Angli Francis dedidere. Sub hæc inter exercitus principes habitum consilium fuit. Franci rerum omnium peritiores dicebant firmo præsidio muniendum Vernolium, nec prælii fortunam esse tentandam. At Duglasius, Constabularius, aliique duces Scoti, committendam esse pugnam contendebant ; quæ demum sententia prævaluit, exercitusque contra Anglos movit.

Berri rapporte cette action différemment : » Si ordonnerent leurs batailles, » dit-il, les François & les Anglois d'une part & d'autre. Et là - dessus mar- » cha à pied promtement, mais indiscretement le Vicomte de Narbonne » avec toute sa bataille : bien que ledit Duc de Touraine avec tous les Chefs de » guerre de la Compagnée eussent conclu & déliberé de ne point aller com- » battre les Anglois : mais de les attendre de pied coy en la place où les Fran- » çois estoient près de la ville. Or quand ledit Duc de Touraine vid que ce » Vicomte de Narbonne marchoit ainsi, il en fut fort courroucé ; néantmoins » il fit par nécessité suivre & marcher ses batailles, ainsi qu'avoit fait ledit Vi- » comte : mais avant qu'ils s'assemblassent en veuë des Anglois, ils perdirent » haleine, place & ordonnance. » La bataille se donna auprès de Verneuil : d'un côté les François qui attaquerent les Archers Anglois les défirent : mais les Lanciers Lombards qui étoient à l'autre aîle s'étant jettez sur le bagage, au lieu d'attaquer les Archers Anglois qui leur étoient opposez, ceux-ci profiterent de cet avantage, & mirent les François en déroute. Là furent tuez Duglas Duc de Touraine & son fils, le Comte de Boukam Connétable, le Vicomte de Narbonne, dont le corps fut pendu à une potence, parce qu'il avoit eû part au meurtre de Jean Duc de Bourgogne, plusieurs autres Seigneurs, & trois ou quatre mille hommes, sans compter les prisonniers dont les principaux furent le Duc d'Alençon & le Maréchal de la Fayette. La garnison de Verneuil rendit la place & se retira où elle voulut. Après cette victoire un Capitaine Anglois nommé Jean Fastol, prit le château de Tetanuyie dans le Maine.

Bataille de Verneuil où les François furent vaincus.

Une perte si considérable affoiblit de beaucoup le parti du Roi Charles. Le Comte de Salisberi se mit en marche pour aller assieger le Mans. Un Capitaine François nommé Pierre le Porc dressa une embuscade aux avant-coureurs Anglois, en tua un grand nombre, & fit beaucoup de prisonniers. Cela n'empêcha point que le Comte de Salisberi ne continuât son entreprise ; il prit sans aucune opposition le Mans, Sainte Susanne, Mayenne & la Ferté-Bernard, qui se défendit long-tems. Il obligeoit les Commandans de ces Places, qui se rendoient, de lui donner des sommes d'argent.

Au milieu de ces disgraces le Roi eut le plaisir de recevoir à son service Artus de Bretagne, Duc de Richemont, qui n'aimoit point du tout les Anglois. 1425.

Biturix autem præco rem diverso prorsus modo narrat. » Franci, inquit, & Angli acies instruxere suas, » statimque Vicecomes Narbonensis temere & incon- » siderate cum cuneo suo movit, etsi a Duglasio Tu- » roniæ Duce, cæterisque ducibus deliberatum sta- » tutumque fuerat, non capessendam esse pugnam ; » sed juxta oppidum instructa acie exspectandos An- » glos esse. Ubi vidit autem Duglasius Dux Turoniæ » Vicecomitem Narbonensem sic præcipitem ire, » rem indigne tulit, tamenque instructa acie movere » coactus est ; sed antequam in Anglorum conspec- » tum Franci venissent ex festinatione anhelitum vix » ducere poterant, ordinesque suos turbaverant. » Commissa demum pugna fuit prope Vernolium. Ex una vero parte Franci sagittarios Anglos sibi oppositos profligarunt. Langobardi autem lancearii, qui etiam Anglos sagittarios contra se instructos aggressuri erant, illis dimissis, ad sarcinas diripiendas se contulere ; tum Angli illi contra Francos conversi, illorum exercitum fuderunt. In hac pugna ceciderunt Duglasius Dux Turoniæ & filius ipsius, Buxamius Comes Constabularius Franciæ, Vicecomes Narbonensis, cujus corpus ab Anglis patibulo suspensum est, quod ille neci Joannis Burgundiæ Ducis operam dedisse putaretur ; multi quoque alii proceres cæsi sunt ; mortuorum vero numerus ad tria quatuorve millia pertigit. Capti quoque multi fuere inter quos annumerabantur Dux Alenconius & Marescallus de Fayeta. Præsidiarii vero Franci Vernolium Anglis reddidere, illa conditione, ut quo vellent receptum haberent. Post Anglorum victoriam Tribunus Anglus Joannes Fastolus Tetanuiam castellum in Cenomanensi tractu cepit.

Clades isthæc Caroli Regis partes admodum attrivit. Comes Sarisberiensis movit ut Cenomanum obsideret. Dum pergeret autem quidam Tribunus Francus iis qui exercitum præcedebant Anglis insidias struxit, multos occidit, pluresque captivos abduxit, nec minori tamen celeritate Sarisberiensis Comes in cœpto perstitit, ac nemine obsistente Cenomanum expugnavit, ut & Sanctam-Susannam, Meduanam & firmitatem Bernardi, quod postremum oppidum diu oppugnantibus obstitit. A singulis vero oppidis quæ expugnabantur Sarisberiensis Comes pecuniæ summas exigebat. *Jean Chartier. Ber r.*

Inter hæc infortunia Rex Carolus illud solatii accepit, quod Arturus Britannicus, Dux Ricomontius, qui Anglos summe oderat, ad partes suas accederet. Re-

Il vint s'offrir au Roi, qui lui fit tout l'honneur poſſible, & lui donna l'Office de Connétable, vacant par la mort du Comte de Boukam.

Le nouveau Connétable eut bien-tôt une occaſion pour ſe ſignaler, & ſi elle ne réuſſit pas, ce ne fut pas ſa faute. Les Anglois avoient fortifié une ville de Normandie ſur les frontieres de Bretagne, nommée Saint James de Beuvron, où ils mirent groſſe garniſon. Le Connétable ramaſſa des troupes dans le Maine, en Normandie & en Bretagne, & fit une armée de vingt mille hommes avec laquelle il aſſiégea la place. Les aſſiegez firent de grandes ſorties; on ſe battit vigoureuſement de part & d'autre. Le Connétable aiant fait donner un aſſaut, qui dura pendant trois ou quatre heures, les Anglois prirent ce tems pour ſortir ſur un côté plus foible du camp, ſitué vers un lac. Ils pouſſerent vivement les François, en tuerent pluſieurs & en firent noier un plus grand nombre, en ſorte qu'il en périt là environ quatre cens. Cette ſortie fit ceſſer l'aſſaut, & la nuit ſuivante l'armée ſe débanda: chacun ſe retira de ſon côté, & abandonna les bonbardes, vivres & artillerie, ſans qu'on pût ſavoir d'où venoit ce déſarroi. Quelques-uns diſoient que cette retraite précipitée venoit de ce que ces troupes ramaſſées, & ſur-tout les Bretons n'avoient jamais vû la guerre. Le Connétable fort mortifié fut obligé de lever le piquet, & de ſe retirer tout doucement.

Entrepriſe du Connétable Richemont manquée.

Dans le tems que les affaires du Roi Charles tournoient ſi mal, une querelle ſurvenuë entre le Duc de Gloceſtre & le Duc de Bourgogne, fut cauſe d'une diverſion favorable, ſans laquelle ſon parti auroit peut-être été accablé. En voici le ſujet. Jaqueline Comteſſe de Hainaut avoit épouſé le Duc de Brabant, frere du Duc de Bourgogne. Avant que le mariage fut conſommé, elle ſe maria avec le Duc de Gloceſtre, qui voulut ſe ſaiſir des terres de ſa nouvelle épouſe. Le Duc de Brabant ſoûtenu du Duc de Bourgogne s'y oppoſa. Le Duc de Bethfort, qui prévoioit les mauvaiſes ſuites de cette diſſenſion, voulut mettre les parties d'accord; mais il ne pût y réuſſir.

Il y eut grande guerre entre les Ducs de Gloceſtre & de Bourgogne en Hainaut & en Hollande, & pluſieurs combats où les Bourguignons furent ſouvent victorieux. Un nommé Filvatre aiant paſſé la mer avec trois ou quatre mille

---

gi autem ſeſe obtulit pro illo pugnaturum. Rex illum perhumaniter & gaudio perfuſus excepit, & Conſtabularii munus, quod pridem tenuerat Bukamius in pugna Vernolienſi cæſus, ipſi contulit.

Jean Chartier.

Novus porro Conſtabularius occaſionem cito nactus eſt fortitudinis induſtriæque ſuæ demonſtrandæ; ſi vero res non ex voto cecidit, non ipſius culpa fuit. Angli oppidum Normanniæ ad confinia Britanniæ propugnaculis cinxerant; oppido nomen erat S. Jacobus de Beverone, ibique validiſſimum præſidium reliquerant. Conſtabularius exercitum collegit in Cenomacenſi tractu, in Normannia & in Britannia Armoricæ, & viginti mille pugnatores in unum coactos ad obſidendum oppidum adhibuit. Præſidiarii Angli ſæpe in obſidentes ſe eruperunt, & acriter utrinque pugnatum eſt. Conſtabularius vero urbem undique una vice oppugnari juſſit; ad ter, quatuorve horas oppugnatio protracta fuit. Interea porro Angli in partem caſtrorum debiliorem eruperunt: quæ propter lacum poſita erat, & Francos adorti, multos occiderunt, alios in lacum compulerunt, ubi multi ſubmerſi ſunt, ita ut quadringenti circiter in illa eruptione perierint. Tunc ab expugnatione ceſſatum fuit, & ſequenti nocte exercitus totus dilapſus eſt, ſingulique ad ſua ſe receperunt. Tormenta bellica & commeatus in caſtris relicta ſunt, nec ſciri potuit unde tanta perturbatio, tantuſque pavor ortus fuerit. Quidam dicebant inde ortam fugam, quod gentes illæ undequaque collectæ, maximeque Britones, nullum bellicæ rei experimentum haberent. Conſtabularius vero tam infauſtum exitum ægre ferens, receptui canere, & alio properare compulſus eſt.

Jean Chartier.

Dum Francorum expeditiones tam improſpere cederent, reſque Caroli Regis peſſum ire viderentur, ſuborta rixa Duces inter Burgundiæ & Gloceſtriæ, hoſtium vires diduxit, partemque alio avertit, qua non interveniente diſcordia, Caroli partes mox obrutum iri videbantur. En diſſidii cauſam. Jacoba Hanoniæ Comitiſſa Duci Brabantiæ, fratri Ducis Burgundiæ nupſerat; ſed antequam matrimonium conſummaretur, cum Duce Gloceſtriæ connubio juncta eſt, qui ſtatim uxoris ditionem occupare voluit. Dux porro Brabantiæ, Burgundiæ Ducis auxilio nixus, Gloceſtriæ Ducis conatibus obſtitit. Bethfordienſis porro Dux proſpiciens quanta ſibi ex hujuſmodi diſſenſione damna impenderent, pacem inter ambos conciliare ſtuduit; ſed irrito conatu.

Grande bellum excitatur Duces inter Burgundiæ & Gloceſtriæ in Hannonia & in Hollandia, multæ commiſſæ pugnæ ſunt, in queis Burgundiones victores ſæpe fuere. Quidam nomine Filvater, trajecto mari cum tribus quatuorve millibus Anglis, Ca-

Anglois, vint deſcendre à Calais, & ſe rendit dans le Hainaut pour s'en emparer. Le Duc de Bourgogne aſſembla ſes gens, & le vint attaquer. Les Anglois furent enfin défaits; il en demeura plus de quinze cens ſur la place; un grand nombre fut fait priſonnier, & Filvatie repaſſa avec une fort petite troupe en Angleterre. Il y eut d'autres combats en Hollande que nous nous diſpenſons de rapporter ici.

La guerre continuoit toujours en France: mais ce n'étoient que de petits combats, des priſes de places peu conſidérables. Le Connétable de Richemont prit Galerande dans l'Anjou. Il n'avoit pas peu à faire à la Cour, d'où il tâchoit d'écarter certains favoris, qui s'étant emparez de l'eſprit du Roi, gâtoient ſes affaires. Louvet Préſident de Provence s'y étoit acquis une ſi grande autorité, que rien ne s'y faiſoit que par ſes ordres. Le Connétable entreprit ce Louvet, & malgré toute la réſiſtance qu'il y trouva de la part du Roi, il le força de le chaſſer de ſa cour. Tannegui du Chaſtel à qui il en vouloit auſſi, parce qu'il le regardoit comme auteur du meurtre de Jean Duc de Bourgogne, prit genereuſement le parti de ſe retirer de la Cour, de peur d'y exciter du trouble. Après cela un nommé Gyac s'introduiſit auprès du Roi, & gagna ſon affection. Il gouvernoit les finances, dont il détournoit une bonne partie à ſon profit. Le Connétable le fit enlever de nuit, on le tranſporta ailleurs, où par ſon ordre on lui fit ſon procès; il fut condamné & executé. Quelques-uns diſent qu'il fut noyé, malgré les offres qu'il faiſoit au Connétable de lui donner cent mille écus, s'il vouloit lui ſauver la vie. 1426.

Le Roi aiant appris les cauſes de cette éxecution fut content du Connétable, ou fit ſemblant de l'être: car il le craignoit. Un autre favori du Roi, nommé le Camus de Beaulieu, qui ſucceda à Gyac n'eut pas un meilleur ſort, il fut tué à Poitiers par les gens du Connétable, qui conſentit enfin que le Sire de la Trimouille prît ſa place. C'étoit le foible de Charles VII. d'avoir toujours auprès de lui quelque favori. La Trimouille acquit une grande autorité, mais cela ne dura pas long-tems, comme nous verrons. Tout ceci s'eſt paſſé dans l'eſpace de quelques années: mais l'Hiſtorien Jean Chartier n'a pas voulu en interrompre la ſuite. Ce fut en ce tems-ci que le Connétable prit Pont-Orſon ſur les Anglois.

---

letum venit, indeque in Hannoniam ſe contulit, ut illam occuparet. Dux autem Burgundiæ, collectis copiis, ipſum adortus eſt; pugna fuit commiſſa; utrinque pugnatur, & Angli demum vincuntur; ex ipſis pluſquam mille quingenti cecidere, multique capti ſunt, & Filvater cum exiguo ſuorum numero in Angliam reverſus eſt. Aliæ eadem de cauſa in Hollandia commiſſæ pugnæ ſunt, quas hic recenſere noſtri non eſt inſtituti.

Bellum aſſidue in Francia gerebatur; ſed quaſi velitationes tantum erant, expugnationeſque caſtrorum, oppidorumque non tanti momenti. Conſtabularius vero Galerandam in Andegavenſi tractu cepit. In aula porro Regia multum ipſi negotii faceſſebant ii, qui cum Regis gratiam captaſſent, auctoritate apud illum plurimum valebant, & regia negotia peſſumdabant. Lupetus Gallo-Provinciæ Præſes tantam ſibi potentiam arrogaverat, ut ejus juſſui parerent omnes. Conſtabularius porro Lupetum aggreſſus eſt, & nequicquam reluctante Rege, eo compulit ipſum, ut Lupetum a Regia eliminaret. Tanaquillus etiam de Caſtello peroſus erat Conſtabulario, quod illum putaret auctorem necis Joannis Burgundiæ Ducis. At ille conſtanti & generoſo præditus animo vir, ne ſui cauſa in regia aula jurgia concitarentur, ſponte ſua ab regia diſceſſit. Sub hæc quiſpiam Giacus nomine Regis gratiam invaſit, & cum rem ærariam adminiſtraret, partem ejus in arcas ſuas derivabat. Conſtabularius illum noctu comprehendi, & alio transferri juſſit, ubi cauſam dicere coactus, capitis damnatus & ſupplicio affectus eſt: quidam dicunt in aquis ſubmerſum illum fuiſſe, quamvis centum millia ſcutorum Conſtabulario offerret, ſi ſe a ſupplicio eximeret.

Comperta Rex illati ſupplicii cauſa, Conſtabularii geſtum probavit, aut ſe probare ſimulavit; ipſum quippe metuebat. Alius quoque, qui ſe in Regis gratiam inſinuaverat, nomine Camuſius, (ſeu Simus) de Bello-joco, dum Giaci locum occuparet, non meliorem exitum ſortitus, in Pictavorum urbe a Conſtabularii gente trucidatus eſt: tandemque Conſtabularius ut vir genere inſignior Tremollius hunc locum occuparet, conſenſit. Ea quippe indole erat Carolus VII. ut gratioſum ſibi ſemper penes ſe habere vellet. Tremollius magnam ſibi peperit auctoritatem; ſed non diuturna gratia fuit, ut infra narrabitur. Hæc per annos aliquot geſta fuere, ſed Joannes Carterius Hiſtoricus hæc omnia una ſerie recenſenda eſſe exiſtimavit. Hoc anno Conſtabularius Pontem-Urſionis oppidum, quod Angli tenebant, occupavit.

1427. Les Anglois battus devant Montargis.

Les Comtes de Warvic & de Suffolk aſſemblerent une armée conſidérable d'Anglois, Bourguignons & autres alliez, & allerent mettre le ſiege devant la ville & château de Montargis. Les aſſiegez ſe défendirent vigoureuſement l'eſpace de plus de trois mois. La ville étoit ſerrée de près, & commençoit à manquer de vivres, de ſorte qu'elle ne pouvoit tenir long-tems. Le Connétable y envoia pour la ſecourir le bâtard d'Orleans Comte de Dunois, les Sires de Graville, de Gaucourt, la Hire & pluſieurs autres accompagnez d'un bon corps de Gendarmes. Arrivez devant le camp des Anglois, ils attaquerent en plein jour leurs retranchemens & leurs fortifications. Le Combat fut ſanglant & long-tems diſputé; mais enfin les Anglois furent défaits avec perte de beaucoup de leurs gens. Ils abandonnerent aux François leur camp, leurs munitions & leurs machines de guerre. La place fut ravitaillée & bien munie, & les Chefs s'en retournerent victorieux avec leurs troupes.

Il y avoit toujours des petites guerres & des combats, des entrepriſes qui tournoient à l'avantage tantôt des uns, tantôt des autres. Ambroiſe de Lore avec cent cinquante François tomba ſur un corps de plus de deux cens Anglois, en tua environ cent cinquante, & prit leur Chef priſonnier. Les Sires de Rais & de Beaumanoir prirent la forteresſe du Lude. Les Anglois prirent auſſi quelque petite place. Une entrepriſe faite par quelques-uns des principaux Chefs des troupes Françoiſes pour ſurprendre la ville du Mans, manqua faute de diligence. Ils perdirent-là beaucoup de leurs gens, & furent obligez de ſe retirer.

1428. Pont-Orſon pris par les Anglois.

La ville de Pont-Orſon, qui avoit été priſe & bien munie par le Connétable de Richemont, ne demeura guere en la puiſſance des François. Le Comte de Warvik & le Sire de Talbot vinrent l'aſſieger avec une armée d'Anglois. La réſiſtance fut grande, & le ſiege qui dura long-tems auroit apparemment été plus long ſans une entrepriſe que firent trois des principaux & des plus braves Capitaines de la garniſon. Les Anglois faiſoient conduire par les greves un convoi de vivres pour leur armée; la ville n'étant point inveſtie de ce côté, ces trois Capitaines ſortirent pour aller attaquer la garde du convoi & s'en ſaiſir. Après un combat diſputé quelque tems, ils furent défaits & tuez tous trois, & beaucoup de leurs gens avec eux : ce qui reſta de la troupe s'enfuit à la ville, qui ſe rendit par compoſition.

Jean Chartier.

Comes Warvicenſis & Suffolkius, numeroſo collecto exercitu Anglorum, Burgundionum & ſociorum, Montem-Argiſium oppidum & caſtellum obſeſſum venerunt. Præſidiarii & oppidani per pluſquam trium menſium ſpatium hoſtem fortiſſime propulſarunt; ſed cum annona deficeret, nec poſſent jam diutius obſeſſi contra famem & hoſtes pugnare, Conſtabularius illo miſit Nothum Aurelianenſem Comitem Dunenſem, nobiles viros de Galcurtio & de Gravilla, Hiræum, alioſque plurimos cum magna militum manu. Cum hi ante caſtra Anglorum perveniſſent, interdiu propugnacula eorum ſunt adorti, acriter pugnatur utrinque: tandem vero Angli, amiſſis ſuorum multis, profligati ſunt. Caſtra vero ſua Francis diripienda reliquere cum commeatu toto & tormentis bellicis. In oppidum inducta eſt annona copioſa cum numeroſo & valido præſidio, quibus peractis duces cum ſuis victores ſunt reverſi.

Semper autem variis in locis bella gerebantur, & leviores committebantur pugnæ, modo his, modo aliis ſuperantibus. Ambroſius Loræus cum centum quinquaginta Francis, manum Anglorum pluſquam ducentorum invaſit, & ducem captivum abduxit. Viri proceres de Reſio & de Bello-Manerio Lugdum caſtrum ceperunt. Angli etiam aliquot caſtra oppidulave expugnavere. Cum quidam primores Franci Cenomanum ex improviſo capere tentaviſſent, nec ſat celeri opera eſſent uſi, multos ex ſuis amiſerunt, & re infecta receptui canere compulſi ſunt.

Jean Chartier. Be

Pontis-Urſionis oppidum, quod a Conſtabulario Franciæ captum fuerat, non diu manſit in Francorum poteſtate, etſi illud firmo præſidio munitum fuerat. Comes Warcicenſis & Talbotius illud cum exercitu Anglorum obſeſſum venerunt. Fortiter Anglis obſtitere præſidiarii, obſidioque ad multum temporis ſpatium extracta fuit, atque diuturnior, ut veriſimile eſt, fuiſſet, niſi tres præſidiariorum duces, ipſique ſtrenui & audaces, rem interturbaſſent. Cum enim Angli per littus maris arenoſum annonam & commeatum in caſtra advehi ſua curarent: oppidumque ex illa parte caſtris & propugnaculis Anglorum cinctum non eſſet, tres illi duces egreſſi ſunt, ut commeatus ductores depellerent, & commeatum in urbem adducerent. Poſtquam aliquamdiu utrinque pugnatum fuit, tres duces devicti & cæſi ſunt cum multis ſuorum: reſidui vero fuga elapſi in oppidum receptum habuerunt, exindeque præſidiarii pactis conditionibus deditionem fecere.

Vers

Vers ce tems-ci Talbot prit par escalade la ville de Laval dans le Maine, & fit prisonnier André de Laval Seigneur de Loignac & tous ses gens. Il exigea pour leur rançon vingt-cinq mille écus d'or.

En la même année 1428. le 12. Octobre le Comte de Salisberi qui avoit reçû un renfort de troupes d'Angleterre, après avoir pris quelques petites places autour d'Orleans, vint mettre le siége devant cette ville; siége qui décida, pour ainsi dire, du succès de cette guerre. Les Anglois bâtirent plusieurs bastilles autour de la ville; pour empêcher que rien n'y pût entrer ni en sortir. Jamais place ne fut mieux défenduë que celle-ci. Le Bâtard d'Orleans y commandoit, &avoit pour adjoints le Maréchal de Boussac & la Hire. Malgré les bastilles les gens de cheval pouvoient entrer aisément dans la ville. Orleans assiegé par les Anglois.

Les Anglois qui faisoient le siége n'avoient d'autres vivres que ceux qui leur venoient de Paris: il falloit un grand nombre de gens de guerre pour conduire ces convois. Sur l'avis qu'on en amenoit un considerable, le Duc de Bourbon se mit à la tête d'une armée, aiant en sa compagnie le Sire Stuard Connétable d'Ecosse, le Sire d'Orval frere du Sire d'Albret & la Hire. Ils rencontrerent le convoi près de Janville en Beausse. Les Anglois voiant ce corps d'armée qui alloit fondre sur eux, mirent pied à terre, & s'enfermerent dans leurs charettes qu'ils rangerent à mode de rempart, & se défendirent très-bien. Le Connétable d'Ecosse & le Sire d'Orval mirent pied à terre pour combattre contre eux avec leur troupe; mais ils furent tuez, & plus de deux cens des leurs mis sur le carreau. Le Duc de Bourbon jugea alors à propos de se retirer avec sa troupe. Ce combat fut appellé la journée des Harans, parce que la plûpart de ces charretes étoient chargées de harans pour le Carême de l'an 1429. 1429. Journée des Harans.

Pendant ce siége un jour que le Comte de Salisberi regardoit par une fenêtre de la bastille du pont d'Orleans, un coup de canon qui donna sur le bord de la fenêtre lui envoia des éclats de pierre sur la tête. Il en fut si grièvement blessé, qu'il en mourut trois jours après. Malgré cette perte le siége continua toujours de même. La disette fut si grande dans la ville, qu'il fallut penser à capituler. On envoia Poton de Saintrailles au Duc de Bourgogne lui offrir qu'on

---

Hoc circiter tempus Talbotius Lavallium urbem in Cenomanensi tractu cepit, & captivum abduxit Andream Lavallium Toparcham cum tota familia sua, ac pro redemtione omnium viginti quinque mille scuta aurea exegit.

...n Char-... Eodem anno 1428. 12. Octobris, Comes Sarisberiensis, qui ex Anglia novas pugnatorum copias acceperat, postquam circa Aurelianum aliquot castra & oppidula ceperat, ipsam urbem obsessum venit: cujus obsidionis exitus, quis belli finis foret, præsignificavit. Angli plurima circum urbem lignea castella excitarunt, ut Francos qui in urbe erant ab egressu, cæteros ab aditu arcerent. Nunquam ab obsessis quibuslibet cum majori fortitudine hostium impetus exceptus fuit, quam tunc ab Aurelianensibus præsidiariis, duce Notho Aurelianensi, cui adjuncti erant Bussacius Marescallus & Hiræus. Frustra obnitentibus Anglis qui in castellis ligneis erant, Equites Franci, nec cum magno periculo, in urbem ingredi poterant.

Angli vero qui urbem obsidebant, nonnisi ex urbe Lutetia commeatum & annonam percipere poterant, magnaque pugnatorum manu opus erat, ut hæc tuto ducerentur. Cum vero compertum esset ingentem Anglorum commeatum versus Aurelianum iter carpere, Dux Borbonius cum exercitu movit, comitantibus Stuardo Scotiæ Constabulario, Aureæ vallis Toparcha, Leporetæi fratre, & Hiræo. In commeatum autem illum inciderunt prope Janivillam in Belsia. Angli conspecto hostium exercitu ex equis exsilientes, carros circum posuere, & propugnaculi more concinnarunt, ut invadentem se hostem propulsarent. Tunc Constabularius Scotiæ & Aurivallius ex equis & ipsi desilientes cum suis, carrorum propugnaculum perrumpere nituntur: sed ambo Duces & cum illis ducenti Franci Anglorum telis confixi ceciderunt. Qua re conspecta Dux Borbonius & sui receptui cecinere. Quia vero in commeatu Halecium seu harengorum ingens copia erat ad annonam Quadragesimalem anni 1429. Hic conflictus Harengorum pugna deinceps vocitatus fuit.

Quadam vero die dum Comes Sarisberiensis observandi causa per fenestram castelli ad Aurelianensem pontem siti respiceret, globus a tormento bellico emissus oram fenestræ fregit, fragmentaque lapidis quædam in caput Comitis involarunt, quo ictu ille vehementer saucius post triduum interiit. Nihilominus obsidio continuabatur, tantaque erat in urbe annonæ caritas, ut jam omnino de pacto deditionis cogitandum esset. Tunc mittitur Poto de Santralliis ad Burgundiæ Ducem, qui urbem ipsi tradendam of- *Le même.*

remettroit la ville en ſa puiſſance. Le Duc y donnoit les mains, ſi le Duc de Bethfort y eût voulu conſentir. Mais il rejetta bien loin cette propoſition, & répondit, qu'*il ſeroit bien marri d'avoir battu les buiſſons, & que d'autres euſſent les oiſillons*. Poton s'en retourna ſans rien faire.

Hiſtoire de Jeanne la Pucelle.

La ville ſe trouva ainſi réduite à la derniere extremité : il fallut un coup du ciel, pour la délivrer, & garentir le Roi Charles d'une prochaine ruine. On lui preſenta une jeune fille d'auprès de Vaucouleur, nommée Jeanne d'Arc qui n'avoit qu'environ vingt ans, & qui ſe diſoit envoiée de Dieu pour faire lever le ſiége d'Orleans, aller faire couronner le Roi Charles à Rheims, & chaſſer les Anglois. On la fit examiner par des Clercs, qui jugerent qu'il y avoit quelque choſe de divin dans cette fille.

Le Roi lui donna des troupes commandées par le Sire de Rais & Ambroiſe de Lore. Ils la conduiſirent à Blois, où ils trouverent le Bâtard d'Orleans, la Hire & d'autres Capitaines. Ils partirent de-là tous enſemble avec la Pucelle, menans avec eux pluſieurs charretées de bled, & quantité de beſtiaux. A leur arrivée à Orleans les Anglois abandonnerent une baſtille qui pouvoit leur empêcher le paſſage, de ſorte qu'ils entrerent ſans trouver aucune réſiſtance. La Pucelle fit pluſieurs ſorties où les François eurent toujours l'avantage. Elle en fit une de l'autre côté de la riviere dans la Sologne, accompagnée des meilleurs Capitaines François, mit les Anglois en fuite, prit leur baſtille où il y avoit quatre cens Anglois, qui furent tous tuez ou pris; leurs meilleurs Capitaines y périrent. La Pucelle & ſa troupe fut obligée de coucher au-delà de la riviere, les ponts étant rompus, & n'y aiant point de bâteaux prêts pour paſſer de l'autre côté.

Levée du ſiege d'Orleans.

Les Anglois voiant leurs gens défaits à l'autre côté de la riviere, leur baſtille priſe, & le paſſage ouvert pour amener des vivres à Orleans, leverent promtement le ſiége. Talbot, le Comte de Suffolk & les autres ſe retirerent avec quelque déſordre. Les Orleanois les chargerent en queue, & les obligerent d'abandonner la plus grande partie de leur charroi, de l'artillerie & des proviſions, & les Anglois ſe rendirent à Meun ſur Loire, qui tenoit encore pour eux. Le Duc d'Alençon priſonnier des Anglois obtint ſa liberté moien-

---

ret; aſſentiebat ille, ſi tamen id Bethfordienſi Duci placeret. At Bethfordienſis Dux rem propoſitam procul rejecit, ac dixit ſe modeſte admodum laturum eſſe, ſi cum ipſe ſepes diu verberaſſet, alter aviculas exciperet. Sic Poto de Santralliis re infecta diſceſſit.

Le même.

Jam ad extrema deducta urbs erat, cæleſtique auxilio opus fuit, ut a deditione facienda eriperetur, utque Rex Carolus, cujus partes jam labantes, infauſtum exitum portendere videbantur, feliciorem in ſtatum reſtitueretur. Puella ergo ipſi adducitur prope Vallem-Coloris nata, cui nomen Joanna de Arcu, quæque vix annum vigeſimum attigerat. Hæc porro ſe a Deo miſſam dicebat, ut Aureliani obſidionem ſolveret, utque Regem unctionem & coronam accepturum Rhemos duceret, Angloſque depelleret. A Clericis autem & Theologis interrogata & examinata puella fuit, qui uno ore dixere aliquid divinum in hac puella deprehendi.

Rex illi copias tradidit, ducibus Reſio & Ambroſio Loræo, qui illam Bleſas duxerunt. In iſta autem urbe tunc erant Nothus Aurelianenſis, Hiræus & alii conſpicui Tribuni. Inde ſimul omnes cum Puella profecti ſunt, carros frumenti plenos ſecum ducentes, & pecorum greges. Cum jam prope Aurelianum illi deveniſſent, Angli caſtellum ligneum reliquere, cujus ope arcere illos ab ingreſſu poterant, ſicque illi, obſiſtente nemine, cum commeatu in urbem intromiſſi ſunt. Puella ſæpius cum Francis erupit in Anglos, qui ſemper illa duce a Francis profligati fuere. Semel autem trajecto flumine Puella in Soloniam venit cum ſelectis Francorum ducibus, Anglos fugavit, ipſorumque caſtellum ligneum cepit, ubi erant quadringenti Angli, qui omnes vel cæſi, vel capti ſunt, ipſorumque duces periere. Puella vero cum ſuis ad oram illam fluminis pernoctare coacta fuit, cum pontes omnes rupti eſſent, neque cymbæ ſuppeterent ad trajiciendum.

Angli cum ſuos, ad alteram fluminis oram poſitos, pene deletos cernerent, captum ligneum caſtellum, aditumque liberum ad commeatus in urbem deferendos, obſidionem ſubito ſolverunt. Talbotius & Suffolkius Comes cum aliis commigrarunt, nec rectis ſervatis ordinibus. Tunc Aurelianenſes abſcedentes Anglos a tergo ſunt adorti, qui inſtantibus Francis coacti ſunt maximam partem commeatus ſui, tormentorum bellicorum & annonæ deſerere, & Magdunum ad Ligerim oppidum, quod ſuis adhuc partibus hærebat, ſe receperunt. Dux Alenconius, qui captus

nant une grosse rançon, qui tout compté, alla jusqu'à deux cens mille écus. Les Anglois tiroient ainsi des sommes excessives des villes & des Seigneurs qui tomboient en leur puissance.

Le Roi Charles sollicité par Jeanne la Pucelle assembla une grande armée, & fit assiéger la ville de Gergeau, où il y avoit grosse garnison Angloise commandée par le Comte de Suffolk. La ville fut emportée d'assaut, & le Comte de Suffolk avec les Anglois qui restoient en vie fut fait prisonnier. L'armée marcha ensuite vers Meun, se saisit du pont, & alla prendre Beaugenci, qui tint peu de tems. Le Connétable Artus vint alors joindre l'armée avec un corps de mille à douze cens combattans. On eut avis que Talbot avoit ramassé quatre ou cinq mille Anglois, & s'en venoit à Meun sur Loire; que la garnison Angloise avoit abandonné Meun pour les aller joindre, & qu'elle alloit vers Janville. L'armée marcha contre lui; Jeanne la Pucelle fut de la partie. La bataille se donna à Patay dans la Beausse. Les Anglois furent défaits: il en demeura deux ou trois mille sur la place. Talbot & plusieurs autres Chefs furent faits prisonniers. Janville que les Anglois tenoient, fut pris après la bataille.

Bataille de Patay.

La Pucelle pressoit toujours le Roi d'assembler une grande armée pour aller se faire sacrer à Rheims. La chose paroissoit fort difficile, les Anglois étant les maîtres de toute la Champagne. Elle insistoit & exhortoit le Prince à cette entreprise. Cette Heroïne alloit toujours armée en Cavalier, parloit aussi savamment de la guerre qu'aucun Capitaine, encourageoit mieux que personne les troupes, quand la peur les saisissoit. Le Roi fit assembler des Gendarmes de tous côtez. Un mécontentement du Connétable de Richemont apporta alors quelque trouble. Il voioit à contre-cœur que le Sire de la Trimouille s'étoit tellement emparé de l'esprit du Roi, qu'il ne faisoit rien qu'à la persuasion de ce favori. Cela lui déplaisoit si fort, qu'il se retira de l'armée du Roi avec douze cens hommes, & quelques autres Seigneurs qui s'en allerent aussi.

Progrés de Charles VII.

Malgré cela par les soins de la Pucelle l'armée se mit en marche, & tira vers Auxerre. Elle disoit qu'il falloit assieger cette ville qui vouloit demeurer neutre, ce qu'elle ne pût obtenir; mais après que le Roi eût continué quel-

---

ab Anglis fuerat, magno pro redemtione sua soluto precio, libertatem obtinuit: ad ducenta quippe scutorum millia, numerata summa pertigit. Sic Angli ingentes pecuniæ summas exigebant, tum ab urbibus & oppidis quæ expugnabantur ab illis, tum a proceribus, si qui in ipsorum manus inciderent.

Le même. Rex Carolus instante, urgenteque Joanna Puella, magnum collegit exercitum, & Gargogilum obsedit, ubi numerosum erat Anglorum præsidium, duce Suffolkio Comite. Oppidum vi expugnatur, Angli multi cecidere, & qui superstites erant cum Suffolkio capti sunt. Hinc exercitus Magdunum movit, pontemque occupavit, & Balgentiacum obsessum venit, quod paucis postea diebus captum fuit. Tunc Constabularius in exercitum se contulit cum pugnatoribus circiter mille ducentis. Nunciatum vero fuit Talbotium quatuor vel quinque millia Anglorum collegisse, ac versus Magdunum ad Ligerim iter habere, præsidiarios Anglos Magduno exiisse, & Talbotii agmen junxisse, omnesque simul versus Janivillam iter habere. Exercitus vero Francorum cum Joanna Puella contra Anglos movit. Commissa vero pugna fuit Patavii in Belsia. Angli profligati devictique sunt, eorum ad duo triave millia cæsa fuere. Talbotius & alii plurimi Anglorum Tribuni capti fuere. Janivilla, quam Angli ex improviso ceperant, post commissam pugnam capta, in Francorum potestatem rediit.

Puella vero solicite urgebat, suadebatque Regi ut quam maximum posset exercitum colligeret, Rhemosque se conferret, ut unctione sacra & regia liniretur. Res admodum difficilis tunc videbatur esse, quod Angli Campaniam totam tunc occuparent. Instabat tamen illa & hortabatur, ut expeditionem talem sine mora Rex Carolus susciperet. Heroïna isthæc armata semper & eques discurrebat, de re bellica tam accurate loquebatur, quam quivis ex peritioribus Ducibus atque Tribunis. Sicubi pugnatores pavor invaderet, animos faciebat, apparabatque ad ardua quæque suscipienda. Rex autem ex quavis parte milites & pugnatores convocari jussit; sed Constabularius tunc in Regia turbas dabat. Indigne ferebat namque quod Trimollius eo usque se in Regis animum & gratiam insinuasset, ut ad placitum semper illius omnia disponeret; resque adeo ipsi displicuit, ut cum mille ducentis armatis ab exercitu regio discederet. Quidam vero alii proceres cum illo demigrarunt. *Le même.*

Nihilominus tamen, instigante Puella, exercitus profectus versus Antissiodorum movit. Volebat illa, ut urbs isthæc, quæ nulli partium hærere se dicebat, obsideretur: verum id impetrare nequivit. Cum vero

Son Sacre à Rheims.

que tems sa marche, elle insista tellement qu'on assiegea Troie en Champagne. La ville se rendit, & Châlon vint apporter les clefs au Roi avant son arrivée. Rheims se mit aussi sous son obéissance. Il s'y fit sacrer avec les cérémonies ordinaires, & selon l'usage de ces tems-là il fut fait Chevalier par le Duc d'Alençon.

De-là il marcha vers Laôn, qui se rendit à lui; les autres villes, Soissons, Château-Thierri, Provins, Creci, lui ouvrirent les portes. Le Duc de Bethfort sorti de Paris s'avança vers le Roi avec une armée; mais ne voulant pas risquer une bataille, il s'en retourna à Paris. Il sortit une autre fois de Paris avec son armée, & alla se camper auprès de Dammartin en un lieu fort avantageux, où le Roi ne jugea pas à propos de l'attaquer. Il y eût-là bien des escarmouches entre les François, où plusieurs de part & d'autre furent ou tuez, ou pris. Par ces mouvemens des Anglois il paroissoit qu'ils craignoient de venir aux mains avec les François. Les villes de Compiegne, Senlis, Beauvais, & Saint-Denis se mirent aussi en l'obéissance du Roi. La Pucelle voulut alors donner un assaut à Paris, & le donna en effet: mais elle fut blessée dans l'attaque; après quoi elle alla faire present de ses armes à l'Eglise de S. Denis, où l'on voit encore aujourd'hui son épée & son portrait. Lagni se rendit aussi au Roi.

Prise de plusieurs places par les François.

Les Anglois & les Bourguignons s'assemblerent en grand nombre pour aller assieger Saint-Denis. Les François qui tenoient la place pour le Roi, étant avertis de leur venuë, se retirerent à Senlis, & les Anglois pillerent Saint-Denis, & emporterent les armes * de la Pucelle. Ils voulurent aussi reprendre Lagni, mais ils y trouverent si grande résistance, qu'ils furent obligez de se retirer. Les François furent plus heureux à leur entreprise sur Laval, qui avoit été pris par Talbot. Ils n'étoient que deux cens cinquante, & la ville étoit gardée par près de cinq cens Anglois. Elle fut pourtant prise: plusieurs Anglois furent tuez ou pris.

** On montre pourtant son épée à S. Denis.*

Il y eut encore plusieurs petites rencontres où les Anglois furent toujours battus, tant la chance avoit tourné. Les François firent vers la fin de cette année une entreprise sur Rouen, qui ne réussit pas; mais la Hire prit par escalade Château-Gaillard forte place, & délivra le Sire de Barbasan qui y étoit prison-

---

Rex & exercitus aliquantum ulterius processissent, venit illa denuo; instat ut Trecæ urbs Campaniæ obsideatur, & cum tanta solicitudine obsecrat, ut optatum assequatur. Urbs illa obsessa statim deditionem fecit. Catalaunenses Regi appropinquanti obviam venere, claves urbis suæ deferentes. Rhemenses quoque Regi sese dediderunt. In isthac autem urbe pro more & cum solita celebritate inunctus sacratusque Rex fuit, atque ut in usu tunc erat, Eques Carolus factus conclamatusque fuit ab Alenconio Duce.

Le même.

Inde autem versus Laudunum movit, quæ urbs statim deditionem fecit. Aliæ quoque urbes & oppida: Augusta Suessionum, Castrum-Theodorici, Provinum, Creciacum, portas ipsi aperuere. Dux Bethfordiensis Lutetia cum exercitu in occursum Regis movit; sed cum nollet prœlii fortunam tentare, Lutetiam retrocessit. Altera autem vice Lutetia cum exercitu exiit, & prope Domnum-Martinum in tutissimo loco castra posuit, Rexque noluit ipsum in tam difficili loco confidentem invadere. Ibi plurimæ inter Francos & Anglos velitationes, leviaque certamina fuere, ubi modo hi, modo alii, plurimos amiserunt, aut cæsos aut captos. Ex modo & situ castrorum, & ex motibus Anglorum existimabatur illos manus conferere, & justo prœlio decernere nolle. Aliæ urbes & oppida, Compendium, Silvanectum, Bellovacum & oppidum Sancti Dionysii sese Regi Carolo dedidere. Puella vero Lutetiam expugnare tentavit; sed in oppugnatione vulnere confossa est, & saucia recessit: posteaque in Ecclesiam sancti Dionysii venit, ubi arma sua obtulit; hodieque gladius ejus, & Tabella depicta Puellam repræsentans ibidem visitur. Latiniacum etiam sese Regi dedidit.

Angli & Burgundiones magno numero coacti, sancti Dionysii oppidum obsessum venerunt. Franci vero præsidiarii de illorum adventu submoniti, Silvanectum recesserunt. Angli sanctum Dionysium expilarunt, & arma Puellæ abstulere secum; posteaque Latiniacum occupare tentant, sed tantam se propulsantium Francorum fortitudinem experti sunt, ut re infecta discederent. Feliciori exitu Franci Lavallium aggressi sunt, quod oppidum a Talbotio captum fuerat. Erant porro adorientes Franci ducenti quinquaginta tantum: præsidiarii autem Angli quingenti oppidum tenebant, & tamen a tam modica Francorum manu oppidum captum fuit. Multi Anglorum ceciderunt, nec minore numero capti sunt.

Multa quoque alia leviora prœlia commissa fuere, ubi Angli semper devicti, & fugati sunt: usque adeo mutata armorum sors & fortuna fuerat. Hoc vertente anno Franci Rothomagum ex improviso capere tentarunt, sed irrito conatu. Verum Hiræus Castrum-Galliardum munitissimum locum cepit, & Barbasanum, qui ibidem captivus detinebatur, liberavit.

nier. Le Roi joieux de ſa délivrance, l'envoia commander en Champagne.

La Pucelle qui avoit pris Monſtier-Saint-Jean, & s'étoit avancée vers le Berri, s'en revint bien acccompagnée à Lagni ſur Marne, où aiant appris que trois ou quatre cens Anglois traverſoient l'Iſle de France, elle ſortit bien accompagnée de pluſieurs Chevaliers & du Capitaine Barrée, & fondit ſur ces Anglois, qui furent tous tuez ou pris. Vers ce même tems les Comtes d'Hontinton & d'Arondel, & Jean de Luxembourg avec un grand nombre d'Anglois & de Bourguignons vinrent mettre le ſiége devant Compiegne, & attaquerent puiſſamment la place. La Pucelle vint au ſecours, & entra dans la ville. Elle fit pluſieurs ſorties contre les Anglois & les Bourguignons. Elle en fit enfin une où elle fut malheureuſement priſe par ces derniers. Jean de Luxembourg qui commandoit les Bourguignons, la vendit aux Anglois, qui la regardant comme la principale cauſe de leurs malheurs & de leurs pertes, la menerent à Rouen, où ils l'accuſerent de magie, d'apoſtaſie, d'hereſie, de diſſolution dans ſes mœurs, tous faits faux, comme l'atteſtoient ceux qui l'avoient vûë de près, & avoient obſervé ſa conduite. Ils la firent enſuite brûler publiquement à Rouen l'an 1431. Depuis ce tems-là ſa memoire fut rétablie ſolennellement dans une aſſemblée d'Evêques.

1430.

La Pucelle priſe par les Anglois, & brulée.

Quelques-uns ont dit qu'elle s'étoit échappée des mains des Anglois, qu'une autre avoit été brûlée en ſa place, & que depuis ce tems-là elle s'étoit mariée, & avoit eû des enfans. Ils apportent même des certificats & des atteſtations qui en font foi : mais l'hiſtoire de la priſe & de l'execution qui s'enſuivit eſt ſi averée & atteſtée par tant d'hiſtoriens du tems, qu'il ſemble qu'on n'en puiſſe douter ; d'ailleurs l'acte public que nous avons de ſa juſtification, ſigné par pluſieurs Evêques à l'occaſion des crimes que les Anglois lui impoſerent, fait voir que c'étoit l'opinion generale de ce tems-là. S'il y a donc quelque verité dans les actes contraires qu'on produit, il faudra dire que c'étoit quelque fille qui reſſembloit à Jeanne d'Arc, que ſes freres ou par erreur ou par interêt l'auront reconnue, & que celle-là, & non la veritable Jeanne la Pucelle, ſe ſera mariée à un homme de qualité, & en aura eû des enfans.

Les Anglois après avoir été quelque tems devant Compiegne furent obligez de

---

Qua re comperta Rex lætus admodum, Barbaſanum in Campaniam miſit, ut ibi Francis pugnatoribus imperaret.

Char- Puella quæ Monaſterium S. Joannis, oppidum ſic vocatum ceperat, & verſus Bituricas moverat, inde regreſſa Latiniacum ad Matronam venit, cumque ibidem comperiſſet trecentos, quadringentoſve Anglos per Inſulam Francicam iter habere, cum equitibus multis & Barreo duce movit, Angloſque illos adorta eſt, qui vel cæſi, vel capti omnes ſunt. Idem circiter tempus Comites Hontintonis & Arundelli cum Joanne Luxemburgenſi & copiis multis Anglorum & Burgundionum Compendium obſeſſum venerunt, oppidumque validiſſime oppugnarunt. Puella vero Joanna illò advolavit, atque in oppidum ingreſſa eſt. Sæpe autem erupit contra Anglos & Burgundiones : infeliciter autem accidit ut demum a Burgundionibus caperetur. Joannes vero Luxemburgenſis Burgundionum Dux ipſam Anglis vendidit, qui illam ut infortuniorum jacturarumque ſuarum cauſam habentes, Rothomagum adduxerunt, & de magia, apoſtaſia, hæreſi, deque corruptis moribus ipſam accuſarunt, quæ falſa eſſe crimina atteſtantur quotquot ejus vitam, mores & acta accurate obſervaverant, ipſamque poſtea Rothomagi incendio publice perire curavere anno 1431. Ab illo tempore memoria ejus in cœtu ſolenni Epiſcoporum reſtituta fuit.

Sub hæc quidam dixere ipſam ex Anglorum manibus elapſam fuiſſe, aliamque in locum ejus incendio periiſſe, poſteaque Joannam Puellam connubio junctam filios ſuſcepiſſe, teſtimoniaque & reſcripta afferunt rem quaſi certam & indubitatam confirmantia ; ſed hiſtoria ejus, quomodo ſcilicet capta & combuſta fuerit, tot Scriptorum ejuſdem ævi teſtimoniis aſſeritur, ut nullo modo dubitari poſſe videatur rem eo quo jam narravimus modo peractam fuiſſe. Et aliunde acta illa publica, queis Joanna ab oblatis Anglorum nequitia criminibus purgatur, & Epiſcoporum ſubſcriptionibus munita ad nos uſque devenerunt, illam tunc omnium fuiſſe opinionem confirmant. Si quid ergo veritatis inſit in iis actis quæ contraria affirmant, dicendum erit aliam fuiſſe puellam, Joannæ iſti ſimilem vultu & ſtatura ; fratreſque ejus ſive errore ductos, ſive quæſtûs cauſa, illam ut ſororem ſuam excepiſſe, atque iſtam, non aliam priorem Joannam cum viro nobili connubio junctam fuiſſe, ac filios ſuſcepiſſe. *Maresl.*

Angli poſtquam Compendium obſederant, obſidio-

Siege de Compiegne levé.

lever le ſiege avec perte de beaucoup de leurs gens ; ce qui arriva en cette maniere. Le Comte de Vendôme & le Maréchal de Bouſſac ramaſſerent quinze cens hommes, & vinrent donner ſur un quartier des aſſiegeans Anglois & Bourguignons, qui étoient bien retranchez : ils forcerent leurs retranchemens, & les pouſſerent ſi vivement, qu'après avoir perdu beaucoup de leurs gens tuez ou pris, ils furent obligez de repaſſer l'Oiſe ſur un pont qu'ils avoient fait. Au même tems, & d'un autre côté la garniſon fit une ſortie ſur quatre cens Picards qui furent preſque tous tuez. Les aſſiegeans qui étoient du côté de la forêt, furent auſſi défaits. La nuit ſuivante, les Anglois & les Bourguignons délogerent & laiſſerent dans leur camp toute leur artillerie, leur bagage & leurs vivres dont les aſſiegez profiterent.

Le Roi Charles qui étoit en traité de paix avec le Duc de Bourgogne, voulut lui livrer cette place, & envoia ordre à Guillaume de Flavi, qui en étoit Gouverneur, de la lui remettre : mais celui-ci refuſa de le faire. On remarqua depuis que cette déſobéïſſance fut fort utile au Roiaume de France : car ſi les Bourguignons & les Anglois euſſent été maîtres de Compiegne, ils auroient été à portée de ſe rendre maîtres d'autres villes, que celle-ci mettoit à couvert.

En cette même année Philippe Duc de Bourgogne établit l'Ordre de la Toiſon d'or.

La ville de Melun ſe remit en l'obéïſſance du Roi, & envoia demander du ſecours pour prendre le château où s'étoit retirée la garniſon Angloiſe. Avec ce ſecours le château fut pris dans peu de jours. Après la priſe de Melun le château de Provins, Moret & pluſieurs autres villes & fortereſſes, ou ſe rendirent, ou furent priſes ſur les Anglois. Ils firent une perte conſidérable en Champagne, où s'étant unis avec les Bourguignons juſqu'au nombre de ſept à huit mille ils ſe mirent aux champs pour faire quelque ſiege, ou pour chercher quelque avanture. Le Seigneur de Barbaſan, qui ſe trouva alors à Châlons ramaſſa du monde de tous les environs, & forma un corps de trois mille hommes, & malgré la diſparité du nombre, il alla les attaquer. On ſe battit long-tems, & enfin les François furent ſuperieurs. Les Anglois & les Bourguignons laiſſerent ſur la place un grand nombre de morts, & cinq ou ſix cens priſonniers. Les François n'y perdirent que quatre-vingts hommes.

Les Anglois défaits en Champagne.

---

nem ſolvere coacti ſunt, multoſque ſuorum amiſere. Res hoc modo geſta fuiſſe narratur. Comes Vindocinenſis & Buſſacus Mareſcallus mille quingentos armatos viros collegere, & partem aliquam caſtrorum Anglorum & Burgundionum, quæ tamen propugnaculis probe munita erant, invaſerunt : propugnacula autem vi & impetu tranſilierunt : atque ita ſtrenue hoſtes ſunt aggreſſi, ut per pontem quem ipſi fecerant, Iſaram Angli trajicere coacti ſint. Eodem tempore præſidiarii Compendienſes in alteram caſtrorum partem eruperunt, ubi erant Picardi quadringenti, qui pene omnes interfecti ſunt. Illi quoque hoſtes qui verſus Silvam Compendium cingebant, profligati ſunt. Nocte vero ſequenti Angli & Burgundiones deſertis caſtris ſuis, tormenta bellica, commeatum totum & annonam reliquere, quæ omnia in præſidiariorum bonum & commodum ceſſere.

Rex Carolus qui tunc cum Burgundiæ Duce de pace agebat, Compendium urbem ipſi obtulit, & Guillelmo Flaviacenſi, qui tum Præfectus in oppido erat, mandavit ut oppidum Duci traderet. Renuit Guillelmus, neque tradidit, poſteaque animadverſum fuit hanc Flaviacenſis pertinaciam Regno admodum utilem fuiſſe : nam ſi Compendium in manibus Burgundionum & Anglorum manſiſſet, potuiſſent alia quoque oppida invadere, quæ Compendii beneficio aditu difficilia & tuta manſerunt.

Hoc anno Philippus Burgundiæ Dux celeberrimum Velleris aurei Ordinem equeſtrem conſtituit.

Melodunum oppidum ſeſe in Regis Caroli poteſtatem reſtituit, & ab illo opem poſtulavit ad caſtellum expugnandum, quo ſe receperant Angli præſidiarii. Advenientibus vero copiis regiis, caſtellum dierum paucorum ſpatio captum eſt. Poſt captum vero Melodunum, Provinenſe caſtellum, Moretum, aliaque oppida, vel ſeſe dediderunt, vel ex Anglorũ manibus erepta ſunt. Non modica Angli clade ſunt affecti in Campania, ubi cum Burgundionibus juncti ad numerum uſque ſeptem, octove millium pugnatorum, moverunt, ut vel aliquod oppidum obſiderent, vel obvios quoſque Francos invaderent. Re comperta Barbaſanus, qui tunc Catalauni erat undique armatos viros collegit, manumque trium mille pugnatorum in agros emiſit. Etſi vero impar & viribus & pugnantium numero eſſet, hoſtem adiit. Diuturna pugna fuit ; tandemque Franci vicerunt : Angli & Burgundiones multos ex ſuis cæſos reliquerunt, ac quingenti ſexcentive a Francis capti ſunt, qui octoginta tantum ex ſuis amiſerunt.

Jean C… tier.

L'an 1431. Henri VI. Roi d'Angleterre vint descendre en France, & se rendit à Paris où il fut couronné dans l'Eglise de Nôtre-Dame. On lui mit sur la tête la Couronne de France, pendant que d'autres de ses gens tenoient entre leurs mains celle d'Angleterre. En ce même tems le Prince d'Orange qui tenoit le parti du Duc de Bourgogne s'étant mis en campagne pour se rendre maître de quelques places dans le Dauphiné, le Sire de Gaucourt alors Gouverneur de cette province, & Rodrigue de Villandres Capitaine Espagnol, qui étoit au service du Roi Charles, unirent leurs forces pour aller le combattre. Ils attaquerent son armée, & la mirent en déroute, s'enrichirent du pillage, & firent un grand nombre de prisonniers. Le Prince pour ne pas tomber entre les mains des ennemis passa sur son cheval le Rhône à la nage. 1431. Henri VI. Roi d'Angleterre couronné Roi de France.

Le Maréchal de Boussac & Poton de Saintrailles étant sortis de Beauvais pour charger le Comte d'Arondel de plus de la moitié plus fort en nombre qu'eux, furent défaits. Poton demeura prisonnier, & le Maréchal se retira avec perte. Poton de Saintrailles fut échangé pour Talbot qui avoit été pris à la bataille de Patay.

Vers ce même tems René d'Anjou, Duc de Bar, & le Sire de Barbasan assiegerent Vaudemont. Le Maréchal de Bourgogne & le Comte de Vaudemont assemblerent un grand nombre d'Anglois & de Bourguignons pour faire lever le siége. Il y eut un grand combat où le Sire de Barbasan fut tué, & le Duc de Bar, prisonnier. Le nombre des morts fut assez grand. La victoire demeura aux Anglois. Ce combat fût appellé la journée des Barons. Barbasan tué.

Ces pertes furent bien réparées par les bons succés suivans. Les Anglois aiant assiegé Saint Celerin, envoierent un gros détachement pour attaquer Ambroise de Lore fameux Capitaine François. Le combat fut fort rude & dura long-tems. Ambroise de Lore fut d'abord blessé & pris, mais ayant été délivré par ses gens, les Anglois furent enfin vaincus, & perdirent cinq ou six cens hommes. A cette nouvelle les autres Anglois qui continuoient le siege de Saint Celerin se retirerent en si grande confusion, qu'un Lieutenant d'Ambroise de Lore étant tombé sur eux en tua un grand nombre & pilla leur camp où ils avoient tout laissé, vivres, munitions & artillerie.

Ce bon succès fut suivi d'un autre qui fit beaucoup de plaisir au Roi Charles

---

[...] même. Anno 1431. Henricus VI. Rex Angliæ in Franciam exscensum fecit, & Lutetiam venit, ubi in Ecclesia Cathedrali Beatæ Mariæ coronatus fuit. Corona Francica capiti ejus imposita fuit, dum alii ex suis coronam Anglicam manibus tenerent. Eodem tempore Princeps Arausicanus, qui pro Burgundiæ Duce stabat, movit, ut quædam oppida & castra in Delphinatu occuparet. Galcurtius autem tunc istius provinciæ Rector, & Rodericus Villandrasius Hispanus, qui pro Rege Carolo militabat, junctis copiis, cum illo pugnaturi profecti sunt, ejusque exercitum adorti in fugam verterunt, prædas magnas egerunt, & captivos multos abduxere. Princeps porro ille ut ne in manum hostium caderet, Rhodanum equo natante vectus trajecit.

[...] Chartrri. Bussacus Marescallus & Poto de Santralliis Bellovaco egressi, ut Comitem Arundellianum duplo numerosiorem Anglorum manum ducentem adorirentur, profligati sunt. Poto captus fuit, & Marescallus multis suorum amissis receptui cecinit. Poto autem de Santralliis cum Talbotio Anglorum duce commutatus fuit, qui in pugna Patavienfi captus fuerat.

Idem circiter tempus Renatus Andegavensis Dux Barensis, cum Barbasano junctus Valdemontium obsedit. Marescallus autem Burgundiæ & Valdemontius Comes Anglos & Burgundiones magno numero collegerunt. Pugna committitur, fortiter utrinque decertatur, tandemque Barbasanus confossus occumbit, & Dux Barensis captivus abducitur. Victoria penes Anglos fuit: exque Francis multi ciciderunt. Hæc *Baronum pugna* appellata fuit.

Les mêmes. Hæc jactura abunde reparata fuit per sequentes feliciores eventus. Angli cum sancti Celerini oppidum obsedissent, magnam suorum manum miserunt, qui Ambrosium Loræum adorirentur, virum inter Francorum fortiores clarissimum. Acerrima pugna fuit: Ambrosius Loræus statim vulnere saucius captus fuit, sed a suis ereptus est. Angli tandem victi quingentos sexcentosve ex suis amiserunt. Re comperta cæteri Angli, qui sancti Celerini obsidionem continuabant, cum tanta perturbatione castra sua deseruere, ut qui sub Ambrosio Loræo cuidam manui militum imperabat, superveniens multos occiderit, castraque ipsorum diripuerit, ubi omnia sua reliquerant, annonam nempe, commeatum & bellica tormenta.

Tam prosperi eventus lætitia perfusus Rex Carolus,

Chartres surpris par les François.

Le Comte de Dunois surprit Chartres. Il étoit d'intelligence avec quelques-uns de la ville, qui firent ouvrir les portes pour faire entrer dans la ville des charettes chargées de vivres. Les François y entrerent avec des charettes. Il y eut des gens qui voulurent faire résistance : plusieurs furent tuez, & entre autres l'Evêque de la ville, nommé Jean de Fitigni Bourguignon. La ville fut ainsi prise. Florent d'Illiers se porta fort vaillamment dans cette entreprise.

Pendant que ces choses se passoient le Duc de Bethfort mit le siege devant Lagni, & avoit fait bâtir un pont sur la Marne. Il retrancha son camp tout autour, & continua le siege pendant cinq ou six mois. Ceux de dedans se defendoient vaillamment ; mais les vivres leur manquoient. Le Roi Charles assembla une armée pour secourir la place sous la conduite du Bâtard d'Orleans, du Maréchal de Rets, de Rodrigue de Villandres & du Sire de Gaucourt. Cette armée passa la Seine à Melun, & vint se mettre en bataille devant l'armée retranchée du Duc de Bethfort. Il y eut plusieurs escarmouches où il perit bien des gens de part & d'autre. Les Chefs des François voulurent faire entrer un grand convoi de vivres dans la place, & pour cet effet la garnison fit une sortie sur les Anglois du côté de la riviere : alors un corps de François attaqua au même quartier les Anglois qui furent tous tuez ou pris. Le Duc de Bethfort fit un mouvement pour secourir ses gens, & empêcher que les vivres n'entrassent. Il y eût-là un grand combat, & bien des gens tuez de part & d'autre ; cependant les vivres passerent, & le Sire de Gaucourt entra dans la place avec un bon nombre de troupes pour la défendre.

Les Anglois obligez de lever le siége de Lagni.

Le Bâtard d'Orleans & les autres Chefs avec l'armée allerent au-dessus de Lagni jetter un pont sur la Marne près de la Ferté-sous-Jouarre. A cette nouvelle le Duc de Bethfort, craignant qu'ils n'allassent faire quelque entreprise sur Paris, leva le siege à la hâte, & laissa dans son camp son artillerie, ses munitions & grande quantité de vivres.

Montargis surpris par les Anglois.

François de Surienne, Capitaine Aragonois qui étoit au service du Roi d'Angleterre surprit le Château de Montargis où il avoit quelques intelligences, & se rendit maître de la ville. Elle fut reprise quelque tems après par les François, qui la reperdirent bien-tôt par leur négligence, dit Berri. Cette perte

---

majori gaudio afficitur, ubi arte captum Carnotum fuisse edidicit, quod hac ratione gestum fuit. Comes Dunensis cum quibusdam qui intra urbem degebant, consentiens, eamdemque operam navans, id effecit, ut carris re cibaria onustis excipiendis portæ aperirentur. Franci vero non pauci cum carris intromissi sunt. Ex oppidanis & præsidiariis multi Francos sunt adorti ut depellerent; sed ex iis multi peremti sunt ex quorum numero fuit Episcopus urbis Joannes Fitiniacensis Burgundio. Urbs sic capta fuit. Florentius de Illeriis rei fortiter gestæ laudem tulit.

Jean Chartier.

Dum hæc gererentur, Dux Betfordiensis Latiniacum obsidione cinxit, & in Matrona fluvio pontem construi curavit. Castra sua circum munivit & propugnaculis cinxit, sicque obsidio ad quinque sexve menses protracta est. Præsidiarii Anglos strenue depellebant. At res cibaria deficiebat. Tunc Rex Carolus exercitum collegit, ut hostem ab obsidione removeret, Ducesque delegit, Nothum Aurelianensem, Retium Marescallum, Rodericum Villandiasium & Galcurtium. His ducibus exercitus Meloduni Sequanam trajecit, & progressus ante castra Betfordiensis Ducis, propugnaculis cincta, venit. Multæ velitationes leviaque certamina fuere, in queis multi ex utraque parte ceciderunt. Francorum duces commeatum grandem & annonam in urbem immittere tentavere, utque res prospere cederet, præsidiarii in Anglos versus fluvium eruperunt, ex eodemque latere Franci qui in exercitu erant hostem sunt aggressi. Angli vero qui in isto castrorum latere pugnabant, omnes pene cæsi vel capti sunt. Tum Betfordiensis Dux movit ut suis ferret opem & commeatum annonamque ab ingressu in oppidum arceret. Hinc acerrime pugnatur, & ex utraque parte multi cecidere. Inter hæc vero commeatus & annona in oppidum intromittuntur, & Galcurtius cum manu militum ingreditur, ut præsidium augeat.

Tunc Nothus Aurelianensis, aliique duces cum exercitu adverso flumine progressi, ad usque oppidum cui nomen Firmitas-sub-joaro, pontem ad fluvii transitum struxere : qua re comperta Betfordiensis Dux, metuens ne Lutetiam invasuri moverent, ita festinanter obsidionem solvit, ut in castris suis tormenta bellica, munimenta omnia, & rem cibariam grandem relinqueret.

Ber

Franciscus de Surienna dux Aragonensis, qui tunc pro Anglorum Rege militabat, castellum Montis-Argisii ex improviso scalis admotis cepit, secum consentientibus quibusdam qui in ipso castello erant, & postea oppidum ipsum cepit. Quodam autem elapso temporis spatio Franci oppidum recuperarunt, nec diu postea ex negligentia nimia denuo amiserunt, ut narrat Biturix historiæ Scriptor, quæ res Francis

fit

fit beaucoup de déplaisir à toute la Nation. On s'en prenoit au Sire de la Trimouille qui gouvernoit tout à la Cour, & ce fut une des principales causes de sa disgrace.

Il y eut en la même année un grand nombre de rencontres ou de petits combats où les François furent presque toujours victorieux, même à beaucoup plus petit nombre. Ambroise de Lore qui se signaloit souvent par sa valeur & par son adresse, fit un grand butin sur ceux qui alloient à la foire de Caen, & plus de trois mille prisonniers. Il fit aussi un grand nombre d'expeditions semblables. Il n'est guere de Capitaine François de ces tems-là plus celebre que lui.

Une dissension qui arriva l'année suivante auroit pû être fort pernicieuse à la France, si elle avoit duré. Le Duc d'Alençon fit saisir l'Evêque de Nantes, Chancelier de Bretagne pour une somme que lui devoit le Duc de Bretagne du mariage de sa mere, sœur du même Duc; qui indigné de l'insulte alla assieger le Duc d'Alençon dans le Château de Pouancey, où il étoit avec sa mere & sa femme & assez petite compagnie de gens de guerre. Le Duc surpris de se voir assiegé, se déroba promtement lui septiéme, & laissa dans le château les deux Dames. Ambroise de Lore y fit entrer quelques troupes. Le Duc commença le siege, & appella son frere le Comte de Richemont Connétable, qui amena du monde. Le Duc d'Alençon ramassoit aussi des gens de son côté: mais le Comte de Richemont menagea un accommodement qui se fit au grand bonheur de la France. 1432.

Progrès du Comte d'Arondel.

Le Comte d'Arondel Anglois de grande réputation, se mit en campagne pour prendre des places sur les François. Il prit d'abord Bonmolins par composition. Il alla ensuite mettre le siege devant Orte, qui se rendit de même. Sainte-Susanne qu'il assiegea ensuite lui coûta un peu plus à prendre par l'adresse d'Ambroise de Lore, qui mit une fois son camp en désordre: mais il vint enfin à bout de cette entreprise. Il assembla après un plus grand nombre de troupes pour aller assieger le château de Saint Celerin qui se défendit bien, & qui fut enfin obligé de se rendre. Il alla ensuite assieger Sillé-le-Guillaume dans le Maine. L'armée Angloise étoit nombreuse, & le Commandant François fut obligé de

---

omnibus admodum displicuit. Tam male gestæ rei culpa in Tremollium qui tunc in aula Regia omnia moderabatur, conjecta fuit; hincque maxime, tantum illud, quod postea narrabitur, infortunium nec opinantem ipsum invasit.

Hoc ipso anno multa levia certamina fuere, ubi Francis, etiam numero inferioribus, sæpius fortuna favit. Ambrosius Loræus, qui & arte & fortitudine bellica inter bellatores præcipuos censebatur, prædas egit ingentes, illos adortus, qui ad nundinas Cadomenses properabant, & plusquam tria captivorum millia abduxit. Multas ille similes expeditiones auspicatò suscepit. Vix quemquam invenias in historia temporis istius celebriorem.

Char-

Dissensio anno sequenti suborta, multum fortasse damni Francicis rebus importatura erat, nisi sopita fuisset. Dux Alenconius Episcopum Namnetensem, Britanniæ Armoricæ Cancellarium, comprehendi curavit, pro pecuniæ summa matris suæ connubium spectante, a Britanniæ Duce sibi debita; mater quippe ipsius, Ducis Britanniæ soror erat. Quam rem indigne ferens Britanniæ Dux, in Povenceo castello Alenconium obsedit; nam ibi tunc ille degebat cum matre & uxore sua, paucisque armatis viris. Dux vero Alenconius ex improviso se obsessum cernens, cum sex aliis viris furtim dilapsus est, matre uxoreque in castello relicta. Ambrosius vero Loræus armatorum manum in castellum immisit. Locum obsidet Dux Britanniæ & Constabularium Franciæ fratrem suum in opem evocat, qui cum manu militum ipsum adiit. Dux etiam Alenconius pugnatores undique colligebat. At Constabularius pactis conditionibus pacem inter ambos conciliavit, id quod feliciter in rei Francicæ bonum peractum fuit.

Le même

Comes Arundellianus, dux inter Anglos clarissimus, ut castra & oppida quæ Francis parebant expugnaret, cum exercitu movit, brevique Bonum-Molendinum castrum pactis conditionibus cepit. Deinde Ortam obsedit, quæ similiter deditionem fecit. Sanctæ Susannæ oppidum postea obsidione cinxit, atque industria & arte Ambrosii Loræi diuturnior obsidio fuit. Ille namque castra Arundelliana semel adortus, magnam in Anglorum ordinibus perturbationem attulit. Tandem castrum ad deditionem faciendam compulsum est. Sub hæc autem Arundellius novas copias exercitui suo adjunxit, ut sancti Celerini castellum obsideret. Præsidiarii vero obsidentes se viriliter propulsarunt, tandemque castrum dedere coacti sunt. Movit inde Arundellius, & Silleum-Guillelmum castrum apud Cenomanos obsedit. Numerosus erat Anglorum exercitus, & qui Præfectus Francorum in castro erat ad deditionis pacta venire com

capituler, & promit de ſe rendre, s'il n'étoit ſecouru dans ſix ſemaines. Le Duc d'Alençon, Charles d'Anjou, & le Connétable de Richemont ramaſſerent un grand nombre de troupes pour aller faire lever le ſiége : mais les Anglois, qu'on accuſa de n'avoir pas bien obſervé les termes de la capitulation, ſe retrancherent ſi bien, qu'on ne jugea pas à propos de les attaquer dans leur camp, & la place ſe rendit.

Le Comte d'Arondel prit encore quelques petites places dans le Maine & dans l'Anjou, & s'en retourna en Normandie, où les Anglois avoient pris la ville de Louviers.

Peu de tems après la Hire & Poton de Saintrailles partirent de Beauvais, allerent ſe ſaiſir de Gerberoi, & ſe mirent à fortifier la place. Le Comte d'Arondel vint avec beaucoup de troupes pour les empêcher de continuer leur manœuvre. La Hire & Poton voiant qu'ils ne pouvoient faire longue réſiſtance dans une place qui n'étoit ni en état de défenſe, ni munie de vivres, aimerent mieux ſortir pour combattre les Anglois, qui étoient plus de trois contre un, que de ſe laiſſer aſſieger. Le choc fut des plus rudes; le Comte fit des prodiges de valeur, mais il fut enfin défait avec toute ſa troupe. Il y eut grand nombre d'Anglois tuez & beaucoup de priſonniers entre leſquels étoit le Comte d'Arondel qui mourut de ſes bleſſures. On a déja vû ci-devant & on le voit encore ici que la ſuperiorité que les Anglois avoient auparavant ſur les troupes Françoiſes, les François l'avoient repriſe ſur eux, & qu'ils les battoient ſouvent quoiqu'inférieurs en nombre. Berri dans ſon hiſtoire met cette action en 1435.

Il eſt défait & tué.

1433. Il y eut l'an 1433. une ſcene à la Cour, qui y apporta bien du changement. Le Roi Charles avoit ce foible de ſe laiſſer gouverner par des favoris, qui ſouvent abuſoient de leur crédit. Le Connétable de Richemont, homme haut à la main, en avoit déja écarté quatre; le Préſident Louvet & Tannegui du Châtel, qui furent éloignez de la Cour; Giac qui fut éxecuté pour ſes malverſations, & le Camus de Beaulieu, tué à Poitiers, à qui ſuccéda du conſentement du Connétable le Sire de la Trimouille. Celui-ci gouvernoit abſolument le Roi, & lui faiſoit faire bien des choſes qui déplaiſoient aux Princes

La Trimouille enlevé d'auprès du Roi.

---

pulſus eſt, illaque conditio fuit, ut ſi intra ſex hebdomadas auxilium ſibi non accederet, deditionem ipſe faceret. Dux Alenconius, Carolus Andegavenſis & Ricomontius Conſtabularius, copias undique collegerunt ut obſidionem amoverent. Verum Angli, qui quod pactas conditiones non ſervaverint accuſati ſunt, caſtra ſua firmis propugnaculis cinxerunt; ita ut Francorum exercitus, cum nonniſi magno periculo ipſos adoriri poſſet, abſceſſerit; caſtrumque Anglis traditum fuit.

Alia quoque oppidula & caſtra Comes Arundellianus cepit in tractibus Cenomanorum & Andegavenſium, poſteaque in Normanniam reverſus eſt, ubi Angli Luparias ceperant.

Le même. Modico elapſo tempore Hiræus & Poto de Santralliis Bellovaco profecti, Gerboredum occupatum venerunt, oppidumque munire & propugnaculis cingere cœperunt. Comes vero Arundellianus cum grandi copiarum manu celeriter acceſſit, ut a cœpto ipſos cohiberet. Hiræus autem & Poto videntes non poſſe ſe diu hoſtem propulſare in oppido, nec propugnaculis, nec re cibaria inſtructo, maluere ad pugnandum exire, etſi tam impar numerus erat ut ſinguli Franci tres ſaltem Anglos adverſos haberent, quam obſidionem ferre. Acerrima pugna fuit, diuque incerto marte decertatum eſt. Arundellius tanto animo, tantaque fortitudine pugnavit, ut vix uſpiam certator ſimilis viſus fuerit; ſed Angli tandem devicti ſunt, eorum multi cæſi, nec pauciores capti fuere, ex quorum numero fuit Arundellianus Comes, qui non multo poſtea ex vulneribus interiit. Jam ſupra vidimus id quod hîc etiam obſervatur, quod nempe ut Angli olim etſi numero impares, Francos profligabant; ita Franci nunc ſe multo numeroſiores Anglos ſæpe funderent vincerentque. Biturix hiſtoriæ Scriptor hanc rem geſtam in annum 1435. conſignat.

Anno 1433. in aulam Regiam res ſingulari modo geſta magnam intulit mutationem. Ea indole erat Rex Carolus, ut gratioſum ſibi quempiam ſemper penes ſe haberet, cujus nutu omnia exſequebatur, etiamque ea ſæpe quæ non expedirent. Ricomontius vero Conſtabularius jam quatuor hujuſcemodi ex regio conſortio abegerat; Lupetum Præſidem & Tanaquillum de Caſtello qui ab aula regia eliminati ſunt; Giacum qui direptæ pecuniæ cauſa ſupplicio affectus eſt, Simum de Belloloco, qui in Pictavorum urbe occiſus eſt. Huic autem aſſentiente Conſtabulario ſucceſſit vir nobilis Tremollius. Hic vero Regis animum prorſus occupaverat, & ad ea diſponenda agendaque impellebat, quæ Principibus proceribuſque au- *Jean C... tier.*

& aux Seigneurs de la Cour. On attribuoit à sa négligence la prise & reprise de Montargis par les Anglois. Le Connétable résolut de le chasser & de le faire enlever comme les autres. On disoit même que la Reine étoit du complot, & son frere Charles d'Anjou fut aussi de la partie. Le Roi étant à Chinon, les Sires de Bueil, de Chaumont & de Cotivi se chargerent de l'enlever, & comme il fit quelque résistance, il fut blessé d'un coup d'épée dans le ventre. Ceux qui le saisirent l'enfermerent dans le château de Montresor.

Cet enlevement fit grand bruit à la Cour; le Roi tout étonné ne savoit ce que cela vouloit dire: mais les auteurs de l'enlevement vinrent le trouver, avouerent qu'ils avoient fait le coup, mais que c'étoit pour son bien, & pour celui du Roiaume. Charles d'Anjou tourna si bien l'esprit du Roi, qu'il approuva publiquement cette action, & le même Charles beau-frere du Roi, prit sur lui une plus grande autorité que n'avoit eu la Trimouille. Les auteurs de l'enlevement eurent aussi du crédit; mais cela ne dura gueres. La Trimouille ne put sortir de prison, qu'en donnant une bonne somme d'argent à du Beuil, qui étoit pourtant neveu de sa femme.

Revolte de la Basse Normandie contre les Anglois.

En cette même année le menu peuple de la Basse Normandie fort mécontent de la domination Angloise, se révolta. Les payisans des villages que les Anglois avoient fait armer pour défendre le payis, s'ameuterent & firent un corps de soixante mille hommes. Ils mirent à leur tête quelques Chevaliers, & allerent assieger Caen. Les Anglois qui gardoient la ville, dresserent une embuscade à cette populace peu aguerrie, en tuerent plusieurs, & dès-lors presque toute la troupe se dissipa; il en resta quelques-uns sous les armes que le Duc d'Alençon voulut soutenir; mais tous firent enfin leur paix avec les Anglois.

Peu de tems après les Anglois aiant fait armer les Communes du payis de Caux, elles mirent sur pied plus de vingt mille hommes, à la tête desquels étoit un nommé Carnier. Ils ne savoient au commencement s'ils se joindroient aux François ou aux Anglois. Il arriva quelque tems après, que le Maréchal de Rochefort & d'autres Seigneurs François surprirent par escalade la ville de Dieppe. Alors toute la troupe de Carnier se joignit à eux, & ils prirent ensemble

---

licis admodum displicerent. Ipsius oscitantiæ & incuriæ adscribebatur illa ab Anglis facta Montis-Argisii invasio. Constabularius ergo, ut illum etiam e latere regio depelleret meditatus est. Regina quoque eidem peragendæ rei operam dabat, ut ferebatur; Carolusque similiter Andegavensis huic advigilabat negotio. Viri proceres de Buculio, de Calvomonte, & de Cotiviaco, id in se susceperunt, ut illum alio transferrent; cum vero reluctaretur ille, ictu gladii in ventre vulneratur, transferturque in Montis-Thesauri castellum, ubi sub custodia asservatur.

Tremollio sic ablato, nec ultra comparente, rumor in aula regia coortus est. Rex stupefactus quid illud esset ignorabat: verum ii qui Tremollium abduxerant, Regem Carolum adierunt; se rei auctores esse confessi sunt; sed illud se suscepisse quasi rem & Regi & toti Regno utilissimam. Carolus autem Andegavensis Regis gener, ejus animum ita demulsit, ut rem gestam ipse publice probaret. Ipse vero Carolus Regis gener sese magis, quam Tremollius ante fecerat, in Regis animum & gratiam insinuavit, & majori sub hæc auctoritate valuit. Qui Tremollium abduxerant, & ipsi quoque Regis gratiam adepti sunt, at non ad diuturnum tempus. Tremollius ex carcere educi, & libertatem nancisci non alio modo potuit, quam statam pecuniæ summam Buculio numerando, qui tamen Buculius uxoris Tremollii cognatus erat.

Jean Chartier. Berri.

Hoc eodem anno in Normannia inferiori plebs, Anglorum dominatum ægre ferens, rebellionem fecit. Rustici autem quos Angli per vicos arma sumere jusserant, ut patriam defenderent, eadem arma contra ipsos Anglos converterunt, sibi equites quosdam duces constituerunt, & 60000 numero Cadomum obsessum venerunt. Angli vero præsidiarii imperitæ & imbelli plebi insidias struxerunt, multosque occiderunt. Exindeque totus fere exercitus ille dissipatus est. Residui quidam superfuere armati, quos Alenconiensis Dux protegere & contra Anglos adhibere voluit; sed omnes tandem cum Anglis pacem fecere.

Paulopost Angli cum in Caletensi agro populos arma sumere jussissent, plusquam viginti mille viri armati congregati sunt, duce quodam Carnerio. Hi quidem initio nesciebant utri partium Anglisne an Francis sese dedituri essent. Contigit autem paulo postea, ut Rupefortius Marescallus, aliique proceres Franci Dieppam scalis admotis caperent. Tunc vero totus exercitus Carnerio duce Francis adjunctus est, simulque ceperunt Harflevium,

Harfleur, Fescamp, Monstiervilliers, Tancarville & Lislebonne; en sorte qu'il ne restoit plus aux Anglois dans le payis de Caux que Caudebec & Arques. Berri marque la prise de Dieppe en 1435. & dit que ce fut le Maréchal de Rieux qui surprit cette ville en la maniere que nous rapporterons plus bas. On mit dans les places prises des garnisons qui pillerent les campagnes, & faisoient bien du désordre. Les Anglois reprirent depuis quelques-unes de ces places. Dans la Basse-Normandie un Capitaine Anglois nommé Venables fut battu deux fois par les troupes du Sire de Loheac, & perdit dans les deux rencontres près de cinq cens de ses gens. Les Chefs des Anglois lui firent couper la tête.

1434. L'année d'après Corbeil ville & château fut réduit sous l'obéissance du Roi. Le Capitaine qui tenoit la place pour les Anglois la remit aux François pour une somme d'argent. La Hire & Poton de Saintrailles firent une course dans cette partie de la Picardie qui obéissoit au Duc de Bourgogne, emmenerent une grande quantité de bestiaux, & firent beaucoup de prisonniers de divers états. Jâques de Luxembourg vint pour leur faire lâcher prise; mais ils mirent tout leur butin en lieu de sûreté. Au même tems un Ecossois vendit argent comptant aux gens du Roi le château du Bois de Vincennes, où les Anglois tenoient garnison.

1435. Prise & reprise de S. Denys. Les troupes du Bâtard d'Orleans Comte de Dunois prirent ensuite Saint Denys. On y mit grosse garnison commandée par le Maréchal de Rochefort, qui venoit faire des courses jusqu'à Paris, ce qui incommodoit tellement les Anglois & les Parisiens, qu'ils ramasserent des troupes pour venir reprendre la ville. La garnison se défendit longtems. Tandis que les Anglois étoient occupez à ce siege, les François surprirent Meulan, & défirent un corps d'Anglois qui venoit trop tard pour secourir la place. La garnison de Saint Denys fut enfin obligée de capituler: la condition fut que s'ils n'étoient secourus dans trois semaines, ils rendroient la ville. Ils la rendirent en effet, & les Anglois la demantelerent. En ce même tems les habitans de Pontoise saisirent les Anglois qui gardoient leur ville, & la mirent sous l'obéissance du Roi; ils demanderent pour leur Gouverneur le Seigneur de l'Isle-Adam qui leur fut accordé. Il se tourna alors au service du Roi. Les Anglois furent fort consternez de la prise de cette place.

Fisci-Campum, Monasterium Villare, Tancredi villam, & Insulam-bonam; ita ut in Caletensi tractu Anglis solum superessent Calidobecum & Arca. Biturix Historiæ Scriptor captam fuisse Dieppam dicit anno 1435. a Marescallo Ruesio, non autem a Rupefortio, illo scilicet modo, quo infra narrabitur. In captis porro oppidis præsidiarii positi sunt, qui agros devastabant, & omnia circum diripiebant. Sed Angli postea aliquot ex hisce oppidis ceperunt. In Normannia inferiori quidam Anglorum dux, Venablius nomine, bis a Loheacio duce profligatus est, & fere quingentos ex suis in hisce duabus pugnis amisit. Alii vero Anglorum duces ipsum capite truncari jussere.

Anno sequenti Corbolium oppidum atque castellum in Regis Caroli potestatem redactum fuit: qui oppido pro Anglis præerat, ipsum Francis pro pecuniæ summa remisit. Hiræus & Poto de Santrallus incursionem fecerunt in illam Picardiæ partem, quæ Duci Burgundiæ parebat. Pecorum autem ingentem copiam abduxerunt, multosque diversæ conditionis viros ceperunt. Jacobus Luxemburgicus venit ut capta repeteret; sed illi in tutum locum omnia deduxere. Eodem tempore Scotus quidam pro numerata pecuniæ summa castellum Vincennarum Regiis Ministris vendidit, in quo castello præsidium tenebant Angli.

Nothi Aurelianensis copiæ sancti Dionysii oppidum postea ceperunt, ibique numerosum positum præsidium fuit, duce Marescallo Rupefortio, qui terras quotidie ad usque Lutetiam devastabat: quæ res tantum incommodi pariebat Anglis & Parisinis, ut illi simul collectis copiis oppidum obsessum venirent. Præsidiarii diuturna defensione obsidentes se propulsarunt. Dum Angli in hac obsidione perstarent, Franci Mellentum ex improviso ceperunt, & Anglorum manum, quæ auxiliatura suis tardius veniebat, profligaverunt. Præsidiarii S. Dionysii tandem pro deditione oppidi pacisci coacti sunt, illa conditione, ut si intra trium hebdomadarum spatium auxilium nullum accederet, oppidum ipsi redderent; quo transacto tempore ipsum dedidere. Angli vero oppidi muros solo æquavere. Eodem tempore Pontisarenses cives præsidiarios Anglos comprehenderunt, & sese cum urbe sua Regi Francorum dediderunt, a quo Præfectum postularunt Insulæ-Adami Toparcham, qui ipsis concessus fuit. Tuncque iste primum ad Regis Caroli partes transiit: qua amissa urbe consternati admodum Angli fuere. Jean Chartier.

Ces guerres continuelles ne laissoient pas de fatiguer les deux partis, & même les François, quoiqu'ils eussent l'avantage. Les campagnes étoient ruinées : la difficulté de trouver des vivres augmentant tous les jours, on traita enfin de la paix entre Charles VII. Roi de France d'un côté, & Henri VI. Roi d'Angleterre, & Philippe Duc de Bourgogne de l'autre. Le lieu marqué pour les assemblées fut la ville d'Arras. Le Pape y envoia le Cardinal de Sainte-Croix, accompagné de plusieurs autres Evêques & Abbez. De la part du Roi de France vinrent le Duc de Bourbon, le Comte de Richemont Connétable, l'Archevêque de Rheims & un grand nombre de Seigneurs ou personnages de distinction. Les Ducs de Bretagne, d'Alençon & de Bar y envoierent aussi leurs Ambassadeurs. De la part du Roi d'Angleterre s'y trouverent le Cardinal de Vincestre, l'Archevêque d'Yorc & plusieurs autres Prélats ; les Comtes d'Hontinton & de Suffolc & grand nombre d'autres Seigneurs. Pour le Duc de Bourgogne, les Evêques de Liege, de Cambrai & d'Arras, le Chancelier de Bourgogne, le Duc de Gueldres, plusieurs Comtes, Seigneurs & autres. Les Flamans, Brabançons, Hollandois y envoierent aussi leurs Députez.

Traité d'Arras.

Le Cardinal Legat exhorta les Princes à la paix. On commença à traiter avec les Anglois : mais les propositions qu'ils firent, & desquelles ils ne vouloient rien relâcher, étoient si déraisonnables, qu'on fut obligé de rompre avec eux. Le Roi Charles leur offroit la Normandie & la Guienne, à condition qu'ils lui en feroient hommage. Mais à leur grand malheur, ils ne voulurent pas même en écouter la proposition. Et l'on traita avec le Duc de Bourgogne auquel on fut obligé d'accorder bien des choses, qui n'auroient point passé dans un tems moins fâcheux. Voici les principaux articles de cette paix d'Arras.

Le Roi se déclaroit innocent de la mort du Duc Jean de Bourgogne, & promettoit qu'il poursuivroit ceux qui avoient fait le meurtre, & ne donneroit jamais retraite à pas un d'eux ; qu'il fonderoit quelque Chapelle & un Monastere de Chartreux pour le repos de son ame ; que pour les joiaux & autres choses qui avoient été enlevées à sa mort, il donneroit cinquante mille écus.

Paix faite avec le Duc de Bourgogne.

Il laissoit au Duc de Bourgogne quelques villes de Bourgogne qu'il possedoit ci-devant, & aussi quelques droits ; les uns à perpetuité, les autres pour sa

---

an Char-
r. Berri.
onstrelet.

Perpetua isthæc bella oneri molestiæque erant ambabus bellantium partibus, etiamque Francos etsi prospero ut plurimam exitu rem gerebant. Ingens vastitas in agris erat, rei cibariæ penuria crescebat in dies. De pace denique actum fuit Regem inter Franciæ Carolum VII. ex una parte & Henricum VI. Angliæ Regem, Philippumque Ducem Burgundiæ, ex altera. Ad congressum autem indictus locus fuit, Atrebatum urbs. Summus Pontifex illò misit Cardinalem de Sancta Cruce, quem comitabantur plurimi alii Episcopi & Abbates. Ex parte Regis Francorum venere Dux Borbonius, Comes Ricomontius Constabularius, Archiepiscopus Rhemensis, multique primores ac viri insignes. Duces quoque Britanniæ, Alenconii & Bari suos illuc Oratores miserunt. Ex parte Regis Angliæ Cardinalis Vincestriensis, Archiepiscopus Eboracensis & plurimi alii Episcopi, Comites Hontintoniensis & Suffolcii, plurimique alii primores. Pro Burgundiæ Duce Episcopi Leodiensis, Cameracensis, Atrebatensis, Burgundiæ Cancellarius, Dux Gueldriensis, plerique Comites, proceres, & alii. Flandri quoque, Brabantiones & Hollandi Oratores suos illo miserunt.

Cardinalis Legatus Principes ad pacem hortatus est, cœptumque fuit de pace cum Anglis agere ; sed conditiones ab illis oblatæ, a quibus nihil demere volebant ; a recta ratione usque adeo deflectebant vix ut tolerari possent ; ita ut cum illis de pace agere cessatum sit. Rex vero Carolus ipsis Normanniam Aquitaniamque offerebat, illa conditione, ut de his sibi provinciis Rex Angliæ hominium præstaret ; sed ex infausta sibi ipsis pertinacia, ne auditu quidem hæc ferre voluerunt. Tunc cum Duce Burgundiæ tantum de pace actum est, cui multa concessa fuere, quæ in meliore rerum & temporum statu ne postulata quidem fuissent. En præcipuas pacis istius conditiones.

Rex se necis Joannis Burgundiæ Ducis nullo modo consortem vel conscium fuisse declarabat, pollicebaturque se insequuturum eos qui ipsum interfecissent, neminemque illorum apud se receptum habere passurum ; seque, in animæ ipsius Ducis requiem, Capellam & Carthusianorum Monasterium esse fundaturum. Pro cimeliis aliisque preciosis rebus, quæ Duci mortuo ablatæ fuerant, quinquaginta millia scutorum se numeraturum esse.

Duci Burgundiæ aliquot urbes concedebat, quas antea possederat in Burgundia, etiamque jura aliquot ; alia videlicet in perpetuum : alia vero per vitam suam

vie ſeulement. Il lui laiſſoit auſſi à perpetuité les villes de Peronne, Montdidier & Roie; quant aux villes de la Somme, S. Quentin, Corbie, Amiens, Abbeville & le Comté de Ponthieu, le Roi lui cédoit tout cela; mais à condition qu'après la mort de Philippe il le pourroit racheter pour quatre cens mille écus payables en deux termes.

PL. XXXVII. Après la concluſion de cette paix, elle fut publiée à ſon de trompe dans la ville de Rheims, à la grande joie de tout le peuple. Cette publication de paix ſe trouve dans le Manuſcrit de Monſtrelet de la Bibliotheque de M. Colbert, telle que nous la repreſentons ici, tirée des portefeuilles de M. de Gaignieres, qui a mis au bas de l'image la deſcription de cette proclamation de paix copiée d'après la Chronique manuſcrite de Jean Chartier de la Bibliotheque du Roi, fort differente pour le ſtyle de celle que Denis Godefroi a fait imprimer, où l'on a corrigé bien des choſes pour faire parler l'Auteur comme on parle aujourd'hui. La voici comme elle eſt dans l'original:

» *Comment la Paix fut criée à Rheims.*

» LE 2. Octobre 1435. Meſſire Jehan de Cheveri Chevalier & Triſtan l'Ermite Eſcuyer & Prevoſt des Mareſchaux vindrent à Rains apporter les lettres de » la paix faite à Arras entre le Roi de France & Mgr le Duc de Bourgogne, & » allerent tout droit à l'Egliſe Nôtre-Dame. Et alloit tout le peuple au-devant » d'eux pour ouyr les joyeuſes nouvelles: & combien qu'ils n'euſſent point in- » tention de les faire publier pour la journée. Neantmoins à la requeſte des ha- » bitans, ils ſe retrairent au Palais. Et là fut publiée ladite paix à voix de cri & » trompette, & furent leuües les lettres des appointemens, après leſquelles fut » de chaſcun crié *Noel*. Et le lendemain derechief par tous les carrefours fut » publiée, afin que nul ſur groſſe peine n'allaſt au contraire. Et fut commandé » ſur toutes les Paroiſſes ſur peine d'excommuniament qu'aucun ne fiſt beſogne » ledit jour, ce que on fait le Dimence: A quoi obbeit le peuple très-vou- » lentiers. Et avec ce furent faits feus en chaſcune ruë, & tables drechées en vins » & viandes à tous venans. Et dura la feſte & ſolempnité par l'eſpace de huit » jours, pour la grant joie que chaſcun avoit de la paix.

---

tantum. In perpetuum etiam ipſi concedebat Peronam, Montem-Deſiderii & Roiam. Quod ſpectat autem ad cæteras in ora Somonæ ſitas urbes, Sanctum Quintinum, Corbeiam, Ambianum, Abbatis-villam & Comitatum Pontivi: hæc etiam Rex Carolus concedebat; ſed illa conditione, ut poſt defunctum Philippum poſſet illa redimere quadringentorum mille ſcutorum precio: quæ tota ſumma duobus præfinitis temporum terminis numeraretur.

Monſtrelet. Poſt rem peractam pax præeunte tubæ clangore promulgata fuit Rhemis, præ gaudio exſultante populo. Hæc vero pacis promulgatio depicta viſitur in Codice manuſcripto Monſtreleti, qui habetur in Bibliotheca Colbertina, qualis hic repræſentatur, ex codicibus D. de Gagneriis educta, qui in imo tabulæ depictæ margine, promulgatæ pacis iſtius deſcriptionem poſuit, exſumtam ex Chronico manuſcripto Joannis Carterii, quod eſt in Bibliotheca regia, quodque in multis differt ab illo typis dato opera Dionyſii Godefridi, ubi multa emendantur, ut exhibeatur Joannes Carterius hodierno idiomate loquens. En illam ipſam deſcriptionem, ut in autographo erat.

» *Quomodo pax Rhemis promulgata fuit.*

» SEcunda Octobris anni 1435. D. Joannes de Cheverio Eques & Triſtanus Eremita Scutifer & Præpo- » ſitus Mareſcallorum, Rhemos venerunt, literas fe- » rentes pacis Atrebati factæ, Regem inter Franciæ & » D. Ducem Burgundiæ; atque in Eccleſiam B. Mariæ » recta venerunt: populuſque totus obviam ipſis ve- » niebat, ut læta nunciantes audiret. Etiamſi vero » non in animo haberent hæc eo ipſo die nunciare: » attamen optante roganteque populo in Palatium » venere: illicque præeunte clangore tubæ publicata » pax fuit, & literæ conditiones pacis ferentes lectæ » ſunt. Poſtea vero acclamavit populus, *Natalis*. In- » ſequente die iterum per quadrivia omnia publicata » pax fuit, ut ne quis aliqua in re lectis contradi- » ceret vel contra juſſa faceret; indicta pœna delin- » quentibus; in omnibuſque Parochiis ſub excom- » municationis pœna vetitum fuit, ne quis il- » lo die operaretur, ut die Dominica obſervatur, » cui juſſui populus libentiſſime paruit. In ſingulis » vero vicis menſæ apparatæ ſunt, coctis carnibus & » vinis onuſtæ, omnibuſque patentes. Celebritas illa » per octo dies protracta fuit. Tanta nimirum erat » apud omnes de facta pace lætitia.

PROCLAMATIONDE LA PAIX D'ARRAS.



On voit dans l'estampe deux hommes à cheval, dont l'un sonne de la trompette de laquelle pend une piece d'étoffe quarrée, où sont trois fleurs de lis. Les spectateurs sont presque tous en habit court, portant une escarcelle à l'ordinaire. Leurs bonnets sont de differente forme; il y en a en pain de sucre comme celui des femmes que nous voions si souvent, d'autres sont à longue queue. On laisse le reste à remarquer au Lecteur.

En cette même année vers la fin de Septembre mourut Isabeau de Baviere, mere du Roi, qui fut enterrée à Saint Denis à peu de frais. L'Historien dit que les Anglois ne lui avoient pas tenu leur promesse de lui fournir abondamment tout ce qui lui seroit necessaire pour se soûtenir dans son état de Reine, qu'elle manquoit du necessaire. Plusieurs croient que la douleur de se voir ainsi abandonnée abregea ses jours; à quoi ne contribuerent pas peu aussi les bruits que les Anglois répandoient, que Charles son fils, qu'ils appelloient le Dauphin, n'étoit pas legitime.

Prise de Dieppe.

En ce tems-ci fut prise la ville de Dieppe, la plus importante place que les Anglois eussent au payis de Caux. * Le Maréchal de Rais & Charles des Marets partirent la nuit du port du Havre, & se rendirent devant Dieppe deux heures avant le jour. Ils mirent pied à terre, & entrerent si doucement dans la ville, que sans tumulte & sans beaucoup de tuerie, ils s'en emparerent, & y trouverent beaucoup de richesses. Cette perte déplût fort aux Anglois: c'étoit leur meilleure retraite, & le lieu où ils s'embarquoient ordinairement pour passer en Angleterre.

* *Quelques exemplaires ont* le Maréchal de Rieux; *mais c'est une faute.*

Le Connétable avoit fait remettre au Duc de Bourgogne plusieurs villes & forteresses, comme il étoit porté au traité d'Arras. Des garnisons de ces places plusieurs se joignirent à d'autres gens de guerre dans la Champagne, où ils firent des maux incroiables. Ils dépouilloient tous ceux qu'ils trouvoient, hommes, femmes & petits enfans, rançonnoient les villages & désoloient les campagnes. Le Connétable prit d'entre eux quatre cens hommes d'armes, & six cens Archers qu'il envoia à Dieppe pour défendre la ville. Ceux qui resterent continuerent leurs pilleries. On les appelloit les *Ecorcheurs*.

Le Connétable & le Comte de Dunois étant partis de Pontoise pour se rendre à Saint Denis, accompagnez de quatre ou cinq cens hommes, les Anglois

---

In depicta tabula duo viri equites visuntur, quorum alter tuba clangit, ex qua tuba pendet quadratus pannus tribus liliis insignitus. Spectatores pene omnes curtam gestant vestem, & marsupium habent ad zonam pro more istius ævi. Pilei variæ sunt figuræ: alii in conum superne terminantur, qui capitis ornatus ad mulieres maxime pertinebat, ut sæpe vidimus: alii longas emittunt caudas: cætera observabit curiosus Lector.

Eodem anno circa finem Septembris obiit Isabella Bavarica Regis mater, sepultaque fuit in Ecclesia sancti Dionysii parcissimo sumtu. Ait historiæ Scriptor Anglos promissis non stetisse: pollicitos namque se omnia illi suppeditaturos esse, quæ ad Reginæ dignitatem sustinendam necessaria essent, ne ad vitam quidem necessaria ipsi subministravisse. Putavere multi illam, cum se prorsus neglectam ac desertam videret, ex dolore præmatura morte interiisse. Aderat & alia mœroris causa; Angli namque rumores spargebant, dictitabantque Carolum Regem filium ejus, quem ipsi Delphinum vocabant, non legitimum, nec filium Regis Caroli VI. esse.

Hoc tempore capta fuit Dieppa, urbs omnium quas Angli in Caletensi tractu tenebant, clarissima, & Anglis commodissima. Marescallus Retius & Carolus Des-Maresius noctu & ex navibus ex *Havra*, seu Portu Gratiæ profecti sunt, & ante Dieppam advenere binis horis antequam illucesceret dies, exscensuque facto cum tanta arte & industria in urbem sunt ingressi, ut sine tumultu, & paucissimis interfectis, urbem occuparint, ubi manubias opulentissimas invenere. Hanc jacturam ægerrime tulerunt Angli; erat enim Dieppa locus, ut ipsi putabant, sibi tutissimus, ibique ut plurimum naves conscendebant, cum in Angliam transmittere vellent.

Constabularius Franciæ Burgundiæ Duci urbes, castra, oppidaque multa tradi curavit, ut in Atrebatensi conventu statutum fuerat. Præsidiarii autem illarum urbium & oppidorum multi illhinc egressi, cumque aliis armatis viris conjuncti, in Campaniam infinita intulere damna: obvios quosque spoliabant, viros, mulieres, infantes; a vicis singulis pecuniæ summas exigebant, & agros desolabantur. Constabularius autem ex illis quadringentos armatos viros cepit, sexcentosque sagittarios, quos Dieppam misit, ut urbem illam defenderent. Qui vero supererant in istis locis prædas ut antea agere perrexerunt, vocabanturque *Pellones*.

Cum porro Constabularius & Comes Dunensis Pontisara profecti essent cum quadringentis quingentisve viris,

ſortirent de Paris au nombre de ſept à huit cens pour les aller attaquer, commandez par Thomas de Beaumont & Thomas Druic. Ils les rencontrerent à un petit pont, au lieu qu'on appelle aujourd'hui la Briche. Il y eut un rude combat tant à pied qu'à cheval : les Anglois furent enfin défaits, & laiſſerent trois ou quatre cens des leurs ſur la place, ſans compter les priſonniers, du nombre deſquels fut Thomas de Beaumont.

Les Anglois battus.

Reduction de Paris en l'obeiſſance du Roi.

Après cette défaite des Anglois, le Connétable penſa à réduire Paris en l'obeiſſance du Roi. Les bons Bourgeois & le peuple las de la domination Angloiſe, ſouhaitoient beaucoup de ſe remettre ſous leur Prince naturel. D'ailleurs les troupes du Roi occupant toutes les places autour de Paris, Corbeil, Lagni, Pontoiſe, Meulan, le Bois de Vincennes, Saint Denis & Poiſſi ; il ne pouvoit plus entrer de vivres dans la ville. Le Connétable & le Comte de Dunois qui étoient d'intelligence avec pluſieurs des principaux Bourgeois comploterent avec eux qu'ils ſe rendroient de grand matin bien accompagnez à la porte Saint Jaques, pour favoriſer leur entrée dans la ville. Ils partirent donc de Pontoiſe, vinrent par Poiſſi, & firent un grand tour pour ſe rendre auprès des Chartreux avant le point du jour. Dès le grand matin le peuple s'attroupa & commença de donner ſur les Anglois. Des gens du Connétable les uns monterent ſur les murailles de la ville : quelques-uns y entrerent par la Seine en bâteau.

Les Bourgeois rompirent la porte S. Jâques, par où entrerent le Connétable, le Comte de Dunois & le reſte de leur troupe. On donna ſur les Anglois de tous côtez, & l'on en tua un grand nombre. Pluſieurs d'entre eux qui vouloient ſe rendre à la porte Saint Denis trouverent les chaînes tendues. Le Sire de Wilbi leur Commandant, l'Evêque de Therouenne, le Prevôt de Paris, & les autres qui purent échapper, ſe retirerent à la Baſtille de Saint Antoine, que le Connétable fit inveſtir. Les Anglois & ceux de leur parti qui s'y trouverent, rendirent la place par compoſition, & eurent la liberté d'aller où ils voudroient. Ils ſortirent non par la ville de peur d'être aſſommez, mais par les champs, & paſſerent devant la porte de Saint Denis. Alors le peuple qui voioit paſſer l'Evêque de Therouenne ſe mit à crier *au renard, au renard.*

---

numero armatis viris, Angli circiter ſeptingenti aut octingenti Lutetia egreſſi ſunt, ducibus Thoma de Bellomonte & Thoma Druico, ut cum Francis pugnarent. Ipſis autem occurrerunt Franci ad ponticulum in loco, cui nomen hodie Briccia. Acerrima pugna fuit equitum peditumque ; demum Angli victi trecentos quadringentoſve ex ſuis cæſos & proſtratos reliquere, non annumeratis iis qui capti ſunt, ex quorum numero fuit Thomas de Bellomonte.

Le même. Poſt hanc Anglorum ſtragem de reducenda in Regis Caroli poteſtatem Lutetia Conſtabularius cogitavit. Honorabiliores cives & populus, Anglorum dominatum ægre ferentes, ſeſe Regi ſuo dedere peroptabant. Alioquin vero cum Regii Franci omnia circum Lutetiam caſtra & oppida occuparent, Corbolium, Latiniacum, Pontiſaram, Mellentum, Nemus Vincennarum, ſanctum Dionyſium & Piſſiacum ; non poterat annona reſque cibaria in urbem ingredi. Conſtabularius vero & Comes Dunenſis quibuſcum conſentiebant multi ex præcipuis civibus, cum illis hoc modo ſtipulantur, ut ſcilicet ſummo mane ad portam ſancti Jacobi cum armatis viris ſe comitantibus accederent, quo poſſent in urbem tuto ingredi. Pontiſara igitur profecti ſunt Piſſiaco transeuntes, & obliquam carpentes viam prope Carthuſianos ante diluculum pervenerunt. Primo diluculo congregatus populus Anglos armis impetere cœpit. Ex Conſtabularii autem militibus alii muros urbis conſcenderunt, quidam per Sequanam vehentibus cymbis ſunt ingreſſi.

Cives autem nonnulli portam ſancti Jacobi confregerunt, qua ingreſſi ſunt Conſtabularius & Comes Dunenſis cum reliquis ſuorum. In Anglos ubique irruptum eſt, & quam plurimi ſunt occiſi. Quidam illorum qui ad ſancti Dionyſii portam contendebant a tenſis catenis cohibiti ſunt. Wilbius Anglorum Præfectus, Epiſcopus Teruanenſis, Præpoſitus Pariſinus, & qui elabi potuerunt, in Caſtellum ſancti Antonii receptum habuere, quod ſtatim Conſtabularii juſſu a pugnatoribus Francis cinctum fuit. Angli & quicumque ipſorum partibus hærentes, illo ſe receperant, pactis conditionibus caſtellum dediderunt, libertatem nacti ut quo vellent commigrarent. Egreſſi porro ſunt, non per urbem, ut ne a populo trucidarentur, ſed per campos, & ante portam ſancti Dionyſii tranſierunt. Tunc populus qui Epiſcopum Teruanenſem tranſeuntem conſpiciebat acclamationibus illum excepit, & vulpem appellando deriſit.

Cette heureuse réduction de la Capitale du Roiaume porta le Connétable à faire mettre le siege devant la ville & le château de Creil. Il en laissa la conduite au Comte de Dunois, qui fut-là pendant quinze jours ; mais voiant la ville trop bien munie de gens de guerre, d'artillerie & de vivres, il abandonna le siege. Saint Germain en Laye fut livré aux gens du Roi, moiennant une somme d'argent qu'on donna au Capitaine.

En la même année 1436. le Dimanche 24. Juin jour de Saint Jean, Marguerite fille de Jâques Roi d'Ecosse entra en belle & noble compagnie dans la ville de Tours comme Dauphine. Elle étoit montée sur une haquenée richement couverte, & venoit pour épouser le Dauphin. Sa haquenée est blanche dans l'estampe que nous donnons, tirée du Manuscrit de Monstrelet de la Bibliotheque de Mr Colbert. Nous avons dit plusieurs fois que le cheval blanc étoit une marque de souveraineté. Deux autres chevaux que nous voions ici sont d'autre couleur. Celle qui la suit de plus près, dit Jean Chartier, est Madame de la Roche l'aînée, montée sur une autre haquenée : plusieurs autres Dames la suivoient à cheval, après quoi venoient deux chariots chargez de Dames & de Demoiselles. Les Sires de Maillé & de Gamaches viennent au devant d'elles à pied & prennent la haquenée de la Dauphine par le frein.

PL. XXXVIII. Mariage du Dauphin.

Jusqu'ici tout ce qui est representé sur la planche est rapporté de même par l'Historien. Les deux chariots chargez de Dames & de Demoiselles, qui suivoient les Dames montées sur des chevaux, n'ont pû y entrer. Ces Dames portent toutes des coeffures pointuës, dont la mode dura près de deux cens ans. Les Seigneurs qui viennent au devant de la Dauphine en portent à peu-près de même, aussi bien qu'un jeune Seigneur qui est à cheval à la suite de la Dauphine. Les Sires de Maillé & de Gamaches menerent la Dauphine jusqu'au château, où elle mit pied à terre. Alors le Comte de Vendôme & un Comte d'Ecosse la prirent & la menerent à la salle où étoient la Reine de France, la Reine de Sicile, la Princesse Radegonde fille du Roi, Madame de Vendôme & plusieurs autres. La Reine de Sicile & la Princesse Radegonde allerent au devant d'elle jusqu'à l'entrée de la salle, & la menerent à la Reine qui s'avança de quatre ou cinq pas & la baisa. Le Dauphin Louis qui étoit

---

Post captam Lutetiam Constabularius Credolium oppidum atque castellum obsessum venit, obsidionisque curam Comiti Dunensi commisit. Hic vero per dies quindecim oppugnationem continuavit; sed cum videret oppidum præsidiariis, tormentis bellicis, & annona probe munitum esse, obsidionem solvit. Sancti Germani in Laia oppidum Regis Caroli genti tunc deditum fuit, postquam loci Rectori summa quædam pecuniæ, ut hoc præstaret officium, numerata fuerat.

Joan. Char- Eodem anno 1436. Dominica die, quæ vigesima quarta Junii erat, Margarita filia Jacobi Scotiæ Regis cum nobili & ornatissimo comitatu in Turonum urbem ingressa est, quasi jam Delphina, utpote Delphino nuptura, vecta asturcone preciosissima operto stragula. Asturco autem candidus est in tabula quam proferimus, educta ex codice manuscripto Monstreleti, qui asservatur in Bibliotheca Colbertina. Jam sæpe diximus equum album insigne esse supremi dominii. Duo alii equi, quos hîc conspicimus, diversi sunt coloris. Quæ Delphinam proxime sequitur, inquit Joannes Carterius, est Domina de Rupe, illa quæ ætate major erat, quæ & ipsa asturcone vehitur. Aliæ plurimæ insigniores feminæ illam equis vectæ sequebantur; posteaque duo currus insignioribus feminis & puellis onusti agmen claudebant. Viri nobiles de Malliaco & de Gamachio pedites Delphinæ obviam veniunt, habenasque asturconis cui insidebat, apprehendunt.

Hactenus omnia quæ in tabula conspiciuntur, ab historiæ Scriptore similiter enarrantur. Duo autem currus nobilioribus feminis & puellis onusti, in tabula, deficiente spatio, locum habere non potuerunt. Insignes illæ feminæ ornatum capitis habent in conum desinens, cujus usus per annos fere ducentos invaluit. Viri item nobiles, qui Delphinæ obviam veniunt, illis ferme similes pileos gestant; ut etiam quidam ex primoribus junior qui in Delphinæ comitatu eques observatur. Domini autem Malliacensis & Gamachius Delphinam ad usque castellum duxere, ubi illa ex equo descendit. Tunc Comes Vindocinensis, aliusque Comes Scotus, urbane apprehensam illam duxerunt in aulam, in qua tunc erant Regina Franciæ, & Regina Siciliæ, Radegundis Regis filia, Vindocinensis Domina, plurimæque aliæ ex primoribus feminis. Regina Siciliæ & Radegundis obviam Delphinæ processerunt ad ingressum usque aulæ, ipsamque ad Reginam Franciæ duxerunt, quæ quatuor vel quinque progressa passibus, Delphinam adiit & osculata est. Ludovicus Delphinus qui tunc in alio cubiculo

dans une autre Chambre entra alors & baiſa ſa future épouſe. Le lendemain le mariage fut fait en preſence du Roi Charles, par Renaud de Chartres Archevêque de Rheims, Chancelier de France.

Le Duc de Bar René d'Anjou Roi de Sicile, priſonnier du Duc de Bourgogne, qui avoit été pris lorſque Barbaſan fut tué, fut enfin délivré de priſon moiennant rançon. Il donna des ôtages, & maria ſon fils avec la fille du Duc de Bourbon, niece du Duc de Bourgogne. Ce fut pendant ſa priſon que ſon frere Louis III. Roi de Sicile mourut, & René prit alors le nom de Roi de Sicile, Duc d'Anjou & Comte du Maine.

1437. Le jour de Carême-prenant 1437. les eaux étant glacées & la terre couverte de neige, les Anglois habillez de blanc pour n'être pas apperçus, ſurprirent la ville de Pontoiſe par eſcalade. On blâma le Gouverneur de ſa négligence, & les François furent fort fâchez de la perte d'une place, qui leur coûta depuis beaucoup à reprendre.

Pontoiſe ſurpris par les Anglois.

En ce tems-ci le Roi Charles fit un voiage en Languedoc. Il alla par Lion & par le Dauphiné, & ſe rendit à Montpellier où il paſſa les Fêtes de Pâques. Il s'en revint par l'Auvergne & par le Bourbonnois, où aiant appris que Rodrigue de Villandras Capitaine Eſpagnol, qui étoit à ſon ſervice, & qui avoit une plus groſſe compagnie que les Capitaines François, pilloit & déſoloit les campagnes, & faiſoit des maux infinis, il réſolut d'y mettre ordre. Il fut encore plus ſurpris quand on vint lui dire, qu'il avoit détrouſſé ſes Fourriers & autres Officiers du Roi, qui alloient au-devant de lui pour préparer ſon logis à Hériſſon. Charles marcha alors avec ſa troupe contre ce pillard qui s'enfuit avec ſes gens dans la Breſſe, & s'y tint ſur quelques terres qui appartenoient au Duc de Bourbon.

Le Roi crut alors que le Duc de Bourbon protegeoit Villandras, & lui en témoigna ſon mécontentement : mais le Duc envoia aſſûrer le Roi, qu'il n'avoit garde de proteger un tel perſonnage, & qu'il lui en donneroit telles preuves qu'il plairoit à Sa Majeſté. Ils concerterent enſemble que le Duc obligeroit le Bâtard de Bourbon & Jâques de Chabannes de ſe retirer avec leurs gens de la compagnie de Villandras où ils étoient, & qu'ils viendroient ſervir le Roi ; ce

---

erat, in aulam ingreſſus, futuram ſponſam eſt oſculatus. Die ſequenti præſente Carolo Rege, peractum connubium fuit a Reginaldo Carnotenſi, Archiepiſcopo Rhemenſi, Franciæ Cancellario.

Jean Chartier. Renatus Andegavenſis Rex Siciliæ, Dux Barenſis, qui captus fuerat in pugna illa, in qua Barbaſanus occiſus fuit : ex carcere tandem liber exiit, pactione pecuniæ pro qua obſides dedit ; filiumque ſuum connubio junxit cum filia Borbonii Ducis, quæ Ducis Burgundiæ ſororis filia erat. Dum autem in carcere poſitus Renatus eſſet, frater ejus Ludovicus III. Rex Siciliæ obiit, ipſique ſuccedens Renatus, dictus poſtea fuit Rex Siciliæ, Dux Andegavenſis & Comes Cenomanenſis.

Le même. Die Martis Quadrageſimam præcedente anno 1437. cum aquæ omnes congelatæ eſſent & terra nive operiretur, Angli albis induti veſtibus, ut ne internoſci poſſent, ex improviſo Pontiſaram urbem ſcalis admotis ceperunt. Hinc vituperationem grandem incuriæ urbis Præfectus ſubiit. Franci autem ægerrime tulerunt, quod tali modo urbs capta fuiſſet, ad quam poſtea recuperandam mirum quanto labore & ſudore opus fuerit.

Berri. Hoc circiter tempus Rex Carolus in Septimaniam iter ſuſcepit. Lugduno autem tranſivit ac per Delphinatum, & in Montem-peſſulanum urbem ſe contulit, ubi Paſchatis feſta tranſegit : deindeque per Arvernos & per Borbonium tractum reverſus eſt, ubi poſtquam comperit Rodericum Villandraſium Hiſpanum ducem, qui ſub ſignis ſuis militabat, & numeroſiori cohorti imperabat, quam Franci Tribuni, agros devaſtare, prædas agere & infinita damna importare, illum coercere decrevit. At majore commotus indignatione fuit ubi nunciatum illi eſt, Rodericum miniſtros ſuos qui prævii domicilium Regi apparaturi, iter carpebant, & Heriſſonii hoc ipſi officium præſtituri erant, exſpoliaviſſe. Carolus autem Rex cum toto agmine ſuo contra prædonem illum movit, qui in Breſſiam aufugit, & in agris quibuſdam ad Borbonium Ducem pertinentibus ſubſtitit.

Tunc ſuſpicatus Rex fuit Rodericum a Duce Borbonio protegi, nec indignationem inde ſubortam tacuit. At Dux per aliquos ex ſuis Regi affirmari curavit, ſe nihil cum prædone tali commercii habuiſſe unquam, & ſe ad rem Majeſtati Regiæ comprobandam paratum eſſe. Ideo inter ambos convenit, ut Dux Nothum Borbonium, & Rex Jacobum de Cabannis juberent a Roderici Villandraſii cohorte diſcedere, in qua tunc illi erant, & ad regios cuneos

XXXVIII Pl. du Tome III.
pa. 218.

ARRIVÉE DE LA DAUPHINE.



qui fut fait, & Villandras fut banni du Roiaume. Il ſe rendit depuis en Gaſcogne, & ſervit fort utilement le Roi contre les Anglois; ce qui le remit dans les bonnes graces du Prince.

Le Roi Charles prend plusieurs places.

Le Roi paſſa la Loire, & fit aſſiéger Châteaulandon par le Connétable & par le Comte de la Marche qui commandoient ſon avantgarde. La ville fut priſe par aſſaut, la garniſon priſonniere, & l'on fit pendre une partie des François qui ſervoient le Roi d'Angleterre contre leur patrie. Ils allerent aſſiéger enſuite Charny où la garniſon ſe rendit d'abord, la vie ſauve. Nemours ne fit guères plus de réſiſtance: & la garniſon qui ſelon le Traité pouvoit ſe retirer par tout où elle voudroit, hors à Montereau-Faut-Yonne, ſe rendit en cette ville, contre les termes de la capitulation.

Le Roi fit peu de jours après mettre le ſiége devant Montereau-Faut-Yonne, Place forte, bien munie de vivres & de gens de guerre, qui firent une longue réſiſtance. On emploia une groſſe artillerie, *bombardes*, *canons & engins volans*, on fit une grande baſtille à la maniere de ces tems. Le ſiége dura ſix ſemaines, après quoi on donna un aſſaut general où le Roi ſe trouva en perſonne. Les aſſiégez ſe défendirent très-bien; mais la ville fut emportée de force; pluſieurs de la garniſon qui s'enfuioient dans le Château furent pris, & l'on pendit tous les François qui étoient au ſervice du Roi d'Angleterre. On dreſſa toute cette grande artillerie contre le Château. Ceux de dedans craignant d'être emportez de force, demanderent compoſition. On n'étoit gueres porté à les recevoir autrement qu'à diſcretion: mais le Dauphin Louis interceda pour eux, & obtint du Roi, qu'ils auroient permiſſion de ſortir *leurs biens & leurs corps ſaufs.*

Entrée du Roi Charles dans Paris.

Le Roi qui depuis l'an 1418. n'étoit point entré à Paris, y voulut faire ſolennellement ſon entrée publique. Il partit de Saint Denis le huitiéme, ou ſelon d'autres, le douziéme jour de Novembre, accompagné du Dauphin, du Connétable, & de quantité de Princes & de Seigneurs. Le Prevôt des Marchands, les Echevins & un très-grand nombre de Bourgeois vinrent au-devant de lui juſqu'à la Chapelle. Le Prevôt des Marchands préſenta au Roi les clefs de la ville, qu'il donna en garde au Connétable. Les Echevins éleverent ſur la tête du Roi un grand dais qu'ils porterent toujours depuis juſqu'à la fin de la cérémonie.

---

redire, quod ita factum eſt. Villandraſius vero ex Regno exſulare juſſus eſt. Sub hæc autem ille in Vaſconiam ſe contulit, & contra Anglos bellum fortiter geſſit, qua re in Regis prius offenſi gratiam reſtitutus fuit.

[B]erri.

Rex Carolus Ligerim trajecit, & caſtrum Nantonis obſideri juſſit a Comite Marchiæ, qui primam exercitus ſui aciem regebat. Oppidum vi expugnatum fuit: præſidiarii omnes capti ſunt, & pars Francorum, qui pro Angliæ Rege contra patriam ſuam militabant, patibulo ſuſpenſi periere. Deinde Carniacum obſeſſum exercitus venit, ubi ſtatim præſidiarii deditionem fecere, illa conditione ut ſalvi abirent. Nemus oppidum perinde captum eſt: ex pacta autem conditione præſidiarii quo vellent ſe conferre poterant, uno excepto Monaſteriolo-ad-Icaunam: at illi contra quam polliciti erant in iſthuc oppidum ſe contulere.

Paucis poſtea diebus ex juſſu regio Monaſteriolum ad-Icaunam obſeſſum fuit, munitiſſimum oppidum annona inſtructum & præſidiariis, qui diu & fortiter Francos propulſarunt. Tormenta bellica multa & varii generis hic adhibita fuere. Caſtellum magnum ligneum ſtructum fuit ſecundum ævi illius uſum. Ad ſenas hebdomadas protracta obſidio fuit: deindeque, præſente Rege, oppidum vi magna expugnatur. Fortiter pugnavere præſidiarii, ſed illi urbe tandem capta ad arcem confugiebant, plurimique capti ſunt, & Franci quique pro Anglis militantes in patibulum miſſi ſuſpendio perierunt. Hinc tormenta omnia bellica ſupra memorata contra arcem adhibita fuere. Præſidiarii vero metuentes ne vi caperentur, deditionis pacta inire poſtulabant. Rex & ſui nonniſi ad arbitrium ſuum dedititios admittere volebant: verum Delphinus pro illis intercedens ab Rege impetravit ut liberi abire poſſent, *ſalvis bonis corporibuſque ſuis.*

Monſtrelet, Berri.

Rex qui ab anno 1418. Lutetiam ingreſſus non fuerat, cum magna celebritate in urbem ſuam regiam intrare voluit. Ex oppido autem S. Dionyſii profectus eſt octavo, vel ut alii narrant, duodecimo die Novembris, anno 1437. comitantibus Delphino, Conſtabulario, multiſque aliis Principibus & proceribus. Præpoſitus Mercatorum Ædiles, ingenſque Pariſinorum numerus obviam Regi venerunt ad uſque Capellam. Præpoſitus vero Mercatorum claves urbis Regi obtulit, quas ipſe Conſtabulario cuſtodiendas tradidit. Ædiles autem ſupra Regis caput umbellam magnam erexerunt, quam ipſi ſuſtentavere ad uſque celebritatis

Il y eut dans la ville quantité de ſpectacles aux endroits où le Roi devoit paſſer. Tout cela eſt décrit amplement dans le Cérémonial François, dans l'hiſtoire écrite par Berri Roi d'armes, & dans Monſtrelet.

PL. XXXIX. Le Manuſcrit de cet Auteur qui eſt à la Bibliotheque de M. Colbert, montre en peinture cette entrée que nous donnons ici d'après les portefeuilles de M. de Gagnieres. Le Roi y eſt repreſenté auprès de la porte de Saint Denis, monté ſur un cheval blanc tout nud, par la raiſon que nous diſions ci-devant. Cela paſſoit alors pour une marque de ſouveraineté. La machine en forme de cercle, que le Roi tient, & qui eſt attachée au mords de la bride, ſe voit encore en d'autres images que nous donnerons plus bas. Outre le cheval que le Roi monte, un Ecuier en tient un autre par la bride, caparaçonné preſque juſqu'à terre, & dont le caparaçon eſt tout chargé de fleurs de lis. Les quatres Echevins tiennent toujours le dais élevé ſur la tête du Roi Charles.

La ville & le château de Montargis qui avoient été ſurpris pour les Anglois par François de Surienne l'Aragonois, le Château d'Orville pris par un Chef Anglois; & le Château de Chevreuſe ſurpris par un Chevalier François nommé Broulart, du parti du Roi d'Angleterre: ces trois Places, dis-je, furent remiſes au Roi Charles. On compoſa ſecretement avec ces trois Chefs, & ils les rendirent pour de l'argent comptant. Broulart ſe tourna alors du parti du Roi de France, & lui remit avec Chevreuſe la ville & le château de Dreux, qu'il gardoit pour les Anglois. Il toucha pour tout cela une groſſe ſomme.

1438. Siege de Calais levé.

Tandis que ces choſes ſe paſſoient en France, le Duc de Bourgogne alla aſſieger Calais avec une grande armée de Flamans. Il attaqua la place munie d'une grande quantité d'artillerie. Il y avoit trois *bombardes* d'une groſſeur extraordinaire, dont l'une ſe traînoit à cinquante, l'autre à trente, l'autre à vingt-ſix chevaux. Le ſiége dura plus de deux mois. Les Flamans s'ennuiant ſans doute d'une ſi longue réſiſtance, délogerent ſubitement en grand déſordre, laiſſant dans leur camp l'artillerie & le bagage. Le Duc ſe trouvant ainſi abandonné, eut à ſoutenir une ſortie des Anglois qui s'apperçûrent de la retraite précipitée des Flamans. Il les repouſſa vaillamment, & ſe retira en ſon payis. Le Duc de Bourgogne ne fut pas plus heureux au Siege de Crotoi, qu'il fit inveſtir peu de tems après.

---

tantæ finem. In urbe qua tranſiturus Rex erat ſpectacula multa fuere: quæ omnia minutatim deſcripta habentur in Ceremoniali Francorum & in hiſtoria a Biturige *armorum Rege* ſcripta, itemque apud Monſtreletum.

Hujus vero Scriptoris Codex Manuſcriptus, qui in Colbertina Bibliotheca habetur, regium iſtum ingreſſum in tabula depicta repræſentat, qualem nos ex codicibus Gagnerianis excepimus. Rex ibidem exhibetur propter S. Dionyſii Pariſienſem portam equo albo nudo vectus, ea quam ſupra diximus de cauſa. Id ſignum tunc erat ſupremi dominii. Circularis vero illa machina, quam habenarum loco Rex tenet, quæque freno equi hæret, in aliis etiam imaginibus infra proferendis obſervatur. Præter equum illum cui Rex inſidet, regius Miniſter alium equum habenis apprehenſis tenet, ſtragulo ad terram uſque pertingente opertum, quod ſtragulum totum lilii floribus opertum eſt. Quatuor illi Ædiles umbellam capiti Regis imminentem ſemper tenent.

Jean Chartier. Berri. Hoc eodem anno Montis-Argiſii oppidum & caſtellum, quod ex improviſo captum fuerat pro Anglis, duce Franciſco de Surienna Aragonenſi, caſtellum quoque Aurivillæ a duce Anglo expugnatum; Caproſium item caſtellum ab Equite Franco Brulartio qui pro Angliæ Rege ſtabat captum: hæc inquam omnia pactione pecuniæ Francis reddita ſunt. Brulartius ad partes Francorum tranſiit, ac Drocas etiam oppidum & caſtellum, quæ pro Anglis cuſtodiebat, grandi accepta pecuniæ ſumma Regi Carolo vendidit.

Dum hæc apud Francos gerebantur, Dux Burgundiæ, collecto Flandrorum exercitu, Caletum obſedit. Tormenta bellica quatiendis muris grandi numero adhibuit. Inter hæc vero tres erant *bombardæ*, ut vocabant, miræ magnitudinis, quarum alia quinquaginta, alia triginta, tertia viginti ſex junctis equis trahebatur. Pluſquam duorum menſium obſidio fuit, demumque Flandri tantæ diuturnitatis tædio fracti, ſubito & nullo ſervato ordine dilapſi, ad ſua ſe receperunt, relicto in caſtris illo tanto machinarum & tormentorum apparatu commeatuque toto. Qua re comperta Angli in Burgundiæ Ducem eruperunt. Ille vero oppugnantium ſe impetum fortiter propulſavit, poſteaque receptui cecinit. Nec meliori exitu poſtea Corocotinum obſedit: etenim hanc quoque obſidionem ſolvere compulſus fuit.

ENTRÉE DE CHARLES VII. DANS PARIS.



Une grande famine affligea Paris cette année, où le bled étoit extraordinairement cher. Les Anglois & les François même qui couroient la campagne, empêchoient les moissons. A la famine se joignit une maladie epidemique, qui emportoit les gens subitement & sans remede. Cinquante mille personnes périrent en fort peu de tems. Une si grande quantité de loups couroit autour de Paris, qu'on n'osoit aller à la campagne que bien accompagné. Il en vint plusieurs fois jusques dans la ville, qui étranglerent & mangerent plusieurs personnes, de sorte qu'on craignoit fort d'aller la nuit dans des ruës écartées. Ces loups étranglerent à la campagne soixante ou quatre-vingt personnes. On établit des gens pour les chasser & les prendre. On donnoit à ceux qui apportoient un loup mort vingt sous Parisis, sans compter ce que le peuple y ajoûtoit pour chaque prise.

Vers le même tems le Duc de Bourgogne étant entré à Bruges avec quatre ou cinq cens combattans, la Bourgeoisie ferma les portes au reste de la troupe qui le suivoit, & chargea le Duc & ses gens, en tua plusieurs, & fit couper la tête à quelques-uns qui furent pris. Le Duc fût obligé de faire rompre une autre porte de la ville pour se retirer à la hâte. Là furent tuez plusieurs de ses gens, & entre autres le Sire de l'Isle-Adam. Le tumulte étant appaisé, les Bourgeois crainte de porter la peine d'un si grand attentat, tâcherent d'appaiser le Duc, & s'estimerent fort heureux d'en être quittes en lui donnant deux cens mille pieces d'or. Ils firent encore de grands presens à la Duchesse & à plusieurs Grands-Seigneurs, pour obtenir le pardon d'un si grand outrage fait à leur Prince.

Revolte de ceux de Bruges.

La guerre contre les Anglois continuoit toujours quoique foiblement. Le Comte de Richemont Connétable de France assiegea Meaux, battit rudement la ville, & la prit par assaut au bout de quinze jours. Il y eut-là beaucoup d'Anglois tuez ou pris; les autres se retirerent dans le Marché. Cinq jours après le Comte d'Orsec, le Sire de Talbot & d'autres Chefs Anglois vinrent avec un corps de troupes considerable. Il y eut plusieurs escarmouches entre eux & les François, qui étoient dans la ville avec le Connétable. Ces Anglois trouverent moien de jetter des gens frais dans le Marché, & se retirerent. Le siege ne laissa pas de

1439. Prise de Meaux.

[Jean] Char[tier]. Lutetiam tunc temporis dira fames invasit: caro precio frumentum venibat. Cum enim Angli & Franci perpetuis incursionibus agros infestos haberent, hinc messes cohibebantur. Famem subsequutus est epidemicus morbus, qui subito, nullumque dans pharmacis locum, ægros exstinguebat. Quinquaginta mille homines feminæve, brevissimo tempore sunt absumti. Ad hæc vero tanta luporum copia per agros discurrebat, ut nonnisi cum comitatu extra urbem quis incedere tentaret. Sæpe etiam intra urbem lupi sunt ingressi, compluresque occiderunt homines ut devorarent. Hincque factum ut vix auderet quispiam noctu ad remotiores vicos pergere. In agris vero sexaginta vel octoginta homines a lupis devorati sunt. Tunc deputati quidam fuere, qui lupos insequerentur & trucidarent. Quisquis lupum mortuum deferret, viginti solidis Parisiensibus donabatur, non annumeratis iis quæ sponte populus luporum interfectoribus offerebat.

[Mon]strelet. Idem circiter tempus cum Burgundiæ Dux, comitantibus se quadringentis quingentisve armatis viris Brugas esset ingressus, una congregatus populus portas urbis aliis qui Ducem sequebantur clausit, ac Ducem suosque adortus, multos interfecit, & quibusdam, qui capti fuerant, capita præcidi curavit. Dux ut saluti suæ consuleret, portam quamdam urbis abrumpi jussit, ac præcipiti cursu recessit: ibi tamen ex suis multi ceciderunt, interque alios Insulæ-Adami Toparcha. Tumultu autem cessante Brugenses cives tanti facinoris ultionem metuentes, Ducem placare conati sunt, & se non infeliciter elapsos fuisse putarunt, cum in tam temerarii ausus pœnam ducenta aureorum millia numerare jussi sunt. Ducillæ etiam & proceribus multis munera grandia obtulerunt, ut tanti sceleris veniam impetrarent.

Jean Chartier. Bellum semper contra Anglos gerebatur, etsi non cum tanta, quanta pridem, vi ac vehementia. Comes Ricomontius Constabularius Franciæ Meldas obsedit, urbem vehementissime oppugnavit, ac post quintum-decimum obsidionis diem vi cepit, ibique Angli multi cæsi vel capti sunt. Residui vero Angli in Mercatum se receperunt. Sub hæc quinque elapsis diebus Comes Orsacius, Talbotius aliique duces Anglorum cum pugnatorum manu valida venerunt. Multa leviora certamina fuere Anglos inter & Francos qui in urbe cum Constabulario erant. Angli tamen præsidiarios novos arte quadam in Mercatum immiserunt, posteaque receptum habuere. Obsidio

continuer toujours, & au bout de quinze jours la garnifon rendit la Place par compofition.

Ce fut en ce tems-ci que le Roi convoqua à Bourges le Clergé de France, & dans cette affemblée fut établie la Pragmatique-Sanction en vingt-trois articles. Le Roi la fit enregiftrer au Parlement de Paris. Cet enregiftrement fe fit le 13. Juillet 1439.

Vers le mois de Septembre de la même année, le Roi envoia le Connétable en Normandie avec une grande armée pour faire la guerre aux Anglois, qui occupoient encore la plus grande partie de cette Province. Le Connétable marcha droit à Avranches; d'un autre côté le Duc d'Alençon & le Maréchal de Loheac l'allerent joindre avec leurs troupes. Ils affiégerent la ville & la battirent furieufement pendant près d'un mois. Le Comte d'Orfec avec les Sires de Talbot & de Scalés affemblerent une grande armée pour venir fecourir la place. Les Anglois fe camperent auprès de notre armée: une partie de l'armée Angloife trouva moien d'entrer dans la ville, fit une furieufe fortie fur les François, & gagna quelques pieces de leur artillerie. Le Connétable voiant la prife de cette place trop difficile, leva le fiége & fe retira vers Pontorfon.

Pendant que le Connétable étoit devant Avranches, le Sire de Bueil prit par efcalade la ville & le château de Sainte-Sufanne dans le Maine. Un Anglois qui trahit fes compatriotes lui donna moien d'executer fon deffein; plufieurs Anglois de la garnifon furent tuez ou pris.

En cette année fe fit le mariage de Catherine de France feconde fille du Roi Charles VII. avec Charles Comte de Charolois, fils de Philippe le Bon Duc de Bourgogne. Le Roi l'envoia bien accompagnée au Duc de Bourgogne. Ce départ eft marqué dans la Planche fuivante tirée d'un vieux Manufcrit. La Princeffe à cheval fort de Paris, accompagnée de plufieurs Seigneurs & Dames. Il n'y a rien dans cette Planche qui n'ait été fouvent remarqué plus haut. La Princeffe mourut l'an 1446. fans lignée, & encore fort jeune.

PL. XL.

Une grande divifion qui fe mit dans la Cour de France, interrompit pour un tems les victoires du Roi Charles. La caufe ou le pretexte en fut que le Roi fe laiffoit abfolument gouverner par quelqu'un de fon Confeil. Selon Jean Char-

---

tamen ut ante continuata fuit, ac poft quindecim elapfos dies, Præfidiarii Angli Mercatum pactis conditionibus dediderunt.

Hoc circiter tempus Rex totum Galliæ Clerum Bituricis congregavit: atque in illo cœtu Pragmatica Sanctio, quæ viginti tribus articulis conftat, conftituta admiffaque fuit. Illam Rex in Curiæ Senatus Parifini libris confignari juffit. Confignatio autem illa facta fuit decima-tertia Julii anni 1439.

Circa menfem Septembrem hujufce anni Rex Carolus Conftabularium cum exercitu grandi mifit in Normanniam, ut ibi contra Anglos, qui maximam iftius provinciæ partem tunc occupabant, bellum gereret. Conftabularius verfus Abrincas movit: ex altera vero parte Dux Alenconius & Loheacius Marefcallus cum copiis fuis venerunt, & Conftabulario adjuncti funt. Unà autem urbem obfederunt, & per menfem fere integrum vehementiffime oppugnarunt. Comes porro Orfacius cum Talbotio & Scalenfi ducibus Anglorum exercitum magnum congregarunt, ut in Abrincatum auxilium pergerent. Caftrametati vero funt Angli propter exercitum noftrum, parfque exercitus illorum arte in urbem ingreffa eft, & cum impetu magno in obfidentes erumpens, ex tormentis bellicis Francorum aliquot cepit. Conftabularius videns non fine magno periculo poffe obfidionem continuari, movit inde, & verfus Pontem-Urfionis receptum habuit.

Dum Conftabularius Abrincas obfidebat, vir nobilis Bucultus Sanctæ-Sufannæ oppidum & caftrum in Cenomanenfi tractu, fcalis admotis cepit. Anglus quifpiam, qui contribules fuos prodidit, magno ipfi hac in re adjumento fuit: iftic Angli multi præfidiarii occifi, aliique capti funt.

Hoc ipfo anno juncta connubio fuit Catharina fecunda filia Regis Francorum Caroli VII. cum Carolo Carolefii Comite, filio Philippi Boni Burgundiæ Ducis. Rex illam nobili comitatu ftipatam ad Ducem Burgundiæ mifit. Hæc profectio confpicitur in tabula fequenti ex veteri codice educta. Catharina eques Lutetia egreditur, comitantibus proceribus multis, nobilibufque feminis. Nihil porro novi in hac depicta tabula obfervatur, quæ occurrunt omnia in fuperioribus tabulis annotata fuere. Obiit Catharina anno 1446. nulla relicta prole, cum admodum juvenis adhuc effet. *Monftre*

Diffenfio magna in Regia Francorum coorta, Regis Caroli victorias interpellavit. Hujus five caufa, five obtentus, & occafio fuit, querela illa, quod Rex arbitratu quorumdam, qui a confiliis ipfi erant, *Jean Ch... tier. Be...*

DEPART DE CATHERINE FILLE DE CHARLES VII.

QUI VA ÉPOUSER LE COMTE DE CHAROLOIS.



tier il paroît que ce fut le Dauphin Louis âgé d'environ dix-ſept ans, qui fut le principal auteur de la rebellion. Il s'évada de la Cour, & ſe retira à Niort, d'où il manda le Duc d'Alençon qui le vint joindre. Alors il déclara au Comte de Perdriac de la Marche, que ſon pere lui avoit donné pour Gouverneur, qu'il ne vouloit plus être ſoumis à ſes ordres, & qu'il croioit que quand il agiroit par lui-même, les affaires du Roiaume en iroient mieux. 1440. Revolte du Dauphin & des Princes contre le Roi.

Le Comte de la Marche ſe retira auprès du Roi, & lui rendit compte de ce qui ſe paſſoit. De la faction du Dauphin étoient les Ducs d'Alençon & de Bourbon, Antoine de Chabannes, Jean de la Roche Sénéchal de Poitou, Pierre d'Amboiſe Sire de Chaumont & pluſieurs autres. Leur deſſein étoit, dit Monſtrelet, de procurer au Dauphin le gouvernement du Roiaume, & de mettre le Roi Charles comme en tutelle : le Sire de la Trimouille ſe mit auſſi de la partie avec pluſieurs autres. Ils tâcherent d'abord de ſe rendre maîtres de pluſieurs places : tout tendoit à une rebellion manifeſte.

Le Roi leva alors une puiſſante armée, & marcha du côté de Poitiers. Le Duc d'Alençon & ſa troupe voulurent ſe rendre maîtres de S. Maixant, & entrerent même dans la ville & dans le château par la trahiſon de quelqu'un de dedans. Mais pluſieurs Bourgeois armez ſe ſaiſirent d'une porte & ſe défendirent vaillamment en attendant le ſecours du Roi. L'Abbé & les Religieux prirent auſſi les armes, & repouſſerent à coups de pierre ceux qui vouloient entrer dans l'Abbayie. Le Roi étant arrivé, tous ces rebelles s'enfuirent à Niort. Après quoi le Roi Charles récompenſa largement ſes fidelles ſujets, l'Abbé & les Religieux & ceux des habitans qui avoient pris les armes pour ſon ſervice, & marcha vers Niort dont les Princes s'étoient ſaiſis, & où ils s'étoient retirez. A la nouvelle de ſa venuë, ils abandonnerent la ville qui ſe rendit au Roi, & ſe retirerent dans le Bourbonnois. Là ils ſe joignirent au Duc de Bourbon, & s'en allerent tous à Saint Pourcin. Le Roi étoit toujours à leurs trouſſes, & alors le Comte d'Eu & pluſieurs autres Seigneurs moiennerent un accommodement. Le Dauphin & les Princes vinrent implorer la clemence du Roi, qui les reçut en ſa grace, & retint le Dauphin auprès de lui. Cette rebellion fut appellée *la Praguerie*.

A la faveur de ces troubles les Anglois aſſiegerent Harfleur, qui ſoûtint le ſiége

---

omnia faceret. Ex narratione vero Joannis Carterii, Ludovicus Delphinus, tunc 17. circiter annos natus, rebellionis auctor præcipuus fuiſſe videtur. Ex regia, inquit ille, furtim diſceſſit, Niortumque venit, indeque Alenconium Ducem advocavit, qui & ipſe Niortum ſe contulit. Tum Delphinus Comiti de Perdriaco & de Marchia quem ipſi pater educatorem dederat edixit, ſe non ultra velle ejus nutu regi, ejuſque imperio parere, putareque ſe Regni negotia meliore exitu proceſſura eſſe, quando ipſe nutu ſuo omnia ageret.

Comes vero Marchia ad Regem Carolum ſe recepit, ipſique ea omnia quæ tum movebantur nunciavit. A Delphini partibus ſtabant Duces Alenconius & Borbonius, Antonius de Cabannis, Joannes de Rupe Seneſcallus Pictavorum, Petrus de Ambacia Toparcha Calvi-Montis, plurimique alii. Hoc autem conſilio & animo hæc agebantur, inquit Monſtreletus, ut regni adminiſtratio tota Delphino committeretur, & Rex Carolus quaſi in tutela cuſtodiretur. Tremollius quoque has ſequutus partes eſt ut & alii quamplurimi : ſtatimque illi uno animo urbes & caſtra multa occupare niſi ſunt, omnia certe manifeſtam rebellionem portendebant.

mêmes. Tunc Rex Carolus exercitum grandem collegit, ac verſus Pictavorum urbem movit. Dux Alenconius cum ſuis S. Maxentii oppidum occupare tentavit, etiamque cujuſpiam proditione & in oppidum & in arcem ſunt ingreſſi. Verum oppidani plurimi armati unam ex portis occupavere & fortiter obſtitere iis qui illa occupare conabantur, auxilium exſpectantes regium. Abbas item & Monachi arma ſumſere & lapidibus depellebant eos qui Abbatiam capere nitebantur. Adveniente autem Rege, rebelles omnes Niortum aufugerunt, in quod oppidum ſupra memorati Principes ſe receperant; ſed audito Regis adventu, Niortum relinquentes ad Borbonium tractum ſe receperunt. Rex vero oppidanos ſancti Maxentii, Abbatem quoque & Monachos, ob ſibi ſervatam fidem, amplis muneribus donavit. Oppidani Niortenſes Regi ſeſe dedidere. Principes autem cum Duce Borbonio juncti, ad ſancti Porciani oppidum ſe contulerunt. Rex porro ſemper cum exercitu inſequebatur illos. Demum Comes Augæ & plurimi alii proceres rem componere & pacem facere ſtuduerunt. Delphinus & Principes Regis clementiam imploratum venerunt. Rex illos benigne excepit, & in gratiam ſuam reſtituit, Delphinum penes ſe manere voluit. Rebellio autem iſthæc *Pragaria* appellata fuit.

Hac aulæ Francicæ perturbatione utentes Angli Harflevium obſederunt. Præſidiarii fortiter obſtitere *Jean Chartier.*

l'eſpace de trois mois, & fut enfin obligé de ſe rendre à compoſition malgré les efforts que fit le Comte de Dunois pour y jetter du ſecours. Après la priſe d'Harfleur les Anglois fortifierent la montagne & la Roche qu'on appelle Graville en la Baſſe-Normandie, ſur le bord de la mer. Les François avoient pluſieurs fois entrepris de la fortifier ; mais ils en avoient été empêchez par les Anglois.

Au mois de Juin de cette année 1440. Philippe Duc de Bourgogne dit le BON à juſte titre, fit un acte de generoſité qui lui attira les éloges de toute la Chrétienté. L'inimitié des Maiſons d'Orleans & de Bourgogne étoient connuës de tout le monde : le Duc d'Orleans, dont le pere avoit été tué par l'ordre de Jean Duc de Bourgogne, avoit été fait priſonnier à la bataille d'Azincourt, & n'ayant pas moien de paier la groſſe rançon de quatre cens mille écus que le Roi d'Angleterre éxigeoit de lui ; il étoit à Londres privé de ſa liberté depuis vingt-cinq ans, le bon Duc paia en ce tems-ci cette rançon. Le Duc d'Orleans repaſſa la mer, & ſe rendit à Saint Omer où les, deux Ducs lierent enſemble une étroite amitié, qui fut confirmée par le mariage du Duc d'Orleans avec Marguerite de Cleves, niéce du Duc Philippe le Bon.

Berri Roi d'armes dans ſon hiſtoire donne à entendre que le Duc de Bourgogne ne paia pas toute la rançon du Duc d'Orleans. Le Roi, dit-il, lui donna *huit vingt mille livres pour aider à paier ſa rançon, & auſſi il lui ordonna tous les ans dix mille francs pour lui aider à ſoutenir ſon état.*

Vers le même tems fut executé à Nantes le Sire de Rais Maréchal de France, ſaiſi par ordre du Duc de Bretagne. Il fut accuſé & convaincu de pluſieurs crimes horribles, de ſorcellerie, d'avoir tué pluſieurs petits enfans après en avoir abuſé, de ſentimens extraordinaires contre la foi. Il fut condamné à être pendu & brûlé, & donna, diſoit-on, avant que de mourir beaucoup de marques de repentance.

La guerre contre les Anglois continuoit toujours avec ſuccès. Poton de Saintrailles accompagné de près de mille Lances & de neuf mille Archers, alla fortifier la ville de Louviers, & y laiſſa bonne garniſon pour empêcher la communication des Anglois de Mante & de Vernon avec ceux de Rouen. Au même tems le Sire de Breze, mit le ſiege devant Conches, qui ſe rendit, & ſervit depuis à brider les garniſons Angloiſes du voiſinage.

---

per trium menſium ſpatium, demumque pacta conditione oppidum dedere coacti ſunt, cum eo auxilium mittere Comes Dunenſis fruſtra tentaviſſet. Angli poſt Harflevium captum montem & rupem quibus Gravilla nomen in inferiore Normannia ad littus maris ſitam, propugnaculis cinxerunt; id quod jam Franci ſæpe facere tentaverant ; ſed ab Anglis fuerant præpediti.

Monſtrelet. Berri. Menſe Junio hujus anni 1440. Philippus Dux Burgundiæ, Bonus jure cognominatus, rem præſtitit generoſam, qua ſibi Chriſtianorum omnium laudem conciliavit. Quanta familias inter Aurelianenſem & Burgundicam inimicitia eſſet, nemini non notum erat. Dux Aurelianenſis, cujus pater juſſu Joannis Burgundiæ Ducis interfectus fuerat, in Azincurtia pugna captus, cum nullo modo ſolvere poſſet ſummam quater centies millium ſcutorum, quam ab ſe exigebat Rex Angliæ ut libertatem obtineret, Londini verſabatur captivus ab annis viginti quinque. Dux autem ille Bonus hoc anno ſummam illam numeravit Angliæ Regi. Dux porro Aurelianenſis trajecto mari ad Sanctum Audomarum venit, ubi ambo Duces veræ ſeſe amicitiæ vinculo junxere, quæ etiam confirmata fuit ex connubio Ducis Aurelianenſis cum Margarita Clivienſi, filia ſororis Philippi Boni Ducis.

Biturix *Rex Armorum*, hiſtoriæ Scriptor indicat non totam ſummam pro redemtione Aurelianenſis Ducis numeraviſſe Philippum Bonum. Ait enim : *Rex Duci Aurelianenſi centum ſexaginta mille libras dedit, ut hinc ad redemtionis ſuæ precium ſolvendum juvaretur : etiamque illi decem mille libras annuas aſſignavit, ut facilius poſſet in quotidianis expenſis dignitatem ſuam tueri.*

Idem circiter tempus apud Namnetas extremo ſupplicio affectus eſt Reſius Franciæ Mareſcallus, juſſu Britanniæ Ducis comprehenſus, de horrendis multis ſceleribus accuſatus, atque convictus, quod nempe veneficia exerceret, quodque puellos necaret, poſtquam illis abominabili modo abuſus fuerat, quodque de religione male ſentiret. Lato judicio damnatus, ſuſpenſus, poſteaque combuſtus fuit, & ante mortem magna, ut narrabatur, pœnitentiæ ſigna dedit. *Jean Chartier.*

Bellum contra Anglos felici ſemper exitu gerebatur. Poto de Santralliis mille pene lanceas ſecum habens & novem mille ſagittarios, Luparias ſe contulit : oppidumque propugnaculis cinxit, validoque præſidio munivit, quo impediretur ne Angli qui Meduntæ & Vernonii erant cum Rothomagenſibus Anglis coire & conjunctim agere poſſent. Eodemque tempore Brezæus Conchum obſedit, & ad deditionem compulit. Exinde vero præſidia Anglorum a tam frequentibus incurſionibus abſtinere coacta ſunt. *Le même.*

L'Egliſe

L'Eglise étoit alors en trouble. Le Pape Eugene IV. s'étant brouillé avec le Concile de Basle, convoqua un autre Concile à Ferrare, & se retira. Les Prélats du Concile de Basle le déposerent alors ; & élurent Amedée Duc de Savoie, sous le nom de Felix V. ce qui augmenta les brouilleries. Cependant les Rois de France, d'Angleterre, d'Ecosse, & la meilleure partie de la Chretienté demeurerent attachez à Eugene.

Les Anglois & les Gascons de Bourdeaux accompagnez du Captal de Buch, mirent le siége devant Tartas ville forte en ces tems-là, & qui se défendit long-tems. A la fin le Sire d'Albret fit un traité avec les assiegeans, que la ville lui seroit remise, & qu'elle demeureroit neutre sans courir sur les Anglois, & seroit pourtant en l'obéissance du Roi Charles.

L'an 1441. la veille de Pâques, Isabelle de Portugal Duchesse de Bourgogne vint trouver le Roi qui étoit alors à Lân, & qui la reçut magnifiquement. Elle venoit pour faire plusieurs demandes au Roi de la part du Duc de Bourgogne son mari. De l'avis de son Conseil il lui accorda quelques choses ; mais il lui refusa la plûpart de ses demandes comme préjudiciables au bien de son Etat. Après quelque séjour la Duchesse prit congé du Roi pour s'en retourner au Quenoï où étoit le Duc de Bourgogne son mari. Une peinture tirée du Manuscrit de Monstrelet de la Bibliotheque de M. Colbert, nous represente la Duchesse prenant congé du Roi. Ce qu'il y a ici de singulier, c'est que cette Princesse qui prend congé, est à genoux devant le Roi qui est assis, & ne paroît pas même vouloir se lever pour dire adieu à la Duchesse de Bourgogne, fille du Roi de Portugal, & femme d'un des plus puissans Princes de l'Europe. 1441. PL. XLI.

Quoiqu'on eût ci-devant donné la chasse à ces brigands, qu'on appelloit les Ecorcheurs, il y avoit encore dans le Roiaume un grand nombre de pillards qui désoloient les campagnes, & ruinoient le pauvre peuple. Le Roi se rendit à Troie en Champagne pour tâcher de remedier au mal. Il fit prendre & executer plusieurs Chefs de ces pillards, l'un desquels fut un Bâtard de Bourbon. Et pour prevenir ces désordres, il fut ordonné que les gens de guerre se tiendroient dans les villes, & qu'on leveroit des tailles sur les particuliers pour les faire subsister.

Les Anglois de la garnison de Mante vinrent au mois de Février faire une

---

[Le] même. Ecclesia tunc temporis turbis exagitabatur : Eugenius Papa IV. cum Basiliensi Concilio non concordans aliud Concilium Ferrariam convocavit, & a Basiliensibus disjunctus est. Basilienses autem Episcopi Eugenium de gradu & Pontificatu dejecerunt, & Amedeum Sabaudiæ Ducem delegerunt, qui Felix V. appellatus fuit ; id quod dissidia auxit. At Reges Franciæ, Angliæ, Scotiæ, & maxima pars Christianorum Eugenio hæsit.

[Le] même. Angli & Vascones Burdigalenses cum Capitali Boiorum conjuncti, Tartasium munitissimum oppidum obsederunt ; longa fuit obsidio, præsidiariis sese strenue defendentibus ; tandemque Leporetæus Toparcha, pacta cum obsidentibus iniit, & hac conditione soluta obsidio fuit, ut oppidum neutri parti faveret, nec incursiones in Anglos faceret, sed tamen Regi Carolo semper obsequeretur.

[Monst]relet. [...]rt. Anno 1441. in vigilia Paschatis Isabella Regis Lusitaniæ filia, Burgundiæ *Ducissa* Regem adiit, qui tunc Lauduni erat, quique illam magnifice excepit. Multa ab Rege pro Duce Burgundiæ conjuge expetitura venit. Coacto consilio suo Rex ex postulatis ipsi quædam concessit ; sed multo plura negavit, quod illa in Regni sui damnum cederent. Post exactos ibidem dies aliquot, ab Rege dimissa, abscessit, & Quercetum, ubi conjux ejus erat, venit. Tabula depicta in codice quodam manuscripto Bibliothecæ Colbertinæ Isabellam Regi vale dicentem exhibet ; quodque admodum singulare videatur, hæc Princeps femina, quæ ab Rege dimittenda vale dicit ipsi, ante Regem sedentem genibus flexis est, nec videtur Rex assurgere velle, ut Burgundiæ Ducissæ vale dicat Regis Lusitaniæ filiæ, & uxori unius ex potentissimis Europæ Principibus.

Etsi jam pulsi & magna ex parte dissipati fuerant prædones illi, qui Laniones appellabantur, multi alii per Regnum erant qui prædas agebant, agros desolabantur, ac rusticos plebeiosque in extremam miseriam deducebant. Rex vero Trecas Campanienses se contulit, ut tanto malo medicam manum admoveret si posset. Ex prædonum ducibus plerosque apprehendi curavit & supplicio affici jussit, ex quorum numero fuit Nothus quispiam Borbonius. Utque tanto occurreretur damno, præceptum fuit, ut milites bellatoresque omnes in urbibus consisterent, utque a singulis vectigalia solverentur, ut ipsis ad vitam necessaria suppeditarentur. *Jean Chartier.*

Præsidiarii Angli, qui Meduntæ erant, mense *Le même.*

course vers Paris jusqu'à la porte Saint Jâques, enlevant ce qu'ils trouvoient, & emmenant des prisonniers. L'entreprise étoit trop hardie. On courut après eux ; on les atteignit, ils furent tous tuez ou pris, & l'on recouvra tout ce qu'ils avoient enlevé.

Creil pris. On avoit ci-devant entrepris le siége de la ville & du château de Creil, qui ne réussit pas. Le Roi fit assieger la place au mois de Mai, & s'y trouva en personne. Les assiegez firent une belle défense ; il y eut des assauts, & l'on se battit long-tems main à main. Les Anglois rendirent enfin la place par composition, & à condition qu'ils se retireroient avec leurs biens meubles. Les François prirent encore sur eux Beau-mesnil & Beaumont-le-Roger.

Vers le même tems les Anglois des garnisons de la province du Maine s'étant assemblez coururent la campagne, & prirent & pillerent la petite ville & le Monastere de Saint Denys en Anjou. Les François avec les Communes du payis s'assemblerent, fondirent sur eux, & les mirent en déroute. Il y en eut plusieurs de tuez & de pris, & ils y perdirent presque tous leurs chevaux. Des François il n'y eut que quatre ou cinq hommes tuez.

Siege & prise de Pontoise. Au mois de Juillet de la même année le Roi alla assiéger Pontoise, place très-forte, & importante à cause du voisinage de Paris. Le Roi demeura-là pendant tout le siége qui dura long-tems, & s'il alloit & venoit aux environs, c'étoit sans s'éloigner du camp. Dès le commencement du siége les Anglois firent une balade en François, où parlant avec beaucoup de confiance, ils témoignoient un grand mépris pour les François. Ceux-ci leur répondirent sur le même ton. Les assiegez se défendirent en braves, & la garnison fut plusieurs fois ravitaillée & augmentée en nombre d'hommes par Talbot, & par le Duc d'Yorc, qui présenterent bataille au Roi : mais il ne fut pas conseillé de la donner : son armée étant retranchée devant la place, il n'étoit pas à propos de quitter les travaux déja faits pour aller combattre l'ennemi. Au bout de trois mois de siége la ville fut emportée par un assaut general, & pendant que les François étoient occupez à ce siege, Jean Floquet Normand de nation surprit

---

Februarii incursionem fecere in agros Parisinos, & ad usque portam S. Jacobi, quæ occurrebant auferentes, captivosque abducentes. Eratque certe audax, imo temerarium facinus. Post illos itaque curritur, comprehensique omnes Angli vel cæduntur, vel captivi abducuntur. Quidquid vero abstulerant recuperatum fuit.

Le même. Credilium oppidum & castellum jam pridem obsessum fuerat a Francis, qui postea re infecta discesserant. Rex vero Carolus mense Maio istius anni oppidum obsedit, & obsidioni præsens fuit. Præsidiarii Angli obsidentibus fortiter obstiterunt : oppugnatum sæpe oppidum fuit, ita ut Franci & Angli, ceu in campo sæpe cominus pugnarent. Demum Angli oppidum & castrum dediderunt, pacta conditione, ut ipsi liberi abirent cum suppellectili sua. Franci etiam Bellum-mansionile, & Bellum-montem-Rogerii ceperunt, Anglisque abstulerunt.

Eodem circiter tempore, Angli ex præsidiis Cenomanensis tractus collecti in agros incursiones fecerunt, ceperuntque oppidulum & Monasterium sancti Dionysii in Andegavensi tractu. Franci vero cum regionis incolis unà coactis convenerunt, Anglos invaserunt profligaruntque. Ex illis multi occisi, multi etiam capti sunt, omnesque ibi fere equos suos amiserunt. Ex Francis vero nonnisi quatuor vel quinque ceciderunt.

Le même. Mense Julio anni ejusdem Rex Pontisaram obsessum venit, munitissimam urbem, &, quod in Lutetiæ vicinia esset, Francis admodum expetendam. Rex Carolus obsidioni præsens erat, quæ admodum diuturna fuit ; etsi quandoque huc & illuc properabat, non procul tamen a castris unquam. In obsidionis principio Angli oden Francico vulgari idiomate ediderunt, qua cum confidentia loquentes se Francos admodum despicere profitebantur. Franci autem alteram oden ediderunt, qua Anglos maledictis incessebant. Præsidiarii hostem fortissime propulsarunt, queis sæpe novi præsidiarii immissi & adjuncti sunt cum re cibaria competenti, curante Talboto & Eboracensi Duce, qui etiam Regem ad pugnandum provocarunt : verum Rex de consilio suorum pugnam committere noluit. Cum enim exercitus in castris esset urbem cingentibus, & multæ contra urbem machinæ paratæ muros impeterent, non consentaneum rationi erat hæc omnia relinquere ad concertandum cum Anglis. Postquam per tres menses obsidio protracta fuerat, Francis omnibus simul cum impetu muros aggredientibus, expugnata tandem urbs fuit. Dum vero Franci obsidioni isti operam darent Joan-

ISABEL DE PORTUGAL DUCHESSE DE BOURGOGNE

PREND CONGÉ DU ROI CHARLES VII.



la ville d'Evreux ; des Anglois qui la gardoient plusieurs furent tuez ou pris. Les autres s'enfuirent à Vernon : d'autres Anglois surprirent en ce tems-ci une forteresse nommée Cornille ou Cornillon, & délivrerent tous les prisonniers Anglois qui y étoient gardez.

Les Anglois tenoient encore beaucoup de places en Gascogne, & faisoient souvent des entreprises pour étendre leurs limites. Le Roi voulant porter la guerre en ce payis-là se rendit à Toulouse, & forma une des plus grandes armées qu'il eût encore mis sur pied. Il alla d'abord assiéger Tartas, qui ne fit point de résistance. Le Sire de Conac qui tenoit la place, promit avec serment au Roi, qu'il seroit bon François. Les Anglois rendirent au Roi les ôtages donnez par le Sire d'Albret, lorsqu'il fut assiégé dans cette ville, & qu'il fit avec eux le traité dont nous avons parlé ci-dessus. De-là le Roi alla assiéger Saint Sever où il y avoit grosse garnison Angloise. Au troisiéme jour on donna à la ville un assaut general ; la ville fut prise de force, il y eut beaucoup d'Anglois tuez, & quantité de prisonniers entre lesquels étoit le Senechal de Guienne.

1442. Le Roi Charles fait la guerre en Gascogne.

On mit ensuite le siége devant la ville d'Acqs, mal-aisée à prendre par sa situation & par ses fortifications, bien munie de gens de guerre. Le siége dura six semaines. Ceux de dedans se défendirent en braves. On donna enfin un assaut general où le Dauphin Louis se signala : on prit ce jour-là un boulevart, & l'on se disposoit à recommencer l'assaut le lendemain ; mais les assiegez demanderent à capituler. Les conditions furent que les Commandans rendroient aussi les châteaux de Bedols & de Servez, que les gens de guerre resteroient prisonniers, moiennant quoi la ville fut conservée dans ses privileges.

Une si grande quantité de troupes qui vivoient sur le payis, ne pouvoient manquer d'être à charge aux peuples. Les Bearnois s'assemblerent au nombre de quatre mille, & vinrent donner sur les François ; mais ils furent d'abord mis en fuite, & perdirent sept cens des leurs. Le Roi se rendit de-là à Agen, d'où il envoia sommer Tonneins & Marmande de se rendre, ce qui fut fait sans aucune résistance : Milhaut & Mauvoisin se soumirent de même. On assiegea la Reole forte place, où il y avoit bonne garnison Angloise. La ville

---

nes Floquetus patria Normannus, imparatos Anglos invadens, Ebroicas cepit. Ex præsidiariis vero multi vel cæsi vel capti sunt : cæteri autem Vernonium aufugerunt. Hoc ipso tempore Angli castrum quoddam nomine Cornilium vel Cornilionem raptim invaserunt, omnesque Anglos, qui ibidem captivi detinebantur, in libertatem restituerunt.

[...]rri Roi [...]nes. Angli multa adhuc castra & oppida in Vasconia occupabant, utque fines suos ulterius proferrent, plurima tentabant. Rex autem cum in regionem illam bellum inferre vellet, Tolosam venit, & tantum collegit exercitum, quantum vix unquam duxerat. Primo Tartasium obsedit, quod oppidum statim Regi sese dedidit. Conacius vero qui præsidiariis præerat, sacramento adhibito pollicitus est se deinceps Francorum partibus addictum fore. Angli obsides a Leporetæo Toparcha datos Regi Carolo reddiderunt, quos scilicet ille tradiderat, cum pacta illa iniit, quæ jam memorata fuere. Inde Rex Carolus sancti Severi oppidum obsessum se contulit, ubi numerosum erat Anglorum præsidium. Tertio obsidionis die vi undique oppugnatum fuit oppidum, captumque est ; multi Angli cæsi, nec pauciores capti sunt, ex quorum numero fuit Aquitaniæ Senescallus.

[...]se.ie. Sub hæc Carolus Aquas Tarbellicas obsedit, quod oppidum tum ex situ, tum ex structis undique propugnaculis aditu arduum, & difficile captu erat : ad hæc autem numeroso præsidio munitum. Obsidio per sex hebdomadas exercitum distinuit. Præsidiarii vero Francorum impetum strenue propulsarunt ; demum vi undique muri oppugnantur. Ludovicus Delphinus fortissime decertavit, illoque die ex propugnaculis unum captum fuit : ac die sequenti pari vi & fortitudine continuanda oppugnatio erat : verum præsidiarii pro deditione pacisci postulavere. Hæ vero conditiones fuere, ut Præfecti cum oppido etiam Bedolium & Servezium castella dederent, ut armati viri & præsidiarii captivi manerent, & oppidum privilegia sua omnia servaret.

Tantus porro exercitus, qui annonam sibi ex præda & agrorum devastatione comparabat, nonnisi cum ingenti plebis detrimento ali poterat. Benearni igitur quatuor mille numero collecti Francos sunt adorti ; sed statim in fugam versi septingentos ex suis amisere. Rex Aginnum se contulit, indeque Marmandiæ & Tonantii oppidanis denunciari jussit ut sese dederent, id quod sine ulla cunctatione factum est. Horum exemplum sequuta sunt Milhialdum & Malevicinum oppida. Hinc ad Regulæ obsidionem ventum est, quod oppidum munitissimum numeroso Anglorum

fut priſe par aſſaut au troiſiéme jour. Le château tint plus long-tems, mais enfin la garniſon Angloiſe capitula, & ſortit le bâton blanc à la main.

Pendant ce ſiége de la Reole les Anglois de Bayonne ſurprirent la ville d'Acqs qui venoit d'être priſe après un ſi long ſiége, & le château ſe rendit trois jours après. Le Roi s'en alla à Montauban, & puis à Toulouſe, où il pacifia quelques affaires des Comtes de Comminge & d'Armagnac. De Toulouſe le Roi vint à Poitiers d'où il envoia le Dauphin Louis pour commander dans le payis qui eſt entre la Seine & la Somme.

1442. Les Anglois aſſiegent Dieppe & ſont battus.

Le Sire de Talbot le plus brave & le plus experimenté des Capitaines Anglois vint environ la Touſſaint de l'an 1442. mettre le ſiége devant Dieppe, & fit bâtir à la montagne voiſine une grande baſtille de bois, où il mit, ſelon Jean Chartier, deux cens canons. La place étant dépourvuë de gens de guerre, le Comte de Dunois y alla accompagné d'environ mille Gendarmes, & y fit entrer du monde pour la défendre. Il y eût pendant ce long ſiege des attaques fréquentes, où les François ſe défendoient vaillamment. Au mois de Mars ſuivant le Roi Charles y envoia un nouveau renfort de troupes, qui entra dans la ville.

Pour obliger les Anglois à lever le ſiége, Louis Dauphin, qui étoit parti du Poitou, vint ſur la Somme où il ramaſſa beaucoup de Gendarmes, & ſe rendit devant Dieppe avant la mi-Août. Après avoir reconnu les retranchemens des Anglois, & ſur-tout la grande baſtille dont nous venons de parler, il la fit attaquer. Le combat fut rude & ſanglant : les François furent d'abord repouſſez, & perdirent bien de leurs gens, mais le Dauphin les encourageant toujours, ils revinrent à l'attaque & emporterent cette baſtille où il y eut trois cens Anglois tuez. Ils laiſſerent-là une quantité extraordinaire d'artillerie, qui fut amenée dans Dieppe. Le Dauphin Louis ſe fit beaucoup d'honneur en cette occaſion : la baſtille aiant été emportée d'aſſaut, Dieppe fut abſolument délivrée du ſiege.

PL. XLII.

L'attaque de cette baſtille ſe voit ici repreſentée. Elle a été tirée par M. de Gagnieres d'un Manuſcrit de la Bibliotheque du Roi. La baſtille avoit une enceinte de hautes planches fort épaiſſes : on n'avoit rien oublié pour la ſolidité de la ſtructure. Dans cette enceinte on remarque pluſieurs redans pour la dé-

---

præſidio defendebatur. Oppidum tertio obſidionis die vi expugnatum fuit. Caſtellum vero diutius obſidentium impetum propulſavit. Tandem Angli illa conditione caſtellum dediderunt, ut ſinguli baculo albo nixi quo vellent abirent.

Dum Regula obſideretur Angli Baionenſes Aquas Tarbellicas ex improviſo ceperunt, quæ poſt tam diuturnam obſidionem nuperrime captæ fuerant. Arx vero ſeu caſtellum poſt triduum deditionem fecit. Rex in Montem-Albanum, indeque Toloſam ſe contulit, ubi aliquot negotia inter Comites Convenarum & Armeniacenſem compoſuit. Toloſa Rex in Pictavorum urbem venit, indeque Delphinum Ludovicum miſit, ut imperaret in regione tota inter Sequanam & Somonam ſita.

Jean Chartier.

Talbotius Anglorum omnium ducum fortiſſimus, & in re bellica peritiſſimus, circa feſtum omnium Sanctorum anni 1442. Dieppam obſeſſum venit, & caſtellum grande ligneum in vicino monte ſtrui curavit, ubi narrante Joanne Carterio, ducenta pyria tormenta poſuit. Cum autem pauci in urbe bellatores viri eſſent, Comes Dunenſis cum armatis mille viris venit, & pugnatorum manum in urbem immiſit. Diuturna obſidio fuit, frequenterque oppugnati ſunt præſidiarii Franci, qui ſtrenue hoſtem propulſarunt. Menſe Martio ſequenti Rex Carolus novam militum manum miſit, quæ in urbem ingreſſa eſt.

Ut porro Angli ab obſidione removerentur, Ludovicus Delphinus ex Pictavis profectus ad Somonam venit, & milites copiaſque multas collegit, indeque prope Dieppam ſe contulit ante medium Auguſtum menſem. Cum porro Anglorum propugnacula exploraviſſet, maximeque caſtellum illud grande ligneum ſupra memoratum, ipſum impeti juſſit; aſpera & cruenta pugna fuit. Franci ſtatim depulſi ſunt, multoſque ſuorum amiſerunt : verum Delphino ipſis animos faciente & hortante, ſtrenue denuo concertarunt, caſtellumque expugnavere, ubi trecenti Angli occiſi ſunt, tormentorumque bellicorum vim magnam ibidem reliquerunt, quæ omnia Dieppam deducta fuere. Grandem ſibi Delphinus laudem hîc peperit. Expugnato ligneo caſtello, obſidio ab Anglis ſoluta fuit.

Caſtelli iſtius lignei oppugnatio hîc repræſentatur, qualis a D. Gagnerio ex manuſcripto quodam regio educta fuit. Caſtellum tabulis ligneis denſiſſimis cinctum erat. Nihil omiſſum fuerat quod ad ſtructuræ firmitatem conferre poſſet. In hac circumpoſita lignea ſtructura anguli plurimi obſervantur ad defenſionem.

XLII Pl. du Tome III.
pa. 228.

ATTAQUE DE LA BASTILLE DE DIEPPE
PAR LOUIS DAUPHIN.



fenſe. Le dedans eſt plein de grandes tentes & d'Anglois qui ſont fort en mouvement pour repouſſer les François qui les attaquent par pluſieurs endroits & montent par des échelles. Ceux qui ſont au haut de l'échelle ſe battent de main à main contre les Anglois. Les ſoldats François ſont vêtus partie de bleu, partie de rouge, & portent la marque de la Croix blanche, au lieu que les Anglois ont celle de la Croix rouge. Les échelles ſont appuyées ſur des machines, dont je ne comprens pas bien l'uſage.

Le Dauphin paroît à la tête d'une troupe tenant l'écu de France écartelé de Dauphiné, & une pique de la droite. Les Archers François tirent ſans ceſſe. La banniere Angloiſe eſt arborée dans la Baſtille, portant de France écartelée d'Angleterre, & la banniere des François qui eſt au pied de la muraille de bois, porte de France écartelé du Dauphiné. Un Soldat met le feu à deux canons montez ſur quelques pieces de bois: ces canons ſont entourez de groſſes barres de fer pour mieux réſiſter à l'effort de la poudre. Auprès de ces canons eſt une troupe de gens armez, dont les deux premiers portent l'un un grand bouclier de bois quarré long, & l'autre un plus grand tiſſu d'oſier.

Le Dauphin Louis entra dans la ville, & fit pendre tous les François qui avoient été pris au ſervice des Anglois, & auſſi quelques Anglois, qui lui avoient dit des injures pendant l'attaque; les autres demeurerent priſonniers. Il établit Charles Deſmarets Gouverneur de la place, & dédommagea les habitans de Dieppe des pertes qu'ils avoient faites pendant le ſiege.

Au mois d'Octobre ſuivant le Roi étant à Saumur eut nouvelle qu'après la mort de la Comteſſe de Comminge, le Comte d'Armagnac s'étoit ſaiſi des places du Comté de Comminge, où étoient les ſauve-gardes du Roi: qu'il traitoit avec les Anglois, & vouloit marier ſa fille avec le Roi d'Angleterre: qu'il avoit retiré ſes troupes du ſervice du Roi, & s'en ſervoit pour ravager les terres de ſon obéïſſance. Le Roi le fit ſommer de lui remettre les places du Comminge, de mettre fin à tout commerce avec les Anglois, & de retirer ſes troupes du Rouergue. Sur le refus qu'il fit de lui obéir, il envoia le Dauphin Louis avec de bonnes troupes pour ramener ce rebelle à ſon devoir. Il ſe rendit en Rouer-

---

Caſtellum intus conſpectum plenum viſitur tentoriis & Anglis in motu magno verſantibus, ut Francos propulſent, qui plurimis in locis ipſos aggrediuntur, & ſcalis admotis aſcendunt. Qui in ſummas ſcalas pervenerant cum Anglis manu concertant. Franci milites partim rubris, partim cæruleis veſtibus teguntur, & crucem albam inſigne geſtant; Angli vero rubram. Scalæ machinis quibuſdam fulciuntur, quarum uſum non ita probe calleo.

Delphinus in turma quadam princeps & prior obſervatur ſcutum tenens, in quo inſignia Franciæ inſignibus Delphinatus conjuncta obſervantur. Sagittarii Franci ſagittas perpetuo emittunt. Anglicum vexillum in ſuprema caſtelli parte erigitur, inſignia regia Franciæ cum inſignibus Angliæ juncta exhibens. Et vexillum Francorum ad imam muri lignei partem poſitum, inſignia habet regia Franciæ cum Delphinatus inſignibus conjuncta. Miles quidam duobus tormentis pyriis ignem admovet: quæ tormenta ligneis trabibus fulciuntur, tormentorumque tubi denſis ferreis vectibus circumdantur ad firmitatem, utque incenſi pulveris pyrii vim ferre poſſint. Propter tormenta illa bellica armatorum manus viſitur. Duo autem illorum primum occupantes ordinem ſcuta tenent magna; alter videtur ſcutum ligneum quadratum; alter vero majus ſcutum, ex viminibus contextum hoſti opponere.

Ludovicus Delphinus in urbem ingreſſus eſt, Francoſque omnes qui capti fuerant, & pro Anglis militabant, ſuſpendio vitam finire juſſit, etiamque Anglos nonnullos, qui maledicta in ſe protulerant dum oppugnarentur: cæteros vero captivos detinuit. Deſmarcſium autem urbis Præfectum conſtituit, & damna quæ Dieppenſes cives obſidionis tempore pertulerant, oblatis donis compenſavit.

Octobri menſe ſequenti Regi Carolo, Salmurii cum eſſet, nunciatum eſt, poſt obitum Comitiſſæ Convenarum, Comitem Armeniacenſem caſtra & oppida Convenarum occupaviſſe, ubi tamen cuſtodes Regii erant, ipſumque cum Anglis rem agere, velleque filiam ſuam Regi Anglorum nuptui dare, copias ſuas ex regiis exercitibus revocaſſe, iiſque uti ad devaſtandos regiæ Franciæ ditionis agros. Rex vero denunciari illi præcepit, ut Convenarum caſtra & oppida ſibi reſtitueret, cum Anglis rem agere & commercium habere ceſſaret, & ex Rhutenorum tractu copias ſuas evocaret. Illo juſſa ſpernente, Rex Ludovicum Delphinum miſit cum pugnatorum manu valida, ut rebellem virum in ordinem redigeret. Ludovicus autem in Rhutenenſem provinciam ſe contulit, *Berri.*

gue, & obligea Salaſar Capitaine Eſpagnol, qui étoit ci-devant au ſervice du Roi, mais qui l'avoit quitté avec ſa compagnie, pour ſe donner à Armagnac, de lui remettre cette même compagnie, à laquelle il donna un Capitaine affectionné au Roi Charles, & congedia Salaſar tout ſeul. Il ſe rendit de-là à Toulouſe, & marcha vers l'Iſle-Jourdain où étoit le Comte d'Armagnac, qui ne ſe jugeant pas en état de lui réſiſter, vint au-devant de lui pour implorer ſa clemence. Le Dauphin le fit ſaiſir, & l'envoia à Lavaur où on le mit ſous ſûre garde avec ſon fils puîné & ſes deux filles. Le Dauphin ſe ſaiſit après du Comté d'Armagnac, où il mit un Gouverneur, & revint auprès du Roi ſon pere.

1444. Treve avec l'Angleterre.

Après une guerre ſi longue & ſi meurtriere, il étoit tems qu'on reſpirât un peu de part & d'autre. Le premier jour de Juin de l'an 1444. les Rois de France & d'Angleterre firent une treve pour vingt-deux mois, qui devoit commencer le premier de Juin de cette année, & finir le 22. Avril 1446. Le Roi de Sicile pria alors le Roi Charles de le ſecourir pour réduire la ville de Mets, & d'autres places qu'il diſoit lui appartenir. D'un autre côté le Duc d'Autriche demandoit du ſecours contre les Suiſſes qui s'étoient ſouſtraits de ſa domination.

Expedition de Louis Dauphin en Alſace.

Le Roi envoia le Dauphin Louis en Alſace avec une armée conſidérable pour faire la guerre aux Suiſſes. Cette armée étoit compoſée de François joints à huit mille Anglois que le Roi Henri avoit envoiez pour groſſir la troupe. Louis alla d'abord aſſieger Montbelliard, qu'il prit par compoſition, & y laiſſa bonne garniſon. Il vint enſuite du côté de Baſle, & tira vers les Suiſſes. Ils marcherent contre lui au nombre de ſix mille. Le combat qui fut rude & ſanglant, dura trois ou quatre heures. Les Suiſſes ne pouvant plus ſoutenir l'effort de ces troupes aguerries, ſe retirerent dans un clos de vignes auprès d'une Abbayie, où ils ſe défendirent encore aſſez long-tems, & laiſſerent ce jour quatre mille des leurs ſur la place. Le Dauphin s'approcha enſuite de Baſle où ſe tenoit alors le Concile, qui lui députa quatre Cardinaux, autant d'Evêques, & beaucoup d'autres perſonnes notables. Ils lui offrirent de lui donner entrée dans la ville, pourvû qu'il y vînt en petite compagnie. Il reſta encore quelque tems dans la haute Alſace, où ſes gens faiſoient des courſes & un butin conſidérable; mais ils recevoient auſſi quelquefois des échecs qui diminuoient la troupe. Le Prince

---

& Salaſaro Hiſpano duci, qui pridem pro Rege Francorum militabat, & illo relicto cum cohorte ſua ad Armeniacenſem Comitem defecerat, edixit, ut cohortem illam ſibi reſtitueret, cui ipſe Tribunum præfecit Caroli Regis partibus hærentem; Salaſarum vero ſolum dimiſit. Hinc Delphinus Toloſam venit, & verſus Inſulam-Jordanis movit, ubi tunc erat Comes Armeniacenſis, qui ſe viribus longe imparem ſentiens, obviam ipſi venit ut ejus clementiam imploraret. Delphinus ipſum comprehendi & Vaurum mitti juſſit, ubi ſub tuta cuſtodia poſitus eſt cum filio ſuo minore filiabuſque duabus. Delphinus poſtea Armeniacenſem Comitatum occupavit, ubi Præfectum poſuit, & ad patrem reverſus eſt.

Jean Chartier. Matthieu de Couci.

Poſt adeo diuturnum cruentumque bellum, tempus erat ut aliquantum utrinque reſpiraretur. Primo itaque Junii die anni 1444, Reges Franciæ & Angliæ pro viginti duorum menſium ſpatio inducias fecerunt, quarum initium fuit primo die Junii iſtius anni 1444. Finis vero futurus erat die 22. Aprilis anni 1446. Tunc porro Renatus Siciliæ Rex Carolum Regem rogavit ſuppetias ſibi ferret ut Metenſem urbem, aliaque oppida & caſtra, quæ ad ſe pertinere dicebat, in ordinem redigeret. Ex altera vero parte Dux Auſtriæ opem poſtulabat contra Helvetios, qui ſe ex ipſius dominio atque ditione ſubmoverant.

Rex vero Carolus Delphinum miſit in Alſatiam cum numeroſo exercitu, ut contra Helvetios bellum gereret. Qui exercitus Francorum turmis & cohortibus, & octo mille Anglis, quos Rex Henricus miſerat, conſtabat. Statim vero Delphinus Montem-Belligardum obſedit, & pacta conditione cepit, validoque præſidio munivit: inde Baſileam verſus movit, & ad Helvetios ſe contulit. Hi ſtatim ſex mille numero contra illum profecti ſunt. Acris & cruenta pugna fuit trium circiter vel quatuor horarum ſpatio: deindeque cum non poſſent Helvetii tot cohortes bello aſſuetas depellere, ſeſe in vinearum ſepta receperunt prope Abbatiam quamdam, ibique nec modico tempore hoſtem propulſavere, illaque die quatuor millia cæſorum in ſolo ſtrata reliquerunt. Delphinus poſtea prope Baſileam acceſſit, ubi tunc Concilium celebrabatur. Cœtus autem Antiſtitum ad ipſum quatuor Cardinales, totidem Epiſcopos, multoſque alios inſignes viros miſit, qui ipſi facultatem obtulere ipſam in urbem intrandi, cum modico tamen comitatu. Aliquanto tempore Ludovicus in ſuperiori Alſatia manſit, ubi exercitus ſui cohortes incurſiones faciebant, prædaſque magnas agebant; ſed aliquando etiam cædebantur, & hinc exercitus in dies mi-

ſe retira enfin avec ſon armée, repaſſa par Montbeliard, & revint joindre ſon pere.

Siege de Mets.

Tandis que le Dauphin étoit occupé à cette expedition, le Roi Charles aſſembla des troupes conſidérables pour aller reduire la ville de Mets. Les Auteurs ne conviennent pas de la cauſe pour laquelle il leur fit la guerre. La plûpart diſent qu'il l'aſſiégea pour la remettre ſous l'obeiſſance de René Roi de Sicile, & Duc de Lorraine. Matthieu de Couci qui rapporte la choſe plus au long, aſſure que le Roi Charles prétendoit qu'elle étoit ſujette aux Rois de France, mais que pendant les troubles & les grandes guerres qui avoient long-tems déſolé la France, les habitans s'étoient ſouſtraits de leur domination; en ſorte que quand l'Empereur vouloit les ſoumettre à ſon empire, ils lui répondoient, qu'ils étoient & avoient été de tout tems ſujets au Roi de France, & que quand le Roi de France vouloit les réduire à leur devoir, ils lui ſoûtenoient qu'ils appartenoient à l'Empire. Le Roi marcha donc contre eux avec une armée, prit toutes les places & fortereſſes qu'ils tenoient autour de leur ville, où il mit le ſiége. Son armée fut long-tems occupée à ce ſiege: les habitans entrerent enfin en compoſition; & convinrent qu'ils donneroient au Roi pour les frais du ſiége deux cens mille écus. 1445.

En la même année le Roi Charles fit l'accommodement entre René Roi de Sicile & le Duc de Bourgogne. René avoit été priſonnier du Duc, & avoit recouvré ſa liberté à certaines conditions, comme nous avons dit ci-devant. Ils étoient ſur cela en differend. Pour terminer cette affaire le Duc de Bourgogne envoia la Ducheſſe ſa femme bien accompagnée, & le Roi les mit d'accord. La Dauphine Marguerite d'Ecoſſe mourut cette année, & ne laiſſa point d'enfans.

Ordre établi dans la Milice.

Une des meilleures actions que fit le Roi Charles, ce fut le bon ordre qu'il établit dans la Milice Françoiſe, qui vivoit auparavant ſans diſcipline, & ne ſubſiſtoit le plus ſouvent que de pillage: elle étoit fort mêlée de gens qui ne ſervoient à autre choſe qu'à ruiner les campagnes. Ceci eſt rapporté diverſement par differens Auteurs, ce qui peut venir de ce que les premieres Ordonnances furent changées. Voici comme en parle un Auteur du tems. Il fut réſolu qu'on retiendroit quinze cens hommes d'armes, autant de Couſtilliers,

---

nuebatur. Ludovicus tandem cum exercitu receptui cecinit, per Belligardum-montem tranſivit, atque ad patrem reverſus eſt.

[...]mêmes.

Dum expeditionem hujuſmodi Delphinus faciebat, Rex Carolus copias multas collegit, ut Metas urbem in ordinem redigeret. Non una eſt Scriptorum circa hujuſce belli cauſam ſententia. Maxima pars dicunt ipſum Metas obſediſſe, ut ſub poteſtatem Renati Siciliæ Regis & Lotharingiæ Ducis redigeret. Matthæus vero Cuciacenſis qui rem pluribus narrat, ait Regem Carolum contendiſſe urbem iſtam ad Reges Francorum pertinere; ſed cum diuturno admodum tempore Francia motibus & bellis agitata fuiſſet, Metenſes ſe ab eorum dominatu ſubmoviſſe; ita ut cum Imperator illos imperio ſuo ſubjicere vellet, reſponderent ſe Regis Francorum ſubditos & eſſe & ſemper fuiſſe, & cum Rex Francorum illos in ordinem redigere vellet, dicerent ſe ad Imperium pertinere. Rex igitur cum exercitu contra illos movit, omniaque caſtra & oppida quæ ipſi circa urbem ſuam occupabant, cepit, urbemque ipſam obſedit. Diuturna fuit obſidio: cives tandem cum Rege pacti ſunt, illa conditione, ut ipſi Regi pro ſumtibus obſidionis ducenta ſcutorum millia numerarent.

Matthieu de Couci.

Eodem anno Rex Carolus lites Regem inter Siciliæ Renatum & Ducem Burgundiæ denuo ſubortas compoſuit. Renatus Ducis Burgundiæ captivus & ſub cuſtodia detentus fuerat, libertatemque demum nactus fuerat, uti ſupra diximus. Ea vero de re nova diſſenſio nata fuerat. Dux Burgundiæ uxorem ſuam cum proceribus multis miſit; & Carolus Rex litem prorſus diremit. Hoc ipſo anno ſine prole obiit Margarita Scotorum Regis filia, Ludovici Delphini uxor.

Hiſt. chronologique du Roi Charles, p. 427.

Inter laudabiliora Regis Caroli geſta hoc cenſeri poteſt, quod Francicæ militiæ ita proſpexerit, ut cum recto deinceps ordine omnia procederent. Antehac enim nulla pene diſciplina militaris ſervabatur, militeſque ex præda ut plurimum victum parabant. Inter milites autem alii inferioris ordinis, nonnisi ad agros devaſtandos utiles erant. Hæc porro varie narrantur a diverſis Scriptoribus: quæ varietas inde fortaſſe naſci potuit, quod primæ hac de re factæ conſtitutiones, mutatæ poſtea fuerint. Hac de re quidam iſtius temporis Scriptor talia fatur: decretum fuit, ut mille quingenti Milites retinerentur, totidemque Cultellarii & tres

& trois mille Archers, qui avoient leurs Capitaines, & devoient être logez & nourris dans des villes. On leur assigna une quantité de vivres que les peuples leur devoient fournir. Cette Ordonnance fut depuis changée. Il fut établi qu'il seroit payé à chaque homme d'armes qui avoit un page, *un gros valet*, deux Archers & un Coustillier, trente francs par mois. Et pour pouvoir suffire à cette dépense, on mit une taille qui fut appellée *la taille des Gendarmes*. Après qu'on eut choisi ces Gendarmes sur toutes les troupes, on donna congé à tous les autres avec ordre de se retirer chez eux, & avec pleine remission des crimes qu'ils pourroient avoir commis par le passé.

1446. Les Gennois fatiguez des changemens qui arrivoient souvent dans leur Gouvernement, résolurent de se donner au Roi de France, & lui envoierent des Ambassadeurs pour le prier d'accepter l'offre qu'ils lui faisoient de leur Seigneurie. Le Roi leur envoia l'Archevêque de Rheims, & quelques autres pour en prendre possession. En ce tems-là Janus de Campo-Fregoso prit quelques places au nom du Roi de France, & s'empara de Gennes, l'en fit déclarer Duc, & quand les gens du Roi vinrent pour en prendre possession, il leur dit qu'il vouloit garder pour lui ce qu'il avoit conquis à la pointe de l'épée.

1446. L'an 1446. la treve fut renouvellée entre la France & l'Angleterre, depuis
1447. le premier d'Avril jusqu'au même jour de l'année suivante. Elle fut encore
prolongée après ce terme, dans l'esperance qu'on pourroit venir à une bonne
paix : & ce second terme étant expiré, on prolongea encore cette treve pour
deux ans.

Le nouveau schisme qui s'étoit introduit, faisoit déja un grand bruit dans la
Chretienté, & le Roi Charles s'interessoit beaucoup pour la paix de l'Eglise. Il
envoia des Ambassadeurs à Eugene IV. & à Felix V. dans le dessein de faire re-
connoître le premier & de procurer à l'autre une dignité honorable dans l'E-
glise, à condition que toutes censures seroient levées de part & d'autre. Ce-
pendant le Pape Eugene vint à mourir, & les Cardinaux élurent Nicolas V.
1448. Le Roi sollicita vivement Amé de Savoie ou Felix V. de se demettre sous des
conditions honorables, & les Ambassadeurs d'Angleterre s'étant joints aux
siens, Felix se démit enfin, & rendit ainsi la paix à l'Eglise.

---

mille Sagittarii qui duces suos haberent, quique in urbibus & oppidis habitarent, & alimenta acciperent: ac quanta ipsis a populo cibaria subministranda essent assignatum fuit. Hæc porro constitutio deinde mutata est, statutumque fuit ut militibus seu *viris armorum* singulis, quorum quisque habebat puellum honorarium, famulum, sagittarios duos, & Cultellarium unum, triginta libræ ad singulos menses numerarentur. Et ut hæc suppeditari possent, vectigal impositum fuit, cui nomen erat *vectigal militum*. Postquam autem hi milites inter alios omnes delecti fuere, dimissi sunt alii, queis jussum est patriam repetere: hique liberi declarati sunt ab omni pristinorum facinorum scelerumve perquisitione.

Genuenses cum mutationes illas perpetuas, quæ in Republica sua contingebant, ægerrime ferrent, Regi Francorum sese dedere decreverunt, ad eamque rem Oratores ipsi miserunt rogantes oblatum sibi in Genuenses dominatum admitteret. Rex Genuam misit Archiepiscopum Rhemensem & quosdam alios qui suo nomine dominatûs hujusmodi possessionem acciperent. Inter hæc autem Janus de Campo-Fregoso aliquot castra Regis Francorum nomine cepit, ipsamque Genuam occupavit, ac sibi Ducis nomen attribui curavit. Et cum ii, qui a Francorum Rege mittebantur, possessionem accepturi venerunt: dixit ille, in proposito sibi esse illa servare sibi, quæ vi armorum ipse acquivisset.

Anno 1446. induciæ renovatæ sunt inter Franciam & Angliam a prima die Aprilis ad usque eamdem diem anni sequentis; quo etiam transacto tempore, protractæ denuo induciæ sunt, nec sine spe, induciarum tempore posse etiam pacem certam conciliari, & hoc quoque decurso temporis spatio, induciæ adhuc ad annos duos statutæ fuere. *Jean Chartier.*

Novum schisma paulo ante inductum, ut diximus, rumorem magnum inter Christianos excitabat, Rexque Carolus qui Ecclesiæ paci admodum studebat, Oratores misit Eugenio IV. & Felici V. eo animo ut priorem confirmaret, alteri vero dignitatem procuraret, qua posset cum honore inter Christianos versari, illa conditione ut censuræ omnes utrinque prolatæ, nullæ declararentur. Interea Eugenius IV. defunctus est, & in ejus locum Cardinales Nicolaum V. delegerunt. Rex vero Carolus apud Amedeum Sabaudiæ Ducem, qui Nicolaus V. Pontifex vocabatur, solicite id egit, ut Pontificatum, honorabilibus positis conditionibus, abdicaret, cumque Anglici Oratores cum Francis eadem de causa juncti fuissent. Felix tandem Pontificatum deposuit, atque ita Ecclesiæ pax reddita fuit. *Le mêm*

L'institution

L'inſtitution des Francs-Archers fut faite en cette année 1448. Il fut ordonné qu'en chaque parroiſſe il y auroit un archer choiſi ſur tous les hommes de la parroiſſe : que ces archers ſeroient tous munis de ſalade, dague, épée, arc, trouſſe & brigandine. Ils devoient s'exercer à tirer de l'arc aux jours de fêtes. On leur donnoit quatre francs par mois. Ils devoient être exemts de toutes tailles & impots, & toujours prêts à marcher pour le ſervice de l'Etat. *Francs Archers.*

Cette même année la veille de l'Annonciation de Notre-Dame, les Anglois violerent la tréve qui devoit durer juſqu'à l'année ſuivante, & ruinerent leurs affaires en France. François de Surienne, dit l'Aragonnois, qui étoit au ſervice du Roi d'Angleterre, ſe mit à la tête de pluſieurs Anglois, qui ſurprirent la ville de Fougeres en Bretagne, aux confins de la Normandie, tuerent pluſieurs des habitans, firent des priſonniers, pillerent les Egliſes, violerent femmes & filles, & firent des courſes en Bretagne comme en guerre ouverte. Ils remporterent de-là un grand butin, qui montoit à ſeize cens mille écus, ce qui paroit incroiable. Le Duc de Bretagne ſollicita le Roi d'en tirer vengeance, & ſe prépara lui-même à ſe mettre en campagne pour leur faire la guerre. *Treve violée par les Anglois.*

On envoia des Ambaſſadeurs en Angleterre & au Duc de Sommerſet pour demander réparation des dommages. Ils deſavouerent Surienne; mais pour le reſte ils uſerent de beaucoup de remiſes. Il ſembloit qu'ils n'avoient nulle envie de donner ſatisfaction. Le Duc de Bretagne impatient de tant de délais, fit ſurprendre le Pont de l'Arche ſur les Anglois, après quoi la guerre recommença tout de bon. Gerberoi en Beauvoiſis, que les Anglois tenoient, fut emporté par eſcalade : ils perdirent encore Conches. En Gaſcogne un Gentilhomme nommé Verdin, prit ſur les Anglois Coignac & Saint Maigrin. On renouvella avec eux les Conferences pour la paix, mais cela n'aboutit à rien. La guerre fut déclarée aux Anglois : le Roi d'Ecoſſe qui ſe plaignoit auſſi qu'ils avoient violé la treve, dans laquelle il étoit compris, reprit les armes contre eux. *1449.*

Un Meunier de Verneuil, que les Anglois avoient maltraité, livra cette ville aux François, qui aſſiegerent une groſſe tour, où les Anglois s'étoient retirez. Le Roi Charles déclara alors le Comte de Dunois Lieutenant General de ſes *Guerre en Normandie.*

---

même. Inſtitutio Francorum ſeu liberorum ſagittariorum hoc anno 1448. peracta eſt. Præceptum ſcilicet fuit, ut in qualibet parochia Sagittarius unus eſſet, inter viros omnes ejuſdem parochiæ delectus ; ut ſagittarii illi omnes muniti eſſent galea levi, pugione, gladio, arcu, pharetra & thorace, ut feſtis diebus in arcuum & ſagittarum tractatione ſeſe exercerent. Iis aſſignabantur ad menſes ſingulos Franci quatuor. Erant porro illi ab omnibus vectigalibus, tributis, ſubſidiis ferendis liberi & exemti, ſemperque parati eſſe debebant ut ad bellum vocati ſtatim proficiſcerentur.

même. Hoc ipſo anno in vigilia Annunciationis Beatæ Mariæ, inducias quæ ad annum uſque ſequentem ex pacta conditione protrahendæ erant, Angli violarunt; ſicque res ſuas in Franciæ Regno peſſum dederunt. Franciſcus de Surienna Aragonenſis dictus, qui pro Rege Angliæ militabat, aſſumtis ſecum Anglis plurimis Fugeriam Britanniæ Armoricæ oppidum in confinio Normanniæ ſitum ex improviſo cepit. Angli ex oppidanis multos interfecerunt, alios captivos abduxerunt, Eccleſias expilarunt, mulieres & puellas violavere, & per Britanniam, ac ſi in terra hoſtili fuiſſent, incurſiones fecerunt, prædaſque ingentes egerunt; ita ut, narrante hiſtoriæ Scriptore, manubiarum precium ad mille ſexcenta milia ſcutorum pertingeret, quod incredibile videatur eſſe. Dux porro Britanniæ apud Regem Carolum inſtitit, ut tam indignum facinus ulciſceretur, ipſeque ad bellum Anglis inferendum ſeſe totis viribus apparavit.

Oratores autem in Angliam & ad Sommerſetium miſſi ſunt, qui ut damna ſarcirentur expeterent. Illi vero Suriennam injuſſu ſuo hæc perpetraſſe teſtificati ſunt; quod reliquum autem erat, ut nempe illata damna ſarcirentur, non curavere ; ſed procraſtinatione incuriaque magna ſunt uſi. Dux porro Britanniæ cunctationem tantam non ferens, Pontem-Arcus oppidum, quod occupabant Angli, ex improviſo expugnari juſſit ; tuncque bellum aperte reſumtum fuit. Gerboredum in Bellovacenſi agro, quod oppidum Angli occupabant, ſcalis admotis captum eſt. Angli Conchas etiam amiſere. Vir nobilis in Vaſconia Verdinus nomine, Conacum & ſanctum Macrinum Anglis abſtulit. De pace tamen reſtituenda cum Anglis agitur : verum re infecta diſceditur, bellumque ipſis denunciatur. Rex Scotiæ item, qui de fractis induciis & ipſe querebatur, arma contra illos ſumſit, bellumque ipſis indixit.

Le même. Molendinarius Vernolienſis, quîcum Angli aſperè egerant, Vernolium Francis arte tradidit, qui turrim magnam ſive arcem in quam Angli ſe receperant, obſederunt. Tunc Rex Carolus Comitem Dunenſem exercituum ſuorum Præfectum generalem declaravit.

armées. Les Comtes d'Eu & de Saint Paul prirent de force le château de Nogent, & le brulerent, parce que la garde en étoit difficile. Ils allerent ensuite joindre le Comte de Dunois, & tous ensemble attaquerent si vigoureusement Pontaudemer, qu'il fut pris d'assaut malgré la grande résistance des Anglois.

Conquêtes des François en Normandie.

En ce même tems le Comte de Douglas Ecossois faisoit avec succès la guerre aux Anglois en Ecosse. Cette diversion fut favorable aux François, qui prirent la grosse Tour de Verneuil, & depuis Saint James de Beuvron: Lisieux se rendit sans attendre qu'on en formât le siége. Le Comte de Dunois alla ensuite assieger Mante. Les habitans craignant d'être pillez si la ville étoit prise d'assaut, prirent les armes, se saisirent d'une porte & d'une tour, & y introduisirent les François. La garnison Angloise voiant qu'elle ne pouvoit éviter d'être forcée, capitula à des conditions assez avantageuses & se retira.

Les conquêtes des François en Normandie alloient toujours avec rapidité. Le château de Loigni fut pris: on somma Vernon de se rendre, & après une légere résistance, les habitans forcerent la garnison Angloise de capituler. Le Roi donna le domaine de cette ville au Comte de Dunois qui l'avoit prise. Un grand nombre de châteaux & places tomberent alors sous la domination des François; les châteaux de Dangu & d'Harcourt, la ville & château de Gournai, la Roche-Guion, Neuf-Chastel, Nicourt, Chambray, Essay, l'Abbayie de Fécamp. D'un autre côté le Duc de Bretagne étant entré avec une armée considerabledans la basse Normandie, prit plusieurs bonnes villes; Coutance, Saint Lo, Carentan, & un grand nombre de châteaux.

En ce même tems, le Duc d'Alençon prit par intelligence la ville capitale de son Duché; & le Comte de Foix Lieutenant General pour le Roi en Guienne & aux Monts Pyrenées, prit sur les Anglois la ville de Mauleon. La guerre prenoit ainsi le train de bien-tôt finir par la prise de tout ce qui restoit aux Anglois en Guienne & en Normandie. Toucque, Hiemes & Argentans tomberent en la puissance du Roi Charles; Fresnay & Gisors les suivirent de bien près.

Après que les environs de Rouen eurent été nettoiez de garnisons Angloi-

---

Comites Augæ & sancti Pauli castellum Novigenti vi ceperunt incenderuntque, quia difficile servari, defendique poterat. Ambo autem postea Dunensem Comitem junctum venere, & simul cum tanta vi & impetu Pontem Audemari oppugnavere, ut strenue licet Francos Angli propulsarent, oppidum captum fuerit.

Eodem tempore Comes Duglasius in Scotia bellum cum Anglis gerebat, quod bellum Angli ut sustinerent copias diducere suas coacti sunt, indeque Franci facilius castella & urbes, Anglicis munitas præsidiis, expugnavere. Magna turris seu arx Vernoliensis capta fuit, exindeque S. Jacobus de Beveronio in Francorum manus cecidit. Lexovium sese ipsis dedidit, non exspectata obsidione. Comes Dunensis postea Meduntam obsedit. Oppidani vero metuentes ne si vi expugnarentur, bona amitterent omnia, armis sumtis ex portis unam atque turrim occuparunt, & Francos intromisere. Tum prætidiarii Angli videntes se mox cæsum iri, pactis conditionibus iisque honestis, alio commigrarunt.

Le même.

Sic mira celeritate Franci urbes, castra & oppida Normanniæ in potestatem redigebant suam. Logniacense castellum captum est. Vernonii oppidanis denunciatum fuit, uti sese dederent; ii Anglos præsidiarios postquam aliquantulum decertassent, uti deditionem facerent compulerunt. Rex porro Vernonii dominium Comiti Dunensi dedit, qui ipsum ceperat. Quam plurima tunc castra & oppida in Francorum manus devenere, Dangutum, Harcurtium, Gornacum oppidum & castellum, Rupes-Vidonis, Novum-Castellum, Nicurtium, Cambraium, Essaium, Fiscaniensis Abbatia. Ex alia vero parte Dux Britanniæ in Normanniam inferiorem cum numeroso exercitu ingressus, urbes plurimas cepit, Constantia castra, Carentonium, sanctum Laudum, & quam plurima castella.

Le même.

Eodem tempore Dux Alenconius, Ducatûs sui urbem præcipuam Alenconium, civibus quibusdam secum consentientibus arte cepit. Comes vero Fuxensis, Regius Præfectus in Aquitania & Pyreneis montibus, Malum-Leonem oppidum Anglis abstulit. Ita cito finem habiturum esse bellum prospiciebatur, cum omnia quæ Angli in Aquitania & in Normannia tenebant raptim in Francorum potestatem cederent. Tolca, Oximum, Argentomagum Carolo Regi sese dediderunt. Horum exemplum sequuta sunt Fresinacum & Gisortium.

Postquam autem illa oppida & castra, quæ circa Rothomagum erant, Anglorum præsidiis vacua fuere,

ſes, le Roi penſa à faire le ſiége de cette grande ville. Il délibera ſur cela avec le Comte de Dunois & les autres Chefs de ſon armée, & envoia des Herauts pour ſommer les habitans de ſe remettre ſous l'obéïſſance du Roi. Mais les Anglois qui ſe douterent bien que les Herauts venoient pour cela, ne les laiſſerent point approcher. La ville fut inveſtie par les François, qui eurent à ſoutenir au commencement des furieuſes ſorties des Anglois. La plûpart des habitans ſouhaitoient fort de ſe rendre au Roi pour éviter le pillage de leur ville. Il y en eut de plus hardis que les autres, qui trouverent moien de ſe ſaiſir de deux fortes tours, & d'un pan de muraille, & firent avertir le Comte de Dunois, qu'ils pourroient donner par là entrée aux troupes Françoiſes. Le Comte y envoia des gens pour monter par eſcalade à la faveur des deux tours. Il y en monta en effet pluſieurs qui entrerent dans la ville : mais à ces nouvelles Talbot vint avec une bonne troupe d'Anglois, les pouſſa vivement; ils ſe défendirent en braves : mais accablez par le nombre, ils furent obligez de ceder. Ceux qui purent repaſſer ſur les murs ſe ſauverent ; les autres furent tuez ou pris. Le nombre des morts alla à cinquante ou ſoixante. Les Anglois reprirent les deux tours que les Bourgeois avoient occupées. Après quoi ils maſſacrerent inhumainement tous les François qu'ils avoient pris, ce qui déplût fort à la Bourgeoiſie. Priſe de Rouen.

La ville manquoit abſolument de vivres; les Bourgeois & les habitans s'aſſemblerent en armes avec l'Archevêque, & réſolurent de traiter avec le Roi. En ſortant de là ils trouverent le Duc de Sommerſet, & lui dirent qu'il falloit néceſſairement ſe rendre. Le Duc voiant les Bourgeois & toute la populace armée, fit ſemblant de s'addoucir & de condeſcendre à leurs volontez. Mais dès qu'il fut ſorti de là, il fit ſaiſir par les Anglois le Palais, le Château, les portes & d'autres poſtes. Les Bourgeois ſe jetterent alors ſur les Anglois qu'ils purent trouver, & tuerent ceux qu'ils rencontrerent. Ils ſe rendirent maîtres d'une partie des murs, des tours, & de pluſieurs portes. Les Anglois ſe tinrent dans les poſtes qu'ils avoient occupez. Le Comte de Dunois fit attaquer le fort de Sainte Catherine, qui ſe rendit dans le tems que le Roi arrivoit. Les habitans apporterent les clefs, & les troupes Françoiſes entrerent dans la ville.

Le Duc de Sommerſet voiant qu'il ne pouvoit tenir longtems contre l'armée du Roi des plus grandes & des plus belles qu'on eût encore vû, vint parlemen-

---

jam de iſta ſibi ſubigenda urbe Rex cogitavit; qua de re cum Comite Dunenſi, cumque aliis exercitus Francorum ducibus deliberatum eſt. Tunc Carolus precones Rothomagum miſit, qui civibus denunciarent, uti ſeſe ſub Regis ſui poteſtatem reducerent. Verum Angli, qui precones ea de cauſa miſſos fuiſſe ſuſpicabantur, illos ne propius accederent abegerunt. Urbem Franci cinxere, Angloſque ſæpe in ſe magna vi & impetu erumpentes, ſtrenue repulerunt. Maxima pars civium ſeſe Regi dedere peroptabant, ut ne ſi urbs vi caperetur, bona ſua omnia diripérentur. Quidam vero cæteris audaciores, turres duas & muri partem occupavere, Comitemque Dunenſem ſubmonuere, poſſe ſe per hanc muri partem Francos in urbem intromittere. Comes pugnatorum manum miſit, qui ſcalis admotis inter duas illas turres conſcenderent. Non pauci ſic in urbem intravere. At re comperta Talbotius cum Anglis multis venit, & Francos ingreſſos vi magna adortus eſt. Hi ſtrenue pugnavere : ſed hoſtium numero obruti cedere compulſi ſunt ; quidam muros denuo conſcendentes dilapſi ſunt ; alii vel cæſi, vel capti fuere : cæſorum numerus ad quinquaginta vel ſexaginta pertigit. Angli duas illas cepere turres; quas cives antehac occupaverant; poſteaque Francos illos omnes, quos in urbe ceperant, immaniter trucidarunt : id quod Rothomagenſibus civibus ſumme diſplicuit.

Cum porro annona in urbe prorſus deficeret, cives & infima plebs una coacti cum Archiepiſcopo armati convenerunt, & de urbe Regi dedendâ una conſenſerunt. Hinc egreſſi in Sommerſetium Ducem inciderunt, edixeruntque illi de urbis deditione tractandum neceſſario eſſe. Dux cives & plebem totam armatos cernens, ſe illorum votis cedere ſimulavit. Verum inde profectus, ab Anglis occupari curavit Palatium, caſtellum, portas, aliaque loca. Tunc cives & plebs in Anglos irruerunt, obvios quoſque occiderunt, partem murorum, turrium & portarum occupavere. Angli vero ea quæ invaſerunt loca ſervare tentaverunt. Comes Dunenſis Sanctæ Catharinæ arcem oppugnari juſſit, quæ eo ipſo tempore quo Rex adventabat, deditionem fecit. Cives urbis claves attulerunt, & Francorum copiæ in urbem ſunt ingreſſæ. Le même

Dux vero Sommerſetius, ut vidit non poſſe Anglos diu occupata loca tueri contra tantum exercitum, quantum vix uſpiam viſum fuerat, de conditionibus

ter, & s'offroit de rendre tout ce qu'il tenoit aux mêmes conditions que le Roi avoit accordées aux Bourgeois. Cela lui fut refusé, & il se défendit encore quelque tems; mais il fut bien-tôt obligé de venir accepter les conditions qu'on lui avoit proposées; savoir, que le Duc & les autres Anglois se retireroient où bon leur sembleroit avec tous leurs effets; hors les prisonniers & la grosse artillerie qu'ils laisseroient: qu'ils paieroient au Roi dans un an la somme de cinquante mille écus, & à ceux qui avoient fait le Traité six mille écus: qu'ils paieroient aussi aux Hosteliers, Bourgeois & Marchands tout ce qu'ils leur devoient. Le Duc de Sommerset & Talbot promirent aussi de livrer au Roi ou à son ordre, Arques, Caudebec, Tancarville, l'Islebonne, Honfleur & Montiervilliers. Sommerset donna pour ôtages Talbot & cinq ou six autres Seigneurs Anglois. Il fit effectivement remettre toutes ces places au Roi hors Honfleur, que Maître Courson Commandant de la place ne voulut jamais rendre: ce qui fut cause que Talbot demeura en ôtage entre les mains du Roi.

Entrée du Roi Charles dans Rouen.

PL. XLIII.

Le Roi fit ensuite son entrée publique dans la ville de Rouen, des plus magnifiques qu'on eût encore vû. Elle est amplement décrite dans le cérémonial François, & dans les Historiens, Jean Chartier, Berri Roi d'armes, & Monstrelet. Un Manuscrit de ce dernier represente cette entrée en peinture, telle qu'on la voit dans la Planche qui suit. Le Roi partit de Sainte Catherine accompagné du Roi de Sicile, & d'un grand nombre de Princes & de Seigneurs. Six cens Archers tous superbement habillez marchoient devant. Après eux venoient les Herauts du Roi & des autres Princes, & puis les Trompetes. Le Chancelier Juvenal des Ursins venoit ensuite, & devant le Roi marchoit Saintaraille Grand Ecuier.

Cela ne se peut distinguer sur la planche, où cette arrivée du Roi d'un côté & des Messieurs de ville avec le Clergé de l'autre, empêche qu'on ne voie cet ordre de la marche du Roi & de ses gens. L'Archevêque de Rouen, & les Evêques de Lizieux, de Baieux & de Coutances, furent presentez au Roi par le Comte de Dunois: on les voit dans l'estampe, en camail & le bonnet sur la tête qui se retirent après avoir fait la reverence à sa Majesté. Les Magistrats de la ville étoient venus ensuite. Un d'entre eux presente les clefs au Roi attachées à une baguette. Le Roi prit les clefs, dit l'Historien, & les remit au Sénéchal

---

deditionis agere cœpit, & quæ occupabat omnia se dediturum offerebat, si eadem ipsa quæ civibus Rothomagensibus sibi concederentur. Id ipsi negatum fuit, & aliquandiu Francis loca ab se occupata impetentibus obstitit. At brevi ad oblatas sibi accedere conditiones coactus est: illæ autem erant, ut Dux cum Anglis quo vellet se reciperet cum suppellectili, captivos tamen Francos dimitteret necnon tormenta bellica; ut Regi intra anni unius spatium quinquaginta millium scutorum summam numeraret, iisque qui pacta inierant, sex scutorum millia solveret, ut cauponibus, civibus & mercatoribus debitas summas Angli numerarent. Dux Sommersetius & Talbotius Regi etiam polliciti sunt se reddituros ei, vel suis, Arcas, Calidobeccum, Tancarvillam, Insulam-Bonam, Honflorium & Monasterium-Villaris. Sommersetius autem in obsides Regi dedit Talbotium & quinque sexve alios proceres Anglos. Omnia vero oppida illa Regi dedi curavit, uno excepto Honflorio; nam ejus Præfectus Cursonius noluit sibi concreditum oppidum dedere: quæ causa fuit ut Talbotius obses penes Regem maneret.

Jean Chartier. Berri. Monstrelet.

Rex Carolus postea publice & cum celebritate magna Rothomagum ingressus est: quæ res pluribus enarratur in Ceremoniali Francico, & apud Historicos Joannem Carterium, Biturigem *Armorum Regem* & Monstreletum, cujus codex quispiam hunc ingressum depictum exhibet, qualem hîc proferimus. Rex ex sancta Catharina profectus est cum Siciliæ Rege, & magna Principum procerumque clientela. Sexcenti Sagittarii splendidis omnes ornati vestibus Regem præcedebant, quos sequebantur Precones Regis aliorumque Principum, posteaque Tibicines. Cancellarius Juvenalis de Ursinis post istos veniebat, & ante Regem erat Santrallius Magnus Scutifer.

Hæc porro omnia in tabula dispici & distingui non possunt: ubi Rex hinc adveniens; indeque civiles Magistratus cum Episcopis & Clericis, impedimento sunt quominus Regis & suorum ordo & incessus clare percipiantur. Archiepiscopus Rothomagensis & Episcopi Lexoviensis, Baiocensis & Constantiensis a Comite Dunensi ad Regem deducti fuerunt. Hi porro in tabula visuntur, ubi revertentes exhibentur postquam Regi obsequii & reverentiæ signa dederant. Magistratus urbis post illos venerunt, quorum unus urbis claves virgæ alligatas Regi offert. Rex vero claves accepit, inquit Historiæ Scriptor, ipsasque dedit Senescallo Pictavorum, quem tunc Rothomagi Præ-

de Poitou, qu'il institua alors Capitaine de Rouen. Le Roi est monté sur un coursier caparaçonné : porte un chapeau orné de fleurs-de-lis, & est couvert de sa cuirasse. Il n'est pas encore sous un dais, comme à son entrée à Paris : le dais soutenu par quatre Bourgeois ne fut élevé sur sa tête qu'à la porte de la ville. On voit aussi le Clergé qui vient en Procession au-devant du Roi avec la croix. La ville de Rouen fut en réjouissance pendant quelques jours. Les habitans demanderent plusieurs graces au Roi, qui leur furent toutes accordées.

Progrès des François en Normandie.

Le 21. Novembre suivant Château-Gaillard place presqu'imprenable se rendit à composition, cent à six-vingts Anglois en sortirent vie & bague sauves, avec permission de se retirer où bon leur sembleroit. Le Duc de Bretagne qui avoit assiégé Fougeres, après un siége d'un mois ou environ, voiant une bréche raisonnable, étoit sur le point de donner l'assaut : les Anglois qui manquoient de vivres, craignant d'être pris d'assaut, capitulerent à cette condition, qu'ils s'en iroient *leurs chevaux & leurs harnois saufs, chacun portant un petit fardelet devant soi seulement.* Leur commandant François de Surienne Aragonois, quitta le service du Roi d'Angleterre. C'étoit pourtant lui qui avoit causé la rupture de la treve en surprenant la ville de Fougeres, mais cette infraction du traité tourna tellement à l'avantage de la France, qu'on pouvoit assûrer, qu'en voulant lui nuire il lui avoit rendu un service signalé.

Le Duc d'Alençon qui avoit repris sa ville capitale, alla mettre le siége devant Bellesme, dont les Anglois s'étoient rendus les maîtres. Il se tint quelque tems devant la place, les Anglois firent quelques sorties & se défendirent bien au commencement. Mais craignant d'être pris par force, ils capitulerent à condition que s'ils n'étoient pas secourus de là jusqu'au vingtiéme jour de Décembre, ils rendroient la ville & le château. Les Anglois des places voisines s'assemblerent pour venir secourir leurs compatriotes. Mais aiant appris que le Duc d'Alençon s'étoit bien retranché devant Bellesme avec un bon corps de troupes, ils se retirerent & Bellesme fut rendu.

Au même tems plus de deux cens Anglois de la garnison de Vire sortirent pour aller en course : ils furent rencontrez par quelques gens du Connétable de Richemont, commandez par Geoffroi de Couvren, & Joachim Rouhaut.

---

fectum constituit. Rex equo vehitur stragula tecto, petasum gestat lilii floribus ornatum. Pectus ejus lorica tectum est. Nondum sub umbella incedit, ut in suo Lutetiam ingressu : umbella enim a quatuor Rothomagensibus civibus erecta fuit in urbis porta. Clerus etiam visitur qui obviam Regi cruce præeunte venit. Rothomagi per aliquot dies lætitia magna fuit. Cives ab Rege Carolo privilegia multa petiere, quæ ipsis omnia concessa sunt.

[...]strelet.

Vigesimo primo Novembris die Castrum - Galliardum inexpugnabile pene castellum pactis conditionibus Francis deditum fuit. Angli centum vel centum viginti inde sunt egressi, salvis vita & suppellectili, cum licentia quo vellent eundi. Dux Britanniæ qui Fugeriam obsederat; postquam uno circiter mense in obsidione perstiterat, cum partem muri dejectam videret, oppidum vi oppugnare tentaturus erat. Angli vero rei cibariæ penuria pressi, ne vi caperentur metuentes, oppidum dedidere illa conditione, *ut cum equis & stratis equorum abirent, & unusquisque sarcinulam tantum ante se gestaret.* Dux illorum Franciscus de Surienna Aragonensis tunc pro Rege Angliæ militare cessavit. Is ipse tamen erat qui inducias violaverat, cum Fugerias oppidum ex improviso cepit : verum hæc pactarum conditionum infractio tanta rei Francicæ bona intulit, ut vere dici posset illum damna ipsi inferre volentem, beneficium ingens intulisse.

Matthieu de Couci.

Dux Alenconius, qui urbem ditionis suæ præcipuam Alenconium ceperat, Bellesmum obsessum venit, quod oppidum ab Anglis captum fuerat. Ante muros ejus aliquanto tempore substitit. Angli aliquando in illum eruperunt, & initio fortiter pugnavere, at metuentes ne vi expugnarentur, hac pepigere cum obsidentibus conditione, ut nisi auxilium ipsis ferretur ab illa die ad usque vigesimum sequentem Decembris diem, oppidum & castellum dederent. Angli vero, qui in vicinis oppidis præsidiarii erant, una convenere, ut contribulibus suis ferrent opem; sed cum didicissent Alenconium Ducem firmis propugnaculis castra sua cinxisse & numerosam pugnatorum manum secum habere, receptui cecinerunt, & Bellesmum deditum fuit.

Eodem tempore Angli plusquam ducenti Viræ præsidiarii egressi ut incursiones facerent, inciderunt in quamdam militum manum ad Constabularium Ricomontium pertinentem, cui præerant Geoffridus Coverenius, & Joachimus Ruhaltius : acriter utrinque

Le combat fut rude : mais enfin les Anglois furent défaits & presque tous tuez ou pris.

Le Roi après son entrée à Rouen, envoia le Comte de Dunois mettre le siege devant Harfleur. La ville fut investie le huitiéme Décembre. Les assiegeans eurent beaucoup à souffrir des gêlées & des glaces. Le froid fut plus grand qu'on n'avoit vû de longtems. On dressa des batteries, & l'on poussa les mines jusqu'aux murs de la ville. Le Roi alla lui-même voir les travaux & exposa beaucoup sa personne. Le Commandant Anglois craignant d'être pris par assaut demanda à capituler, les conditions furent, que les Anglois sortiroient leurs bagues sauves, & se retireroient par mer ou par terre où ils voudroient.

1450. Le Roi étant allé à Jumieges, il y trouva la belle Agnés, qui vint lui dire, que quelques-uns de ses gens vouloient le livrer aux Anglois. Le Roi n'en fit que rire. Ici l'historien Jean Chartier fait ses efforts pour justifier la belle Agnes, prétendant que sa familiarité avec le Roi n'est jamais allée jusqu'au crime. Mais, comme il ajoute là même, le monde étoit si malin en ces tems-là, que personne n'en vouloit rien croire, & qu'on la regardoit comme concubine. Il avouë pourtant à la fin qu'elle eut quelque commerce avec d'autres, & qu'elle en eut même une fille. Monstrelet qui dit à peu près les mêmes choses que Jean Chartier, ajoute, qu'elle disoit que sa fille étoit du fait du Roi Charles, pour procurer à cette enfant un état plus honorable. Mais qu'elle n'avoit d'autre commerce avec le Roi, que celui de la conversation. Elle étoit belle, agréable & bien-disante; & le Roi, disoient-ils, s'amusoit en sa compagnie, & ne passa jamais plus avant.

Histoire de la belle Agnés.

Mais le monde malin n'en vouloit rien croire. Sa fille qu'on appelloit Charlote de France passa toujours pour fille naturelle de Charles VII. Il eut encore deux autres filles de la belle Agnés. Le Dauphin Louis voioit à contrecœur le grand crédit que sa beauté lui donnoit auprès du Roi Charles. Il savoit d'ailleurs qu'elle travailloit à indisposer le pere contre le fils. Gaguin dit qu'il s'emporta un jour jusqu'à lui donner un soufflet. Matthieu ajoute, que ce mécontentement fut une des causes pourquoi il se retira de la Cour, à quoi ne contribua pas peu aussi Antoine de Chabannes Comte de Dammartin.

---

pugnatur; tandemque Angli omnes vel ceciderunt, vel captivi abducti sunt.

Monstrelet. Jean Chartier. Postquam Rothomagum ingressus Rex fuerat, Comitem Dunensem misit, qui Harflevium obsideret Oppidum cinxit exercitus octavo Decembris die. In hac obsidione Franci a gelu & glacie extrema passi sunt : asperrima quippe hiems fuit, & qualis a multo tempore visa non fuerat. Tormenta bellica apparata sunt & cuniculi ad usque muros urbis deducti. Rex operam suorum & admotas machinas nec sine sui periculo invisit. Demumque Præfectus Anglus ne tandem oppidum vi expugnaretur, pacta pro deditione inire postulavit, hac vero conditione res composita fuit, ut Angli cum suppellectili sua liberi exirent, ac seu marino seu terrestri itinere quo vellent se conferrent.

Jean Chartier. Monstrelet. Idem circiter tempus Rex Gemmeticum venit, ibique formosam illam Agnetem reperit, quæ Carolo nunciavit, quosdam ex suis esse qui ipsum Anglis prodere vellent. Tale monitum Rex non sine risu excepit. Hîc chronici Scriptor Joannes Carterius, nihil non agit ut Agnetis causam defendat; contenditque illam cum Rege familiariter vixisse, sed rem nunquam ultra pudicitiæ metas processisse. Addit tamen ex malignis istius ævi rumoribus eo rem deductam fuisse, ut nemo crederet intactam Agnetem fuisse; sed passim ab omnibus quasi concubinam Regis habitam illam fuisse. Fatetur tamen ipse formosam Agnetem carnalem consuetudinem cum aliis habuisse, filiamque suscepisse. Monstreletus vero qui cum Joanne Carterio hac in re pene consentit, addit dixisse Agnetem, quod illa, quam susceperat, filia Regis Caroli esset, ut natæ suæ majorem & dignitatem & statum compararet; sed nullam aliam cum Rege consuetudinem habuisse, quam colloquii familiaritatem. Erat enim, inquit, formosa, jucunda, facundia pollens, Rexque cum illa libentissime versabatur, nec in tali familiaritate ulterius unquam progressus est.

Hæc illi : sed omnium opinio fuit, ita nempe ad pejora sentiendum vulgus inclinat, filiam ejus quæ Carola Francica appellabatur, Carolum Regem habere patrem, ipsumque præter illam filias duas ex formosa illa Agnete suscepisse. Indigne ferebat Ludovicus Delphinus Agnetem, formæ suæ gratia, tanta apud patrem auctoritate valere; nec ignorabat illam patris animum ab se avertere. Ait Gaguinus illum aliquando ira incensum, manu faciem Agnetis percussisse. Addit Matthæus, historiæ Scriptor, hujus vitandæ molestiæ causa Delphinum a regia discessisse, cujus secessus occasio altera fuit Antonius de Cabannis Comes Domni Martini Delphino infensus.

On rapporte qu'Agnés fit pénitence de ses péchez avant sa mort, causée par l'affliction qu'elle eut des mauvais bruits qu'on faisoit courir d'elle. D'autres disent qu'elle fut empoisonnée, & comme on croioit par ordre de la Reine. Jâques Cœur fut aussi accusé de cet empoisonnement.

Le bonheur acompagnoit les armes de France par tout. Le Comte de Foix aiant assemblé une armée, envoia le Sire de Lautrec son frere & le bâtard de Foix assieger le château de Guischen à quatre lieuës de Baionne. Quand les Anglois le sûrent, ils s'assemblerent au nombre de quatre mille hommes pour faire lever le siege, commandez par le Connétable de Navarre & par le Maire de Baionne. Ils monterent sur des vaisseaux, & à la faveur de la marée ils allerent descendre auprès du château. A cette nouvelle les chefs des troupes Françoises firent marcher leurs gens le plus secretement qu'ils purent, allerent donner sur ces Anglois, & les attaquerent si vivement, qu'ils les mirent en déroute. Il y eut douze cens Auglois tuez ou pris. Le Maire de Baionne, qui voulut se sauver par un autre côté, fut aussi prisonnier. Le lendemain le château fut pris. Quinze ou seize places entre Auch & Baionne se rendirent aussi au Comte de Foix.

Après la prise d'Harfleur, le Roi fit assieger Honfleur, qui fut pris par composition. Fresnay-le-Vicomte fut emporté de même. Vers le Carême les Anglois de Cherbourg aiant reçû d'Angleterre un renfort de trois mille hommes conduits par Thomas Kyriel, allerent assieger Valogne, qui se défendit vaillamment: mais n'y aiant aucune esperance de secours, les assiegez rendirent la place.

Thomas Kyriel après cet exploit tenoit la campagne avec six mille hommes. Le Roi envoia le Comte de Clermont & plusieurs autres Seigneurs avec des troupes pour observer ce corps d'armée. Le Comte s'étant approché, & voiant qu'il n'étoit pas à beaucoup près assez fort pour livrer combat aux Anglois, appella à son secours le Connétable, qui y vint avec des troupes, & leur donna combat à Fourmigni. Les François n'étoient pas plus de trois mille, & il y en avoit bien six mille du côté des Anglois. Malgré cette disparité ils furent défaits à plate couture, & laisserent 3774. des leurs sur la place, & douze à quatorze cens prisonniers.

Bataille de Fourmigni où les Anglois sont défaits.

Narratur Agnetem ante mortem peccatorum pœnitentiam egisse, ipsamque ex mœstitia malæ undique sparsæ de se existimationis interiisse. Alii vero dicunt, ipsam veneno sublatam fuisse, jussu, ut putabatur Reginæ Francorum. Jacobus etiam Corius oblati formosæ Agneti veneni accusatus fuit.

Les mêmes. Bellum contra Anglos ubique locorum feliciter gerebatur. Comes Fuxensis collectum exercitum misit, ducibus Lautrecio fratre, & Notho Fuxensi, obsessum castellum, cui nomen Guischenium, leucis quatuor Baiona distantem. Re comperta Angli, quatuor mille numero coacti sunt, ducibus Constabulario Navarræ & Majore Baionensi, ut Francos ab obsidione removerent. Naves autem conscenderunt, & favente maris æstu prope Guischenium exscensum fecerunt. Hæc ubi didicere Francorum duces, clam moverunt: ex improviso Anglos illos adorti sunt, atque ita fortiter pugnaverunt, ut illos profligarent. Ex Anglis mille ducenti vel cæsi vel capti sunt. Major Baionensis, qui altera via dilabi conabatur, captus etiam fuit. Die sequenti castellum in Francorum manum venit. Sub hæc autem quindecim sexdecimve seu castra seu oppida Comiti Fuxensi sese dedidere.

Post captum Harflevium Rex Honflorium obsideri jussit quod oppidum brevi deditionem fecit, parique modo Fraxinum-Vicecomitis captum est. Circa Quadragesimam Angli Caroburgenses, accepta trium millium Anglorum manu, duce Thoma Kyrielo Valloniam obsessum venerunt. Franci præsidiarii fortiter hostem propulsavere; sed cum nulla spes esset auxilii recipiendi, deditionem tandem fecerunt. *Jean Chartier. Monstrelet.*

Vallonia capta Thomas Kyrielus cum sex millibus Anglorum in vicinis locis castrametabatur. Rex vero Carolus Claromontanum Comitem cum proceribus aliis illo misit, qui Anglorum motus observarent. Cum porro Comes propius accessisset, videretque se cum tam numerosa Anglorum manu confligere non posse, Constabularium in opem advocavit, qui cum copiis suis illum convenit. Tunc Forminiaci commissa pugna fuit. Franci non plusquam tres mille numero erant. Angli vero ad sex millia hominum pertingebant. Acris pugna fuit: etsi numero tam superiores Angli profligati sunt, exque suis ter mille septingentos septuaginta quatuor in campo cæsos reliquerunt, ex reliquis plusquam mille ducenti capti fuere.

Après cette victoire les François mirent le siege devant Vire, qui se rendit d'abord. Le Duc de Bretagne alla avec le Connétable assieger Avranches, qui fit quelque défense & se rendit enfin à composition. Il prit aussi Tombelaine forte place auprès du Mont Saint Michel. Par ordre du Roi l'armée de France assiegea Baieux. La garnison Angloise se défendit bien pendant un tems. Mais enfin les chefs des Anglois voiant que la ville alloit être prise d'assaut, se rendirent par composition. Selon la capitulation ils devoient tous sortir à pied le bâton blanc à la main ; mais les Gentilshommes François leur firent donner genereusement une bonne partie de leurs chevaux, & même des charretes pour transporter leurs familles. Le Comte de Dunois traita aussi fort gratieusement le Commandant & les Officiers Anglois.

Les villes & forteresses tomboient ainsi l'une après l'autre sous la domination Françoise. Le Connétable prit de son côté Briquebec, Vallogne & S. Sauveur-le-Vicomte. Après quoi il alla assieger Caen. Le Comte de Dunois vint investir la ville d'un autre côté. Ces deux corps réunis faisoient une grande armée.

Prise de Caen.

Le Roi se rendit enfin lui-même à ce mémorable siege. On attaqua d'abord les postes avancez, que les Anglois défendirent très-bien. Les François firent ensuite jouer les mines, qui mirent à bas une partie des murs, ensorte que tout étoit disposé pour un assaut general. Alors le Duc de Sommerset qui étoit dans la ville capitula, promit de rendre la ville au Roi avec le château & le Donjon, s'il n'étoit secouru devant le premier jour de Juillet suivant, à condition qu'on lui fourniroit des vaisseaux pour passer en Angleterre & non ailleurs, & cela aux dépens des Anglois. Le secours n'étant point venu, la ville & le château avec le Donjon furent livrez au Roi. Le Roi Charles fit ici solennellement son entrée publique comme il avoit fait à Rouen. Cette entrée se trouve peinte dans l'histoire manuscrite de Monstrelet de la Bibliotheque de M. Colbert, & la peinture étant tout à fait conforme à la description qu'en fait cet Auteur, nous mettrons ici cette description en propres termes.

Entrée du Roi Charles dans Caen. PL. XLIV.

» Le 6. jour de Juillet se partit le Roy de France de l'Abbayie de Dardenne » pour entrer en sa ville de Caen : & estoient en sa compagnie tous les Sei- » gneurs qui avoient esté au siege, excepté son Lieutenant & le Seigneur de » Jalongnes, qui ja estoient dans la ville : lesquels estoient tous grandement &

Jean Charsier.

Post victoriam illam Franci Viram obsederunt, quæ statim deditionem fecit. Dux autem Britanniæ cum Constabulario Abrincas obsedit, quæ urbs aliquamdiu Francos propulsavit, posteaque pactis conditionibus sese dedidit. Tumbellanam quoque Dux cepit munitissimum castrum prope Montem-Sancti-Michaelis. Jussu postea Regis exercitus Francorum Baiocas obsedit. Præsidiarii Angli strenue per aliquod temporis spatium pugnarunt ; tandemque Anglorum duces, cum proximum esse viderent ut urbs vi expugnaretur, pacto inito illam dediderunt. Secundum pacti conditionem pedites egressuri Angli erant, baculum album manu tenentes ; sed proceres virique nobiles Franci, magnam equorum suorum partem ipsis dari jusserunt, etiamque carros, ut familias suas transvehere possent. Comes etiam Dunensis ducem & tribunos Anglorum perhumaniter excepit.

Urbes, castra, oppidaque confertim in manus & potestatem Francorum cadebant. Constabularius cepit Briquebecum, Valloniam & Sanctum Salvatorem Vicecomitis ; posteaque Cadomum obsedit. Comes vero Dunensis ex altera parte urbem cinxit. Hæ duæ militum manus numerosum exercitum constituebant. Ipse tandem Rex Carolus memorandam obsidionem præsentia sua ornari voluit. Remotiora primum propugnacula adorti sunt Franci. Angli vero fortissime pugnaverunt. Hinc cuniculi ad muros dejiciendos adhibiti sunt, parsque murorum delapsa est ; ita ut mox expugnanda urbs videretur esse. Tunc Sommersetius Dux, qui in urbe erat, pactis conditionibus pollicitus est se urbem cum castello & arce Regi redditurum esse, nisi ab illa die ad usque primam diem mensis Julii sequentis auxilium sibi mitteretur ; si vero nullum accederet, naves sibi subministrarentur ut in Angliam & non alio, transiret, idque Anglorum sumtibus faciendum erat. Cumque auxilium non venisset, urbs, castellum & arx Regi dedita fuere. *Monstrelet* Rex vero Carolus Cadomum ut antea Rothomagum solenniter intravit ; qui ingressus depictus comparet in codice Monstreleti Bibliothecæ Colbertinæ. Pictura vero cum descriptione a Monstreleto facta prorsus concordat, ideoque illam descriptionem hîc ad verbum apponimus.

» Sexto Julii die Rex ex Abbatia Ardennæ profectus » est, ut in urbem suam Cadomum intraret, comitantibus » proceribus qui obsidioni interfuerant, exceptis » Præfecto urbis quem ipse constituerat, & D. de Jal- » lonio ; hi enim ambo in urbe erant. Omnes Regis

XLIII. *Pl. du Tom. III. pa. 240.*

ENTRÉE DE CHARLES VII. DANS ROUEN.



XLIV. Pl. du Tom. III.
pa. 240.

ENTRÉE DE CHARLES VII. DANS CAËN.



Tom. III. XX.

» richement habillez. Et ainſi vint juſques prés de ladicte ville : deux cens Ar-» chers devant lui avec ſes Herauts & Trompetes, & derriere luy avoit cent » lances. Là vindrent au-devant de luy hors de la ville le Comte de Dunois, » qui amena les Bourgeois de ladicte ville en grand multitude de gens : leſquels » aprés qu'ils eurent faicte la reverence au Roy, luy preſenterent les clefs, & il » les receut tres-benignement. Aprés ce vindrent les gens d'Egliſe reveſtus à » proceſſions, ainſi qu'il eſt de couſtume en tel cas de faire. Puis entra en ladicte » ville, & y avoit quatre Gentilshommes, portans un ciel ſur luy : & eſtoient » toutes les rues par où il paſſoit tendues & couvertes à ciel grandement : eſ-» quelles rues avoit grand foiſon de peuple criant *Noel* : & ainſi chevaucha le » Roy juſques devant la grand Egliſe S. Pierre, & deſcendit à la porte pour aller » faire ſon oraiſon : laquelle faicte il s'en alla loger en la maiſon d'un Bourgeois » de la ville, en laquelle il demoura certaine eſpace de temps, ſon Lieutenant » & ſon Conſeil avecques luy pour mettre Officiers, police & gouvernement en » ladicte ville.

Matthieu de Couci dit que ſelon la capitulation, le Duc de Sommerſet devoit paier pour les frais du ſiege trois cens mille écus d'or, & qu'il laiſſa des ôtages juſqu'à ce que le paiement ſeroit fait.

On mit enſuite le ſiege devant Falaiſe : les aſſiegez ſortirent d'abord contre les François qui venoient inveſtir la place ; mais ils furent repouſſez avec perte : le Roi s'y trouva auſſi en perſonne. Cette ville quoique forte & bien munie tint peu de jours, & ſe rendit à compoſition : les conditions furent, que ſi la place n'étoit ſecouruë depuis ce jour dixiéme Juillet juſqu'au 21. du même mois, elle ſeroit renduë au Roi, & que la garniſon ſe retireroit où elle voudroit, que le Roi donneroit la liberté à Talbot, pourvû qu'il lui tint ſes promeſſes. Le ſecours n'étant point venu, Falaiſe fut rendu ſelon la convention. Domfront ſuivit ſon exemple.

Il ne reſtoit plus après cela que Cherbourg, la plus forte place de la Normandie, qui fut aſſiegé par le Connétable. La ville fut battuë par une groſſe artillerie. On eut auſſi l'addreſſe de placer une batterie du côté de la mer : malgré la marée qui la couvroit deux fois le jour, par un merveilleux artifice des Ca-

---

» clientes ſplendidis, precioſiſque veſtibus erant or» nati, atque ita proceſſit Rex donec prope urbem » veniret. Ducenti Sagittarii præibant, quos ſeque» bantur centum viri lanceis inſtructi. Cum jam pro» pe urbem Rex eſſet, obviam illi venit Comes Du» nenſis ſecum ducens urbis cives, & magnam populi » frequentiam : qui cives poſtquam Regem cum re» verentia ſalutaverant, claves urbis ipſi obtulerunt. » Rex vero perhumaniter illos excepit. Poſtea Eccle» ſiaſtici acceſſerunt, & *proceſſionis* ritu veniebant, ut « ſolent in hujuſmodi caſibus. Deinde in urbem in» greſſus eſt Rex : quatuor viri nobiles umbellam ſu» per caput ipſius geſtabant : omneſque vici, qua Rex » tranſiturus erat, aulæis ornati erant hinc & inde, & » ſuperne etiam aulæis tecti. In vicis omnibus ingens » erat frequentia populi clamantis *Natale*. Sicque Rex » eques ad portam Eccleſiæ majoris ſancti Petri per» venit, ubi ex equo deſcendit, ut preces funderet. » Poſtea vero in domum civis cujuſpiam venit habi» tatum, ubi aliquantum temporis manſit cum Præ» fecto urbis iiſque qui a conſiliis ipſi erant, ut quæ » ad urbanos miniſtros, & ad urbis gubernationem per» tinebant, diſponeret.

Matthæus vero Cuciacenſis dicit in pactione pro urbe dedenda hanc conditionem fuiſſe, ut Sommerſetius Dux pro ſumtibus in obſidione ab Rege factis, trecenta ſcutorum aureorum millia ſolveret, Ducemque obſides reliquiſſe, donec illa ſumma numeraretur.

Poſt hæc vero obſidione cincta Falleſia fuit. Præſidiarii Angli ſtatim contra Francos obſidentes eruperunt ; ſed cum amiſſione multorum repulſi ſunt. Oppidum autem, etſi propugnaculis & præſidiariis probe munitum, poſt dies paucos obſidionis ad pacta deditionis venit. Hæ vero conditiones fuerunt, ut ſi auxilium oppido non ferretur ab illa die decima Julii ad uſque vigeſimam primam ejuſdem menſis, dedendum illud Regi foret, & præſidiarii Angli quo vellent abirent, ut Rex Talbotio libertatem daret, dummodo ille ſtaret promiſſis. Cum porro auxilium ad aſſignatum diem non veniſſet, Falleſia Regi dedita fuit. Damfrons oppidum, Falleſiæ exemplum ſequutum eſt. *Jean Chartier.*

Nihil ultra expugnandum ſupererat, niſi Caroburgum munitiſſimum totius Normanniæ oppidum, quod obſeſſum a Conſtabulario fuit. Quamplurimis pyriis tormentis mœnia verberata fuere. Miro autem machinas regentium artificio factum eſt, ut tormenta multa pyria ad litus maris, qua oppidum reſpicit, ponerentur ; ita ut exundante maris æſtu, qui tormenta & pyrium pulverem bis ſingulis diebus ope-

Prise de Cherbourg, & réduction de la Normandie.

nonniers, elle jouoit dès que l'eau s'étoit retirée : ce qui accéléra la prise de la place, qui se rendit enfin par composition. Un des articles de la capitulation fut que les Anglois se retireroient en Angleterre. Ainsi toute cette grande & belle province de la Normandie fut en peu de tems réduite sous l'obéissance du Roi Charles environ trente ans après qu'elle eut été prise par Henri V. Roi d'Angleterre.

Il ne restoit plus que la Guienne à reprendre sur les Anglois. Le Roi sans perdre tems se rendit à Tours. Il tint-là une grande assemblée de Princes & de grands Seigneurs, où il fut déliberé sur la conquête des villes & forteresses de Guienne, qui étoient encore entre les mains des Anglois. Le Roi envoia d'abord assieger Bergerac, qui se rendit bien-tôt. Jonsac, Montferrant, Sainte-Foi & Chalais furent de même emportez dans peu de jours. Le Sire d'Orval fils du Comte d'Albret, aiant ramassé un corps considerable de troupes, se rendit dans le Bourdelois où il faisoit la guerre pour le Roi de France. Les Anglois sortirent de la ville joints aux Bourdelois, ce qui faisoit en tout huit à neuf mille hommes, pour aller attaquer la troupe du Sire d'Orval. Quoique fort inferieur en nombre, il combattit vaillamment, & défit ce grand corps de troupes, qui prirent la fuite vers Bourdeaux, & laisserent dix-huit cent des leurs, Anglois ou Bourdelois sur la place. En cette année François I. Duc de Bretagne étant mort, Pierre son fils qui lui succeda, alla rendre hommage au Roi de son Duché.

Guerre en Guienne, & reduction de cette province.

1451. L'année d'après le Comte de Dunois alla par ordre du Roi assieger le château de Montguion, qui se rendit bien-tôt par composition. De-là il marcha vers Blaye, & investit la ville. Comme elle pouvoit être secouruë par les navires de Bourdeaux, on fit venir des vaisseaux pour s'opposer à eux. Ils en rencontrerent cinq devant la ville, qui après un rude combat furent mis en fuite. La ville fut si bien battuë par une grosse artillerie, qu'on fit en plusieurs endroits de grandes bréches, & elle fut prise en un assaut general, après quoi la garnison du château capitula. La ville & château de Bourg se rendit de même. Un grand nombre d'autres places furent prises avec encore plus de facilité, Acqs, Rious, Castillon en Périgord, Libourne. Fronsac, qui passoit pour le plus fort château de la Guienne, ne se défendit que quinze jours.

---

riebat, statim atque æstus recesserat, tormenta illa globos suos emitterent : quæ res ut oppidum citius caperetur in causa fuit. Nam ad deditionis pacta præsidiarii Angli venerunt, quorum una conditio fuit ut Angli sese in insulam suam reciperent : sicque magna illa & pulcra Normanniæ provincia brevi in potestatem Regis Caroli venit, triginta circiter annis, postquam ab Henrico V. Angliæ Rege capta fuerat.

Le même. Una supererat Aquitania Anglis auferenda. Rex vero quam celerime potuit Turonum urbem venit, congregatoque cœtu magnò procerum & Principum deliberatum fuit de urbibus & castris Aquitaniæ, quæ adhuc ab Anglis occupabantur. Misit vero Rex confestim obsessum Bergeracum oppidum, quod paulo post deditionem fecit. Jonsacum, Mons-Ferrandus, Sancta-Fides, Calesium oppida intra paucos dies capta fuerunt. Orvallius autem Comitis Leporetæi filius, multis collectis copiis, in Burdegalensem agrum venit, ubi pro Francorum Rege bellum gerebat. Angli Burdegalensibus juncti ex urbe egressi sunt numero octo vel novem millium pugnatorum, ut Orvallium cum agmine suo adorirentur. Etsi autem numero armatorum longe impar Orvallius esset, fortissime ille pugnavit, & numerosum agmen Anglorum Burdegalensiumque devicit, qui fugientes Burdegalam se receperunt, ac mille octingentos ex suis in campo cæsos reliquere.

Hoc anno cum Franciscus I. Dux Britanniæ obiisset, Petrus filius ejus ipsi successit, & Ducatus sui Regi Carolo *hominium* præstitit.

Anno sequenti Comes Dunensis jussu Regis Montem-Guidonis castellum obsedit, quod paulo post deditione captum est. Inde vero Blaviam versus movit, urbemque cinxit; sed cum navium Burdegalensium opera posset illa auxilium mutuari, accersitæ naves fuere quæ illas depellerent. Hi porro quinque Burdegalensibus navibus occurrerunt, quæ post commissum acre prælium fugere coactæ sunt. Urbs autem bellicis tormentis sic verberata fuit, ut plurimis in locis quassati muri deciderent, sicque magna vi expugnata Blaia capitur, posteaque qui in castello erant præsidiarii deditionem fecerunt. Ad deditionem quoque redactum est Burgi oppidum & castellum. *Jean Chartier. Monstrelet.*

Longe facilius capta sunt oppida alia, Aquæ-Tarbellitanæ, Reonsium, Castellio in Petragoricensi agro, Liburnia. Fronsacum vero quod munitissimum omnium in Aquitania castrum habebatur, per quindecim solum dies obsidionem sustinuit.

Les Bourdelois conjointement avec les Anglois, voiant que les armées de France s'approchoient de leur ville demanderent à parlementer, & convinrent avec les chefs des François, que si dans un tems marqué il ne venoit point d'Angleterre une armée, qui fût en état de combattre celle de France, ils se rendroient. Cette armée ne venant point malgré les sommations qu'ils en avoient faites au Roi d'Angleterre, la ville se rendit.

Il ne restoit plus que Baionne à prendre, que le Roi fit assieger par les Comtes de Foix & de Dunois. Dès le commencement du siege les Anglois abandonnerent les fauxbourgs, qui étoient pourtant bien fortifiez. Les François se saisirent promtement, & poursuivirent les Anglois de si près, que s'ils avoient été en plus grand nombre, ils seroient entrez avec eux dans la ville. Les assiegez se défendirent quelque tems : mais voiant que les assiegeans avançoient tous les jours, & craignant leur artillerie, ils demanderent à capituler. Les conditions furent, que le Gouverneur & les gens de guerre resteroient prisonniers, & que les habitans paieroient quarante mille écus d'or.

Jean Chartier dit que le lendemain, les Anglois étant encore dans Baionne, une croix blanche apparut au ciel; plusieurs personnes la virent, ou crurent la voir. La croix blanche étoit la marque des François, & la croix rouge celle des Anglois. On crut que le ciel se déclaroit pour les François, à qui cette année fut très-favorable.

Guerre des Ga[ntois] contre leur Duc. 1452.

Tandis que le Roi de France étoit occupé à conquerir la Guienne, une grande guerre commença en Flandres entre le Duc Philippe & les Gantois. Ces peuples toujours enclins à la rebellion, étoient en débat avec le Duc pour le maintien de leurs privileges. La Gabelle du sel qu'il voulut mettre en leur payis, mit le comble à leur mécontentement. Ils prirent les armes; allerent surprendre la forteresse de Gaure à trois lieuës de Gand, & assiegerent Oudenarde. Le Duc de Bourgogne assembla une grande armée, dont une partie alla charger les Gantois qui assiegeoient Oudenarde, les défit & en tua près de trois mille. Il y eut encore plusieurs petits combats & escarmouches où les Gantois eurent toujours du pire.

Ils eurent enfin recours au Roi comme à leur souverain Seigneur. Il s'entremit pour faire leur paix avec le Duc, & après quelques démarches de part &

[...]mont. [...]rch'eu [...]uci.

Burdegalenses conjunctim cum Anglis, cum viderent exercitus Francorum ad urbem suam propius accedere, pacta inire postularunt, & cum Francorum ducibus hanc conditionem posuerunt, ut nisi ad constitutum tempus classis Anglica & exercitus, qui cum Francis pugnare posset, accederet, ipsi sese dedituri essent. Exercitu vero hujusmodi non veniente, etsi illi apud Angliæ Regem multum institerant, ut opem mitteret, urbs Francis tradita fuit.

Una supererat Baiona capienda, quam urbem Rex obsideri jussit a Comitibus Fuxensi & Dunensi. In ipso obsidionis initio Angli suburbia vacua dimisere, quæ tamen cincta propugnaculis erant. Franci vero statim illa occupavere, Anglosque in urbem fugientes insequuti tam celeriter sunt, ut si majore numero fuissent, cum illis in urbem ipsam intraturi forent. Præsidiarii per aliquod tempus Francos propulsavere; sed cum viderent illos in dies propius accedere, & tormentorum vim maximam adhibere, pacta cum obsidentibus inire postularunt. Hæ vero conditiones fuere, ut Præfectus & præsidiarii captivi manerent, civesque quadraginta millia scutorum aureorum solverent.

Narrat Joannes Carterius, die sequenti cum Angli Baionæ adhuc essent, crucem albam in cælo apparuisse, multosque ipsam vidisse, vel fortassis se videre credidisse. Crux alba, insigne Francorum; rubra vero crux insigne Anglorum erat. Putabatur autem cælum Francis se favere significavisse, quos hoc anno tot victoriis donaverat.

Mat. hieu de Couci.

Dum Carolus Aquitaniam sibi subigeret, bellum grande in Flandria ortum est inter Philippum Ducem & Gandavenses. Hi namque populi, ad rebellionem semper proni, cum Duce suo contendebant circa privilegia sua sibi servanda : sed cum ille in salem vectigal statuere vellet, in iram magis concitati, ad arma accurrerunt & Gauram arcem tribus Gandavo leucis distantem cepere, posteaque Aldenardam obsessum venerunt. Tunc Dux Burgundiæ magnum collegit exercitum, cujus pars Gandavenses Aldenardam obsidentes adorta est, illosque profligavit, & ad tria fere millia occidit.

Alia quoque leviora certamina fuere ubi Gandavenses semper depulsi sunt. Tandem vero ad Regem Carolum, ut supremum dominum suum, confugerunt. Intervenit Rex ut pacem inter illos & Ducem conciliaret,

d'autre, la paix se fit; mais elle ne dura guere. Les Gantois ne vuidant point les forteresses qu'ils devoient rendre selon la convention, le Duc les assiegea, les prit, & fit pendre tous ceux qui y étoient en garnison. Usant enfin de stratagême, il attira un jour une bonne partie des Gantois hors de leur ville, & les fit charger: ils se défendirent vaillamment; mais ils furent enfin défaits avec perte de près de dix-huit mille hommes ou tuez ou noiez: après quoi ils vinrent s'humilier & subirent les loix qu'il voulut leur imposer.

1453.

L'an 1452. fut arrêté prisonnier par ordre du Roi Jâques Cœur son Argentier, c'est-à-dire son Surintendant des Finances, fameux dans l'histoire par ses prodigieuses richesses, acquises par le grand négoce qu'il entretenoit par lui & par ses facteurs dans presque toutes les parties du monde alors connu. Il avoit pour cela un genie superieur. Il fut accusé d'avoir détourné à son profit une partie des Finances du Roi; d'avoir fait empoisonner la belle Agnés; d'avoir eu quelque commerce illicite avec les Mahometans & avec le Soudan. Appellé en jugement, il se purgea pleinement de tous ces crimes: mais violemment poursuivi par ses ennemis & ses envieux, il fut condamné à mort. Le Roi lui fit grace de la vie à la priere du Pape, car bien des gens s'interessoient pour lui. Il en fut quitte pour cent mille écus d'or qu'il paia au Roi, pour les dommages faits à plusieurs particuliers trois cent mille écus d'or, le surplus de ses biens fut confisqué au Roi. Sa mémoire fut pleinement justifiée & rétablie l'an 1463. par Louis XI. Ce Prince eut pour Conseiller & Maître d'Hôtel le fils de Jâques, Geoffroi Cœur qu'il honora du titre de Chevalier.

1452. Jâques Cœur arrêté. Son histoire.

Voilà ce qu'on dit communément de Jâques Cœur & de sa disgrace. Mais comme c'est un des hommes les plus extraordinaires en son genre dont on ait peut-être jamais entendu parler, le Lecteur ne sera pas fâché de voir ici son histoire plus en détail. Jâques Cœur étoit fils de Pierre Cœur, un des principaux habitans de Bourges: bien élevé par son pere, il se façonna tellement, qu'il devint un des plus habiles hommes de son siécle pour les grandes affaires, & fut nommé par le Roi Charles son *Argentier*; c'étoit comme Surintendant des Finances. Il avoit plusieurs Clercs ou Commis sous lui dans les Roiaumes

---

& colloquiis utrinque habitis, pax demum facta est; sed non diuturna fuit. Cum Gandavenses castella quæ ex pacta conditione reddere debebant, retinerent tamen, Dux castella illa obsedit, ac cepit, præsidiariosque omnes ibi repertos suspendio vitam finire jussit. Strategemate tandem Dux usus, maximam Gandavensium partem extra urbem prodire curavit, posteaque adoriri jussit. Strenue illi pugnavere, tandemque profligati sunt, & ad octodecim fere millia suorum amiserunt, quorum pars occisi, pars aquis submersi sunt. Tunc porro illi demissis animis veniam precatum venere, & Ducis sui legibus & voluntati se submisere.

Matthieu de Couci. Anno 1452. Jacobus Corius rei ærariæ Francicæ Præfectus jussu Regis comprehensus & in carcerem trusus est. Est autem hic vir in historia celebris ob ingentes divitias, quas ex negotio commercioque, & sua & institorum suorum opera collegerat ex omnibus fere orbis cogniti partibus, ad quam rem ille arte & ingenio mirabili præditus erat. Accusatus autem fuit, quod rei ærariæ partem in arcas suas derivasset; quod formosam illam Agnetem veneno sustulisset; quod aliquid illiciti commercii cum Mahummedanis & cum Sultano habuisset. In judicio autem vocatus, de his omnibus sibi oblatis criminibus sese purgavit; sed ab inimicis suis ejus perniciem molientibus, vehementerque instantibus impetratum fuit ut capitis damnaretur. Verum Rex Carolus, Summo Pontifice intercedente, vitam ipsi donavit: multi namque pro illo stabant. A supplicio itaque exemtus, centum millia aureorum scutorum Regi solvere jussus est, atque ad damna sarcienda quæ multis intulisse dicebatur, trecenta millia scutorum numerare coactus fuit. Reliqua ipsius bona Regio fisco adscripta fuere. At ejus fama & memoria instaurata prorsus restitutaque fuit anno 1463. a Ludovico XI. qui a consiliis habuit Geoffridum Corium filium istius Jacobi, ædium Regiarum Magistrum, quem etiam Equitem creavit.

Hæc vulgo dicuntur de Jacobo Corio, deque infortunio ejus: verum quia vix fortasse quispiam in hoc genere ipsi par reperiatur, non ingratum Lectori fore speramus, si ejus historiam pluribus enarremus. Jacobus Corius filius erat Petri Corii, qui inter præcipuos Bituricarum cives censebatur. A patre suo probe educatus, favente indole, illo pervenit, ut in negotiorum tractatione inter peritissimos sui ævi annumeratus, & ab Rege Carolo *Argentarius* Regius constitutus sit; nempe rei ærariæ Præfectus. Negociationum curatores multos sibi allegerat, instituerat que in regnis & statibus omnibus Christianorum, etiam- *Denis Godefroi. hist. de Charles VII. pag. 859.*

Chrétiens & parmi les Nations Infideles. Il entretenoit ſur mer à ſes dépens pluſieurs grands vaiſſeaux, qui commerçoient dans le Levant & dans tous les ports de la Méditerranée. Il faiſoit venir de ces payis des draps d'or & de ſoie de toutes façons & couleurs, des fourrures, des martres & de toute ſorte de parures, qu'on n'auroit pû avoir ſans lui ni pour or ni pour argent. Il gagnoit plus lui ſeul que ne faiſoient enſemble tous les autres Négotians du Roiaume. Trois cens Facteurs tant ſur mer que ſur terre faiſoient ſon négoce : ſi bon maître que chacun tâchoit d'entrer à ſon ſervice.

Par ces moiens il accumula tant d'or & d'argent, que pluſieurs diſoient qu'il avoit trouvé la pierre Philoſophale, & que des pieces de monnoie qui couroient, & qu'on appelloit des *Jâques-Cœurs*, étoient des productions de ce grand art. Il ſervit très-bien le Roi tant de ſon bon conſeil que de ſes finances, & fut une des principales cauſes de la conquête de la Normandie en 1449. Il encouragea le Roi à cette expedition, & lui avança les ſommes néceſſaires pour cette entrepriſe. Le Roi eut pendant longtems grande confiance en lui, & le chargeoit volontiers des affaires les plus importantes. Il l'ennoblit lui & ſes enfans; fit un de ſes fils Archevêque de Bourges, l'autre Ecuier tranchant du Roi, l'autre ſon Echanſon. Jâques Cœur eût de grandes Terres & Seigneuries; il bâtit de belles maiſons à Bourges, à Marſeille, à Montpellier. Ces grandes richeſſes qu'il avoit ramaſſées, il les répandoit liberalement, & prêtoit aux grands Seigneurs de groſſes ſommes ſans gages ni interêts.

Il n'étoit pas poſſible qu'une fortune ſi riante n'attirât à Jâques Cœur des ennemis. L'envie arma contre lui bien des gens, qui diſoient hautement qu'il ne pouvoit avoir accumulé tant de richeſſes, qu'en détournant à ſon profit les Finances du Roi. A ceux-ci ſe joignirent lâchement ces Seigneurs à qui il avoit prêté de groſſes ſommes : ils crurent avoir trouvé un moien facile d'acquitter leurs dettes : c'étoit de débuſqner & de perdre celui qui leur avoit confié ſon argent ſi liberalement. Ils uſerent de beaucoup d'artifice pour porter le Roi à ſe défier de Jâques Cœur, & lui perſuaderent adroitement, qu'il étoit d'intelligence avec le Dauphin, dont le Roi étoit mécontent, qu'il l'aidoit de

---

que apud nationes infideles; naveſque magnas ſuis ſumtibus ſibi comparaverat, quarum ope in Oriente & in omnibus Mediterranei maris portubus commercia exercebat. Ex regionibus porro illis pannos aureos ſericoſque cujuſvis generis & coloris advehi curabat, pelles duplicandis veſtibus, *Martium* pelles cujuſvis ſpeciei, cæteraque ad ornatum ſpectantia, quæ nonniſi ejus opera poterant acquiri. Plures ipſe ſolus ſibi comparabat divitias & facultates, quam omnes ſimul mercatores. Trecenti inſtitores ubicumque terrarum vel marium ejus negotia & commercia exercebant. Tam commodus autem & facilis erat iis, qui ſub illo ejuſque nutu res hujuſmodi tractabant, ut omnes miniſteria hujuſcemodi ambirent.

His ille modis & rationibus tantum auri & argenti accumulavit, ut plurimi dicerent ipſum *Philoſophalem lapidem* inveniſſe, & monetas quaſdam, quæ uſus publici erant, quæque *Jacobi-Corii* appellabantur, ex hujuſmodi inſigni arte profectas eſſe. Regi utiliſſimus erat tam conſilio ſuo, quam re pecuniaria, quam ipſi ſubminiſtrabat. Ipſi vero maxime debebatur Normanniæ acquiſitio, quæ anno 1449. facta eſt. Jacobus Corius Regi animos fecit ut expeditionem illam ſuſciperet, neceſſariamque ad eam rem pecuniam ſuppeditavit. Per diuturnum temporis ſpatium Rex Jacobo Corio maxime fidebat: illiuſque operam ad maxima quæque negotia adhibebat libentiſſime. Illum familiamque ipſius totam nobilem declaravit; ex filiis ejus alium Bituricenſem Archiepiſcopum nominavit, alium ſcindendi obſonii Regii Magiſtrum, alium Regium Pincernam. Jacobus Corius terras, prædia dominiaque multa acquiſivit, magnificas excitavit ædes Bituricis, Maſſiliæ & in Monte-peſſulano. Divitias illas & facultates ingentes, quas ſibi comparaverat, largiſſime profundebat, proceribuſque Francis grandes pecuniæ ſummas commodabat ſine pignore vel fœnore aliquo.

Non poterant tam ſplendida fortunæ dona contra Jacobum Corium invidiam & odium multorum non movere. Invidia, inquam, adverſus illum multos armavit, qui perniciem ipſius machinati ſunt. Hi obviis quibuſque & publice dicebant non potuiſſe ſine rei ærariæ diſpendio magno tot tantaſque divitias accumulari. His indigno ſeſe animo adjunxere ii proceres, queis Jacobus Corius grandes pecuniæ ſummas mutuo dederat: putavere namque ſe facillimum inveniſſe modum debita ſolvendi, ſi videlicet illum de gradu dejicerent ac perderent, qui ſibi ita largiter & generoſe pecunias ſuas mutuo dederat. Cum artificio grandi Regi Carolo ſuaſere ut Jacobum Corium ſuſpectum haberet; utpote qui Ludovicum Delphinum, cujus Rex tunc geſta improbabat, & conſilio & pecu-

son conseil & de sa bourse. Ils firent si bien que Jâques Cœur perdit entierement les bonnes graces du Roi.

Un de ses principaux accusateurs étoit Antoine de Chabannes : c'étoit lui qui menoit l'intrigue. L'an 1452. les ennemis de Jâques Cœur l'accuserent en forme, 1°. D'avoir volé les trésors du Roi. 2°. D'avoir renvoié au Soudan de Babylone, (c'est-à-dire d'Egypte) un Chrétien qui s'étoit sauvé de ses mains ; crainte que le Soudan n'arrêtât ses galeres & ses vaisseaux. 3°. D'avoir empoisonné la belle Agnés. 4°. D'avoir envoié des armes au Soudan d'Egypte. Jâques Cœur fut saisi & mis en prison. Il se purgeoit fort bien de ces accusations ; mais ses accusateurs & ses parties firent si bien, que le jugement de l'affaire fut commis à quelques-uns d'entre eux, qui esperoient de profiter de la confiscation de ses biens ; un desquels fut Antoine de Chabannes, le plus ardent & le plus interessé des ennemis de l'accusé. Les opinions ne pouvoient manquer d'aller à mort, & à la confiscation de ses biens. Mais le Roi en consideration des services qu'il lui avoit rendus & à la recommandation du Pape, se contenta de le bannir du Roiaume & de confisquer tous ses biens.

Jâques Cœur trouva une ressource dans ses Commis ausquels il avoit procuré des biens & des charges. Soixante d'entre eux se cottiserent, & lui firent une somme de soixante mille écus. Avec cet argent il se retira en l'Isle de Chypre, y rétablit son négoce, & ramassa bien-tôt de grandes richesses. Il s'y remaria avec une Dame nommée Theodora, dont il eut deux filles. Il laissa à chacune des filles cent cinquante mille écus. L'aînée fut depuis richement mariée à Famagouste, & l'autre à un personnage de consideration de la même Isle. Jâques Cœur y bâtit un Hôpital pour les Pélerins, & fonda à Famagouste un Couvent de Carmes, où il fut enterré avec magnificence. Un si promt rétablissement de fortune, prouvoit plus que suffisamment, que les grandes richesses qu'il avoit ci-devant ramassées, ne venoient que de son négoce, qui le remit depuis sur pied en si peu de tems.

Le Roi Louis XI. persuadé de l'innocence de Jâques Cœur, dans ses Lettres Patentes données à Paris au mois d'Août de l'an 1463. en faveur de Geoffroi

---

nia sua juvaret ; multisque adhibitis machinationibus id demum effecerunt ut Jacobus Corius a Regis gratia prorsus excideret.

Matthieu de Couci. Inter præcipuos accusatores eminebat Antonius de Cabannis, machinatorum hujusmodi princeps. Anno autem 1452. Jacobi Corii inimici hæc ipsi crimina palam obtulere : 1°. Quod ex Regia gaza plurima sibi distraxisset. 2°. Quod Babyloniæ (id est Ægypti) Sultano, Christianum remisisset, qui e manibus ipsius elapsus fuerat, metuens nempe ne Sultanus onerarias naves suas comprehenderet ac retineret. 3°. Quod formosam illam Agnetem veneno sustulisset. 4°. Quod Sultano Ægypti arma misisset. Jacobus Corius captus in carceremque trusus est. De hisce porro criminibus facile sese purgabat Corius : verum accusatores inimicique illius artificio variisque technis suis id effecerunt, ut rei judicium quibusdam ex suis committeretur, qui ex bonorum ipsius proscriptione non spernenda sibi lucra obventura sperabant, ex quorum numero erat Antonius Cabannæus Comes Domni-Martini, ardentissimus omnium Jacobi Corii inimicorum, qui se plura sperabat ex spoliis ejus nacturum esse. *Lettres de Louis XI.* Cum hoc pacto compositum & affectum tribunal esset, nonnisi capitalis sententia exire potuit, qua Corius & vita & bonis privaretur. Verum Rex, tum quia multa sibi officia Jacobus Corius præstiterat, tum quia Summus Pontifex pro illo intercedebat, Jacobum Corium ex regno exsulare jussit, & bona illius fisco addixit.

Jacobus Corius apud suos institores, queis officia & ministeria contulerat, suppetias reperit. Ex iis sexaginta conjunctis animis suamque singuli summam conferentes, sexaginta scutorum millia ipsi obtulere. Tali instructus subsidio in Cyprum insulam se recepit, priscam negociationem, & interceptum commercium restituit, brevique ingentes divitias apparavit, uxorem ibi duxit nobilem feminam nomine Theodoram, ex qua filias duas suscepit. Unicuique vero filiarum centum quinquaginta millia scutorum reliquit. Major filia Famagustæ opulentissimo viro nupsit ; minor vero alteri inter præcipuos insulæ annumerato, connubio juncta fuit. Jacobus Corius in Cypro insula nosocomium peregrinis construxit, & Famagustæ Carmelitarum Monasterium fundavit, ubi postea cum vitam clausisset, magnifice sepultus fuit. Tam celeriter restitutæ Jacobi Corii divitiæ, plusquam satis comprobabant divitias illas pridem collectas, ex negociatione & commercio partas fuisse, quandoquidem fortunis omnibus eversus, eadem via tam cito pristinum in statum reductus fuit.

Ludovicus vero XI. Rex, innoxium omnino Jacobum Corium fuisse certum habens, in publicis literis quas mense Augusto anni 1463. dedit in gratiam Geoffridi Corii, Jacobi hujusce filii, Geoffrido resti-

Cœur, fils de Jâques, restitue à ce fils les Terres & Seigneuries de S. Fargeau, de Lanau, de la Coudre, de la Perreuze, de Champignolles, de Merilles, de Villeneuve-lez-Genez, de S. Morice, de la Frenoye, de Fontenelles, de Melle-Roy, & la Baronnie de Toussi; ces Seigneuries, dis-je, dont Antoine de Chabannes Comte de Dammartin s'étoit emparé par une indigne fraude énoncée en détail dans ces mêmes Lettres. Il y rétablit la mémoire de Jâques Cœur, & le déclara injustement accusé par ceux qui vouloient profiter de sa dépouille. Le Comte de Dammartin fut mis en prison au commencement du Régne de Louis XI; mais s'étant échappé, le Roi qui avoit besoin de ce Chef, le remit en sa grace, & il rentra alors dans les terres, qui avoient été renduës à Geoffroi Cœur.

Le Roi se mit ensuite en marche & se rendit en Forêt, dans le dessein d'aller faire la guerre au Duc de Savoye, qui tandis que le Roi étoit occupé à conquerir sur les Anglois la Normandie & la Guienne, avoit pillé & ravagé les terres de France. Mais le Cardinal d'Estouville s'entremit pour faire la paix, & porta le Duc à offrir réparation des dommages qu'il avoit fait dans les Provinces voisines. Le Roi se contenta de cette satisfaction, & ne passa pas plus avant.

Revolte des Bourdelois.

Les Bourdelois étoient peu contens de la domination Françoise. Dans le tems que l'Aquitaine avoit appartenu aux Anglois, Bourdeaux la capitale de la Guienne, étoit le siege des Princes & des Seigneurs Anglois. Les flotes d'Angleterre y venoient aborder: tout cela apportoit beaucoup d'argent à la ville; & dès qu'elle fut réduite sous la domination Françoise tous ces avantages cesserent: ce qui leur déplaisoit beaucoup. Ils cabalerent en secret pour rappeller les Anglois, & les introduire dans leur ville. Ils solliciterent aussi le Roi d'Angleterre de faire passer des troupes dans leur payis. Il y envoia quatre ou cinq mille Anglois conduits par Talbot, qui fit descente dans le Médoc & se rendit maître de quelques petites places.

Il y avoit alors dans le payis peu de troupes Françoises. Talbot fut introduit dans Bourdeaux, & se trouva maître de la ville avant que les François qui y étoient eussent pû s'assembler pour se défendre, ensorte qu'ils furent tous faits prisonniers. A ces nouvelles le Roi donna ordre au Maréchal de Jalogne de ramasser des gens de guerre pour renforcer les garnisons autour de Bourdeaux, en

---

tuit terras & ditiones Sancti-Fargelli, Lanavii, Coryleti-Petrosæ, Campinolii, Merilliæ, Villæ-novæ, Geneziorum, Sancti Mauritii, Fraxineti, Fontanellæ, Melli-Regii & Tussiacensis *Baroniæ*, quæ omnia Antonius Cabannæus Comes Domni-Martini indigna fraude invaserat, ut in iisdem literis fusius enunciatur, ubi etiam Jacobi Corii memoriam restituit Ludovicus, ipsumque injuste accusatum declarat ab iis qui bona ipsius invadere peroptabant. Comes autem Domni-Martini initio Regni Ludovici XI. in carcerem trusus est; sed cum inde elapsus esset, Rex qui Ducem hujusmodi in bello sibi necessarium fore putabat, in gratiam ipsum suam admisit, tuncque ille terras & prædia quæ Geoffrido Corio restituta fuerant, denuo occupavit.

Char-

Rex postea movit & in Forensem tractum se contulit, ut Duci Sabaudiæ bellum inferret, qui dum Carolus Normanniam & Aquitaniam Anglis auferret, Francorum agros devastaverat. At interveniens Cardinalis de Stotavilla, pacem inter ambos Principes conciliavit, Ducique Sabaudiæ auctor fuit, ut illata in vicinas provincias damna se reparaturum polliceretur. Rex vero cum hac in re sibi factum fuisset satis, receptum habuit.

Le même.

Burdegalenses se Francorum Regi subditos esse non libenter ferebant: quo tempore enim Aquitania Angliæ Regi obsequebatur, Burdegala urbs Aquitaniæ præcipua, sedes erat Principum & procerum Anglorum. Illo appellebant Anglicæ classes; quæ res ut pecuniæ in urbe passim expenderentur, efficiebat: quæ omnia post redactam in Francorum potestatem Burdegalam omnino sublata esse, nec sine mœrore videbant. Cum Anglis vero id clam agebant ut cum copiis ad se redirent, se ad illos recipiendos esse paratos profitentes: Regem quoque Angliæ solicite rogarunt sibi classem Anglorum validamque manum militum mitteret. Ille vero quatuor vel quinque millia Anglorum misit, qui duce Talbotio in Medulanum tractum appulere, & aliquot castra ceperunt.

Tunc in regione illa paucissimæ Francicæ copiæ erant. Talbotius Burdegalam inductus est, & urbem occupaverat antequam præsidiarii Franci colligi possent, qui capti omnes fuere. Re comperta Carolus Rex Marescallum Jaloniæ jussit copias colligere, ut præsidia circum Burdegalam numero augerentur, do-

attendant qu'on aſſemblât une armée pour chaſſer les Anglois & reprendre la ville. Cependant Talbot ſe rendit maitre de pluſieurs places, & entre autres de la ville & château de Caſtillon en Périgord. Il reçut un nouveau renfort de quatre mille Anglois, & alla aſſieger la ville & château de Fronſac.

1453. Le Roi partit de Tours, ſe rendit à Luſignan & de-là à S. Jean d'Angeli. Il fit enſuite mettre le ſiege devant Chalais petite ville, qui fut priſe d'aſſaut. Une partie de la garniſon au nombre de huit cens hommes ſe retira dans une Tour. Ils ſe rendirent à diſcretion, & eurent tous la tête tranchée comme traîtres. Les François allerent mettre le ſiege devant Caſtillon en Périgord, & commencerent à battre la place. Talbot vint au ſecours avec ce qu'il put aſſembler de gens. Il arriva auprès du camp des François, qu'il trouva préparez à le bien recevoir. Il y eut un des plus rudes combats qu'on eût encore vûs. Les Anglois repouſſez revenoient toujours à la charge. Enfin des troupes fraîches Bretonnes qui vinrent ſur ces Anglois harraſſez d'un ſi long combat, les mirent en déroute : la plûpart des fuiards au nombre de près de cinq mille ſe retirerent dans Caſtillon. Talbot & ſon fils avec un grand nombre d'autres demeurerent morts ſur la place. Ceux qui s'étoient retirez dans Caſtillon, gagnerent les champs pour ſe ſauver les uns par terre, les autres par eau ; de ceux-ci pluſieurs furent noiez. On envoia des gens contre ceux qui ſe ſauvoient par terre : un grand nombre furent tuez dans les champs, les autres regagnerent Bourdeaux. Après cette déroute on battit Caſtillon, qui ſe rendit à diſcretion. On reprit ſans beaucoup de peine Libourne, Châteauneuf de Medoc, Cadillac, S. Macaire, Langon, & autres places, & pour reſſerrer davantage Bourdeaux, on fit une Baſtille à Lormont.

Talbot défait & tué.

Les Anglois avoient une flote ſur la Garonne pour défendre Bourdeaux. Le Roi en fit auſſi aſſembler une de vaiſſeaux venus de Bretagne, de Poitou, d'Eſpagne, d'Hollande, de Zelande & de Flandres. La ville fut inveſtie ; il y avoit une puiſſante garniſon de trois mille Anglois & beaucoup plus de Gaſcons. On fut plus de deux mois & demi devant la place, qui manquoit de vivres. La diſette augmentant tous les jours, les Bourdelois furent obligez de venir à compoſition, qui fut alors plus favorable aux aſſiegeans, parce que la maladie s'étoit

---

nec exercitus congregaretur, qui Anglos pelleret & Burdegalam recuperaret. Interea vero Talbotius oppida plurima cepit, interque alia Caſtellionem oppidum & caſtellum in Petragoricenſi tractu. Novam vero quatuor millium Anglorum manum accepit, & Fronſacum oppidum & caſtellum obſeſſum venit.

Le même. Rex vero Carolus ex Turonum urbe profectus Luſinianam, indeque in ſanctum Joannem Angeriacenſem ſe contulit. Caleſium oppidulum obſideri juſſit, quod vi expugnatum fuit : præſidiarii octingenti numero ſeſe in turrim receperunt, & ad Regis arbitrium ſeſe dedere coacti ſunt, omneſque quaſi proditores capite truncati fuere. Franci vero Caſtellionem in Petragoricenſi agro obſeſſum ſe contulere, & tormentis mœnia verberare cœperunt. Talbotius tunc coactis omnibus quas potuit copiis, ut obſeſſis ferret auxilium venit, & ad caſtra Francorum movit, qui ad hoſtem propulſandum parati erant. Acrior nuſquam pugna viſa fuit ; Angli repulſi ſemper pugnam redintegrabant. Demum cum nova Britonum militum manus in opem Francis advenisſet, ea Anglos tam diuturno certamine jam defatigatos profligavit. Fugientium pars maxima quinque millium fere virorum Caſtellionem ſe receperunt. Talbotius & filius ejus cum grandi Anglorum numero cæſi in loco pugnæ reperti ſunt. Qui vero Caſtellionem aufugerant, per campos dilapſi, alii terreſtri via, alii cymbis conſcenſis fugam fecere : eorum qui cymbas conſcenderant pars in aquis ſubmerſa fuit. Poſt illos vero qui terreſtri itinere fugiebant, pugnatorum manus miſſa fuit, pars in campis cæſa fuit, pars Burdegalam ſe recepit. Poſt illam Anglorum cladem, Caſtellionæum oppidum tormentis bellicis impetitum fuit. Præſidiarii autem ad arbitrium victoris deditionem fecerunt. Deinde ſine magno labore hæc oppida capta fuere, Caſtellum novum in Medullano tractu, Cadillacum, ſancti Macarii caſtrum, Alingonis portus, aliaque oppida & caſtra, utque Burdegala undique cincta eſſet, Lormontii caſtellum ſtructum fuit.

Angli in Garumna fluvio claſſem habebant, quæ hac ex parte Burdegalæ aditum defenderet. Rex quoque Carolus naves congregari juſſit ex Britannia adductas, ex Pictavorum littore, ex Hiſpania, item Hollandia, Zelandia & Flandria. Burdegala obſeſſa fuit. Numeroſiſſimum præſidium erat, trium millium Anglorum, Vaſconum autem longe plurium. Pluſquam duobus cum dimidio menſibus perſtitum in obſidione fuit, reſque cibaria demum in urbe deficiebat, cumque in dies penuria accreſceret, Burdegalenſes ad deditionis tandem conditiones venire compulſi ſunt, quæ tunc obſidentibus opportunior fuit ; lues *Le même.*

mise

mise dans l'armée du Roi. On laissa aux Anglois la liberté de se retirer ou à Calais ou en Angleterre. Le Roi pardonna aux Bourdelois; il n'y en eut que vingt auteurs de la révolte qui furent bannis du payis. Le Roi laissa dans Bourdeaux & aux environs un plus grand nombre de troupes qu'auparavant. Et pour brider les habitans de cette ville sujets à la révolte, il y fit bâtir deux châteaux, dont l'un s'appelle le château Trompete, & l'autre le château du Ha.

Le Comte d'Armagnac, qui tranchoit du Souverain dans son payis, avoit dépossedé l'Archevêque d'Auch, élu légitimement & confirmé par les Bulles du Pape, & mis en sa place un autre Archevêque à son choix, & l'avoit ainsi installé contre toutes les loix divines & humaines. Sur les plaintes que le Roi reçut de cet attentat, il envoia une armée commandée par le Comte de Clermont & le Maréchal de Loheac, qui prirent Lectoure & toutes ses autres places sans presque aucune résistance. Le Comte d'Armagnac fut obligé de se retirer dans les terres d'Aragon. 1454. 1455.

La prise de Constantinople par les Turcs en 1453. & les autres conquêtes de Mahomet II. avoient mis la terreur dans le monde Chrétien. Plusieurs Princes penserent à faire une Croisade pour aller porter la guerre en Orient. Philippe le Bon Duc de Bourgogne prit l'affaire plus à cœur que tous les autres. Il fit de grands préparatifs, & se rendit en Alemagne pour soliciter d'autres Princes de se joindre à lui. Mais quand il fallut venir à l'execution, tout alla en fumée.

Troubles en Angleterre.

En ce tems l'Angleterre étoit en trouble. Le Duc d'Yorc, soutenu d'un puissant parti dans tout le Roiaume, avoit fait emprisonner les Ducs de Sommerset & de Glocestre qui gouvernoient le Roi Henri. Ce Prince les aiant fait sortir de prison, ils reprirent le gouvernement comme auparavant. Ce fut à leur instigation que le Roi Henri envoia ordre à tous les grands Seigneurs de son Roiaume de se rendre à Londres. Le Duc d'Yorc se mit en chemin pour y venir; mais avec une bonne armée. Le Roi s'avança aussi avec des troupes pour aller à sa rencontre. Il se donna-là une bataille, où l'armée du Roi fut mise en déroute, le Duc de Sommerset fut tué, le Roi Henri pris & amené à Londres, & le Duc d'Yorc s'empara du gouvernement. La Reine Marguerite, qui étoit Françoise, courageuse & remuante fut, disoit-on, en

---

enim exercitum Regium invadere cœperat. Anglis liberum fuit vel Caletum, vel in Angliam se recipere. Rex Burdegalensibus pepercit; viginti tantum, qui rebellionis auctores fuerant, exsulare coacti sunt. Majus Rex præsidium quam antea Burdegalæ & in circumpositis locis reliquit. Utque Burdegalenses rebellandi cupidos validius coerceret, duo castella construi jussit, quorum alterum castellum Tubæ, alterum castellum de Ha appellatur.

Même. Comes Armeniacensis qui supremi dominii auctoritatem usurpaverat, suopte motu Archiepiscopum Auscitanum deposuit legitime delectum, & Summi Pontificis *bullis* confirmatum, & alium in ejus locum Archiepiscopum constituit, ac contra leges omnes divinas humanasque in illam sedem induxit. Cum de tam audaci facinore quidam apud Regem conquesti essent, mitit ille exercitum ducibus Comite Claromontano & Loheacio Marescallo, qui Lectoram ceperunt, cæteraque pene omnia illius oppida & castra, nullo pene obsistente, occupavere. Comes vero Armeniacensis in Regis Aragoniæ terras se recipere coactus est.

...tbieu ...mi. Cum a Turcis Constantinopolis capta fuisset anno 1453. & alia multa Mahometes II. cepisset, hinc terror orbem Christianum invasit. Multi vero Principes crucem accipere, ut bellum in Orientem inferrent, cogitavere. Philippus autem Bonus Burgundiæ Dux ad eam rem capessendam omnium ardentissimus erat. Ad illam vero expeditionem sese apparavit, atque in Germaniam se contulit, ut alios urgeret Principes ad hoc bellum secum suscipiendum. Verum quando res exsecutioni mandanda fuit, omnia in nihilum abiere.

Hoc tempore Anglia turbis maximis agitabatur. Dux Eboracensis, cujus partibus multi per totum Angliæ Regnum hærebant, Sommersetium & Glocestrium Duces, qui Henrico VI. regnante omnia administrabant, in carcerem trudi curavit. Cum autem Rex illos ex carcere eduxisset, Regnum ut antea administrare perrexerunt. Instigantibus illis, Henricus Rex jussit omnes proceres Londinum se conferre. Dux Eboracensis etiam ipse venit; sed cum numeroso exercitu. Tunc Rex movit ut cum illo concertaret. Pugna commissa fuit, exercitus regius funditur, cæditur Sommersetius Dux & Rex Henricus captus Londinum ducitur: tuncque Dux Eboracensis Regni administrationem assumit. Margarita Regina quæ generis Francici erat, audacis animi fœmina, causam fuisse turbarum narrant An- *Jean Chartier.*

partie la cauſe de ces troubles, qui tournerent enfin mal pour le Roi ſon mari. Mais les mauvais ſuccès des troupes Angloiſes en France, & la perte que les Anglois firent de la Normandie & de la Guienne, y contribua plus que tout.

1456. Le Dauphin ſe retire auprès du Duc de Bourgogne.

Le Dauphin Louis, qui s'étoit retiré dans le Dauphiné, faiſoit en ce payis-là des exactions inſupportables, & ſur tout ſur les Eccleſiaſtiques; le Roi envoia le Comte de Dammartin avec des troupes pour ſe ſaiſir de ſa perſonne. Le Dauphin en fut averti, & par le conſeil du Sire de Montauban, & de Jean de l'Eſcun bâtard d'Armagnac, il ſe rendit par la Franche-Comté auprès du Duc de Bourgogne, qui le reçut très-bien & lui donna trois mille florins par mois
1457. pour ſon entretien. Il y eut peu après un grand démêlé entre le Duc de Bourgogne, & le Comte de Charolois ſon fils. Le Dauphin s'entremit, dit Monſtrelet, pour faire la paix, & les accorda enſemble. D'autres diſent que le Dauphin lui-même avoit été cauſe de la diſſenſion.

Procés fait au Duc d'Alençon.

Le Roi Charles fit alors ſaiſir le Duc d'Alençon, accuſé d'avoir ſollicité les Anglois de venir faire une deſcente en France. On lui fit ſon procès: les preuves de ſon intelligence avec les Anglois étoient certaines, ſes propres lettres en faiſoient foi. Il les ſollicitoit fortement de venir faire deſcente en Normandie & en Guienne; & voiant que les grandes diviſions qui étoient alors entre le Duc d'Yorc & le Roi les empêchoient d'envoier des troupes en France, il les exhortoit de s'accorder entre eux *de par Dieu, ou de par le Diable.* Par beau-
1458. coup de traits ſemblables, il marquoit qu'il n'avoit rien négligé pour introduire des armées Angloiſes dans le Roiaume. Il confeſſa tout, & fut condamné à mort par la Cour des Pairs & par le Conſeil du Roi, qui y étoit en perſonne. Selon l'Arrêt ſes biens devoient être confiſquez. Mais le Roi déclara qu'il les tiendroit ſous ſa garde pour les rendre à ſa femme & à ſes enfans, & commua la peine de mort portée par l'Arrêt, en une priſon perpetuelle.

1459. Le 20. Août 1457. le Sire de Brezé & pluſieurs autres Seigneurs avec un corps de troupes d'environ quatre mille hommes partirent d'Honfleur ſur une flote, & ſe rendirent ſur les côtes d'Angleterre. Ils y firent deſcente & prirent la ville de Sanduich malgré la réſiſtance des Anglois, ils la pillerent, & s'en retournerent chargez de butin; les Anglois les pourſuivirent juſqu'à leurs vaiſ-

---

gli, quæ tandem in perniciem Regis viri ſui verſæ ſunt. Verum poſtremæ clades Anglorum in Francia, & amiſſæ ab illis Normannia ſimul & Aquitania, tantorum motuum præcipuæ cauſæ fuerunt, ut quidam narrant.

Matthieu de Conci. Jean Chartier.

Ludovicus Delphinus, qui Regia aula relicta in Delphinatum ſe receperat, in illo tractu tributa & vectigalia vix toleranda exigebat, maximeque ab Eccleſiaſticis. Tunc Rex Domni-Martini Comitem cum copiis illo miſit, qui Delphinum caperet, ſibique adduceret. Re comperta Delphinus, ſuadentibus Montalbano, & Joanne de Leſcuno Notho Armeniacenſi, per Burgundiæ Comitatum apud Burgundiæ Ducem ſe recepit, qui ipſum benigne excepit, ipſique tres mille florenos aureos ad menſes ſingulos aſſignavit. Paulo poſtea gravis ſuborta rixa eſt inter Ducem Burgundiæ & Caroleſium Comitem filium ipſius. Delphinus vero, inquit Monſtreletus, pacem inter ambos conciliare conatus, rem tandem totam compoſuit. Narrant alii Delphinum ipſum diſſenſionis cauſam fuiſſe.

Jean Chartier.

Rex autem Carolus tunc temporis Alenconium Ducem comprehendi curavit, qui accuſabatur quod Anglos concitaſſet, ut in Franciam exſcenſum facturi venirent. Res Judicibus examinanda committitur. Certiſſime probabatur ipſum cum Anglis conſpiraviſſe, cujus rei nondubium teſtimonium afferebant ejus literæ, queis urgebat illos ut in Normanniam & in Aquitaniam bellaturi venirent; cumque videret diſſenſionem, quæ tunc vigebat inter Ducem Eboracenſem & Angliæ Regem, impedimento eſſe quominus copias in Franciam Angli mitterent; hortabatur eos ut *vel per Deum*, *vel per Diabolum*, res ſuas componerent. His & ſimilibus dictis ſignificabat ſe nihil retro reliquiſſe, ut Anglicos exercitus in Regnum induceret. Omnia ille confeſſus eſt, capiteque damnatur a Curia Parium, & a conſilio Regis, qui tum præſens erat. Ex lata ſententia bona ejus fiſco addicenda erant: ſed declaravit Rex ſe illa ſervaturum cuſtoditurumque eſſe, ut ipſius uxori filiiſque ea reſtitueret: pœnamque mortis in perpetuum carcerem commutavit.

Anno 1457. vigeſimo Auguſti die, Brezæus multique alii ex primoribus, cum pugnatorum manu quatuor millium circiter virorum, Honflorii conſ- *Hiſt. de Charles VII. p. 475.* cenſis navibus ad Anglicanas oras ſe contulerunt: exſcenſuque facto, Sanduicum oppidum fruſtra obſiſtentibus Anglis ceperunt, magnas ibi prædas egerunt, & manubiis onuſti ad naves pedem retulere, ad conſcenſum uſque inſequentibus & pugnantibus

ſeaux ; mais ils ſe défendirent ſi bien, qu'ils remonterent ſur mer avec peu de perte.

L'an 1448. le 23. Avril, Philippe le Bon Duc de Bourgogne fit ſon entrée à Gand. Les Gantois l'avoient ſouvent fait prier tant par le Dauphin Louis que par d'autres d'y venir, & d'y entrer en cérémonie ; mais il differa de s'y rendre juſqu'à ce jour-là. Il n'y amena ni le Dauphin, ni le Comte de Charolois, ni le Sire de Croi ſon Chambellan : & cela pour des raiſons que l'hiſtorien ne dit pas. Le Duc s'y rendit accompagné du Comte d'Eſtampes, du Sire de Raveſtein & d'environ trois cens Chevaliers. Les Bourgeois vinrent au devant de lui, les Eccleſiaſtiques marchoient à la tête ; puis venoient les gens de Juſtice, ſuivis des artiſans. Après ceux-ci marchoient les Chevaliers & Ecuiers. Le *Conſeiller* de la ville lui parla au nom de tous, & le ſupplia humblement d'oublier les injures que lui avoient fait ci-devant les Gantois, qui étoient ſi repentans de leurs fautes, qu'ils étoient tous prêts de mourir à ſon ſervice. Le Duc les reçut avec des grandes démonſtrations d'affection. C'eſt ce qui eſt repreſenté dans la Planche ſuivante tirée de Monſtrelet Manuſcrit de la Bibliotheque de Monſieur Colbert. PL. XLVI.

Au mois d'Août 1459. mourut Pierre II. Duc de Bretagne. Son oncle Artus Connétable de France lui ſucceda, & ne tint le Duché que juſqu'au mois de Janvier ſuivant, où il mourut. François II. fils de Richard Comte d'Eſtampes & frere d'Artus lui ſucceda. Ce François II. fut pere d'Anne de Bretagne, qui épouſa Charles VIII. Roi de France & depuis Louis XII. & réunit la Bretagne à la Couronne. 1460. 1461.

L'an 1461. vers le commencement de Juillet le Roi Charles, qui étoit alors à Meun ſur Yeure en Berri, fut averti par un Capitaine, qui avoit ſa confiance, qu'on vouloit l'empoiſonner. Cela le frappa tellement, que ne ſachant plus à qui ſe fier, il s'abſtint de boire & de manger pendant ſept ou huit jours. Les Medecins le preſſoient toujours de prendre quelque nourriture. Il ſe rendit enfin & voulut manger ; mais il n'étoit plus tems, les conduits étant ſi reſerrez, que la nature ne pouvoit plus prendre des alimens. Se ſentant proche de ſa fin, il reçut les derniers Sacremens, & mourut le 22. Juillet. Son corps fut apporté à S. Denis, où il fut enterré ſolennellement. 1461. Mort du Roi Charles VII.

Anglis ; ſed tam ſtrenue ipſos Franci propulſarunt, ut paucis ſuorum amiſſis in naves ſuas ſe receperint.

Monſtrelet. Anno 1458. vigeſimo tertio die Aprilis, Philippus Bonus Burgundiæ Dux Gandavum eſt ingreſſus. Gandavenſes illum ſæpe per Delphinum, perque alios rogari curaverant ut veniret, ſolenniterque in urbem ſuam ingrederetur : verum ad illum uſque diem Dux diſtulerat. Non Delphinum ſecum duxit, nec Carolesium Comitem filium, nec Croviacenſem Toparcham Cambellanum ſuum ; qua vero de cauſa hoſce prætermiſerit hiſtoriæ Scriptores non referunt ; ſed venit cum Stampenſi Comite, & cum Raveſtenio, trecentiſque circiter equitibus. Cives Gandavenſes obviam Duci venerunt : præibant Eccleſiaſtici ; hos ſequebantur Juriſperiti, qui judicia exercebant, deindeque artifices. Agmen claudebant equites & ſcutiferi. Urbis *Conſiliarius* pro civitate tota Ducem alloquutus eſt, ac demiſſioribus verbis precatus illum eſt, ut illatas ſibi a Gandavenſibus injurias ex memoria deleret, quos jam factorum ita pœnitebat, ut vitam pro ipſo profundere parati eſſent. Illos Dux cum affectu & benignitate grandi excepit. Illud vero in tabula ſequenti exprimitur, eductae ex codice Monſtreleti, qui in Bibliotheca Colbertina aſſervatur.

Menſe Auguſto anni 1459. obiit Petrus II. Dux Britanniæ Armoricæ. Ipſi vero ſucceſſit patruus ejus Arturus Conſtabularius Franciæ, & Ducatum tenuit ad uſque menſem Januarium ſequentem ſolummodo. Ipſi defuncto ſucceſſit Franciſcus II. filius Ricardi Comitis Stampenſis & fratris Arturi. Hic vero Franciſcus pater fuit Annæ Britannicæ, quæ nupſit Carolo VIII. Francorum Regi, deindeque Ludovico XII. ejus ſucceſſori ; indeque Britannia Armorica ad Regem Francorum devoluta eſt. *Jean Chartier.*

Anno 1461. ineunte circiter Julio, Rex Carolus, qui tum Magduni ad Aveiam in Biturigibus erat, a Tribuno quodam, cui multum fidebat, monitus eſt, quod venenum ſibi propinandum eſſet. Hoc perculſus monitu Carolus, nemini jam fidere auſus, a cibo & potu per ſeptem octove dies abſtinuit. Inſtabant Medici & ut cibi aliquid ſumeret urgebant. Ceſſit ille tandem & comedere voluit ; ſed incaſſum id tentavit, cum jam ductus ita obſtructi eſſent, ut natura alimenta nulla capere valeret. Cum vitæ finem jam inſtare videret, extrema ſumſit Sacramenta, mortuuſque eſt vigeſimo ſecundo die Julii menſis. Corpus ejus in Sancti Dionyſii Eccleſiam allatum ſolenniter ſepultum fuit. *Le même.*

Charles VII. fut un des meilleurs Princes que la France ait eu ; doux, affable, bien-faiſant, liberal ; ces qualitez attirerent à ſon parti bien des braves gens, qui lui demeurerent toujours fort attachez, & l'aiderent à chaſſer les Anglois hors du Roiaume, après que le prodige de Jeanne la Pucelle eut fait tourner la chance. Il aimoit à prendre conſeil dans les affaires importantes, & ſuivoit toujours le meilleur parti. Son grand défaut étoit de ſe trop livrer à ſes Favoris. Cependant quand on les enlevoit d'auprès de lui avec violence, qu'on les mettoit en priſon, & qu'on les livroit même à la Juſtice pour les envoier au ſupplice s'ils le méritoient ; il entendoit raiſon & confeſſoit ſon tort, quoiqu'on eut agi contre ſes inclinations & ſans ſon ordre. Ainſi furent chaſſez d'auprès de lui, le Préſident Louvet, Tannegui du Châtel, Gyac, envoié au ſupplice ; le Camus de Beaulieu, qui fut tué, la Trimouille qui fut bleſſé, mis en priſon & puis rançonné. Il ne ſût rien de tout cela que quand le coup fut fait, & il l'approuva ou fit ſemblant de l'approuver en diſſimulant ſon mécontentement ; patience ſi extraordinaire en un Souverain, que difficilement en trouveroit-on des exemples.

Carolus VII. inter optimos Francorum Principes cenſeri meretur. Mitis erat, affabilis, largus : queis virtutibus multos ſibi devinxit viros fortes, qui ſemper ejus partibus hæſerunt, & ad Anglos ex Francorum finibus depellendos adjumento ipſi fuere, poſtquam ex Joannæ Puellæ prodigio, Anglis res ſecus cedere cœperunt. In rebus magni momenti conſilio peritorum utebatur, & tutiora ſemper amplectebatur. Illud tamen vitii in illo obſervabatur, ut gratioſos ſibi penes ſe ſemper haberet, ex quorum nutu pendere videbatur ; ſed cum illi vi a Regia abducebantur a proceribus, in carcerem trudebantur, judicio ſiſtebantur, ut ad ſupplicium ducerentur, ſi id caſus exigeret, ille rem probabat, ſeque deceptum fatebatur, etſi res injuſſu ſuo, nec ſe annuente peracta erat. Sic a latere ipſius depulſi ſunt Lupetus Præſes, Tanaquillus de Caſtello, Gyacus qui ad ſupplicium ductus eſt, Simus de Bello-loco, qui occiſus ; Tremollius, qui ſaucius in carcerem truſus, pro libertate impetranda pecuniam numerare coactus eſt. Nihil certe eorum niſi re peracta ſcivit, & tamen probavit, vel ſe probare ſimulavit, indignationem ſuam reprimens ; cujus patientiæ exemplum in Rege alio vix uſpiam reperias.



XLV. Pl. du Tom. III. pa. 252.

ENTRÉE DE PHILIPPE LE BON DUC DE BOURGOGNE DANS GAND.



AUTRES MONUMENS
DU REGNE DE CHARLES VII.

LA Planche qui ſuit nous repreſente le Roi Charles dans ſon Trône & un Dominicain à genoux devant lui, qui lui offre un Livre de ſa façon. Des Courtiſans qu'on voit ici en petit nombre, les uns ſont en robe longue & les autres ont un habit ſi juſte au corps, que depuis la ceinture en bas on voit toute la forme du corps humain. L'un d'eux tient un oiſeau ſur la main droite, marque d'une grande qualité en ces tems-là. Un autre porte une plume à ſon bonnet. Cette peinture eſt tirée d'un Manuſcrit de la Bibliotheque de M. Colbert. PL. XLVI.

Le portrait [1] du Roi Charles VII. qui commence la Planche ſuivante eſt tiré d'un Tableau original, qui appartenoit autrefois à M. de Gagnieres, & qui eſt aujourd'hui de M. Moreau de Mautour. Ce Tableau a été certainement fait d'après le naturel. Son chapeau approche aſſez de la forme de ceux d'aujourd'hui; mais ſes ornemens en zigzag, ont je ne ſai quoi de deſagréable. Le Roi n'a point ici de cheveux. Il n'en a gueres dans l'image [2] ſuivante, où il eſt repreſenté debout, avec ſes éperons, & l'épée au côté. Les traits de ſon viſage reſſemblent au portrait précedent, ſon chapeau eſt d'une forme differente, & orné de fleurs-de-lis. L'eſpece de caſaque qu'il porte eſt verte dans la peinture originale, qui eſt au commencement d'une paire d'Heures faite pour Etienne Chevalier, Tréſorier general de France ſous ce Prince, dit M. de Gagnieres. PL. XLVII. 1. 2.

La troiſiéme [3] figure eſt ainſi repreſentée dans le Monſtrelet Manuſcrit de M. Colbert fol. XI. chap. I. où il dit que Charles Dauphin apprit la mort de ſon pere décedé le 22. d'Octobre 1422. lorſqu'il étoit au château d'Eſpailli en Velai, appartenant à l'Evêque du Pui. Il s'habilla de noir le premier jour, & le lendemain il aſſiſta à la Meſſe vêtu d'une robe de vermeil. *Où il y avoit preſens*, dit Monſtrelet, *pluſieurs Officiers de l'armée, veſtus de leurs blaſons : & fut crié vive le Roi ; & puis fut fait l'Office de l'Egliſe.* Sa robe eſt noire doublée d'hermines, ſon bonnet eſt auſſi noir. Il paroît ici plus vieux qu'il n'étoit alors, n'aiant guere plus de vingt ans. 3.

ALIA MONUMENTA REGNI CAROLI VII.

TABULA ſequens Carolum Regem in ſolio ſedentem exhibet, & Dominicanum genuflexum, qui ipſi librum offert ab ſe editum. Ex aulicis vero, qui hic pauci numero comparent, alii oblongis amiciuntur veſtibus, alii tam ſtricto veſtitu teguntur, ut a zona inferne, tota humani corporis forma conſpiciatur. Ex illis unus avem manu geſtat, quod tum temporis egregiæ nobilitatis erat inſigne; alterius pileus pluma exornatur. Hæc imago deſumta fuit ex codice Manuſcripto Bibliothecæ Colbertinæ.

Caroli VII. imago quæ in tabula ſequenti prima viſitur, ex depicta illius ævo ad vivum tabula excepta fuit; quæ olim ad Dominum de Gagneriis pertinuit, hodieque apud V. Cl. Morellum de Malturio habetur. Petaſus ejus ad hodiernorum petaſorum formam accedit; ſed ornamenta illius circumplexis & in angulos reflexis lineis adornata, ingratum neſcio quid præ ſe ferunt. Hic Rex ſine coma ulla conſpicitur. In ſequenti vero imagine modicum capillitium habet, ubi ſtans repræſentatur, cum calcaribus & gladio ad zonam appenſo. Vultus forma præcedenti ſimilis eſt : petaſus diverſam præ ſe fert figuram, & liliis ornatur. Quod geſtat ipſe ſagulum viride eſt in tabella depicta initio diurnarum Horarum, ad uſum Stephani Caballerii, Franciæ Theſaurarii Generalis ſub Carolo VII. inquit Gagnerius.

Tertium ſchema ſic habetur in Monſtreleti Codice MS. Bibliothecæ Colbertinæ, fol. XI. cap. I. ubi narrat ille Carolum Delphinum patris mortem, qui 22ª Octobris anno 1422. deceſſerat comperiiſſe in caſtello Spalliacenſi in Velaunis, quod caſtellum ad Epiſcopum Anicienſem pertinebat. Primo autem die nigris indutus veſtibus comparuit : inſequenti vero die Miſſæ ſolemniis interfuit, rubro veſtitus indumento, *aderantque*, ait Monſtreletus, *multi exercitus Tribuni, inſignibus ſuis induti, conclamatumque fuit*, Vivat Rex, *poſteaque divinum officium peractum eſt*. Veſtis nigra eſt aſſutis muris Pontici pellibus, pileus quoque atri coloris eſt. Hic autem ſenior depingitur, quam tunc temporis eſſet, non multo plus enim quam viginti annorum erat.

4. [4] Le voici à cheval tel qu'il étoit lorſqu'il alla aſſieger Tartas l'an 1442. tiré
du même Manuſcrit de M. Colbert, fol. 273. chap. 271. Il tient le bâton de
commandement. Sa toque eſt rouge dans l'original, à lignes dorées. Son habit
raié d'or & de rouge, ſa botte toute dorée. Il paroît ici fort jeune, quoiqu'il
5. eût alors quarante ans. [5] On le voit enſuite, tel qu'il eſt à S. Denis ſur ſon tom-
beau dans la Chapelle de Nôtre-Dame.

Marie d'Anjou Reine de France femme de Charles VII. étoit fille de Louis
II. Duc d'Anjou Roi de Naples, ſœur du Roi René, que nous avons mis ſur la
6. même Planche. Elle épouſa le Roi Charles en 1422. & mourut en 1463. [6] On
donne ici ſon portrait, tiré ſur l'original peint de ſon tems, ci-devant de M. de
Gagnieres, & preſentement de M. Moreau de Mautour. Sa coeffure étoit en
uſage dans ce tems-là; mais ordinairement plus haute & plus pointue qu'on ne
7. la voit ici. [7] L'autre figure de la même Reine eſt tirée de ſon tombeau, qui eſt
à la Chapelle de Nôtre-Dame de l'Egliſe S. Denis, où on la voit auprès du Roi
ſon mari.

René dit le Bon, étoit Roi de Jéruſalem, des deux Siciles, Duc d'Anjou, Comte
de Provence; ce ſont les titres qu'il ſe donne lui-même dans un Tableau où eſt
ſon portrait peint de ſa propre main, qu'on voit aux Carmes d'Aix en Provence
dans une Chapelle. Sur ce portrait original on fit une eſtampe à Aix en 1711.
8. où il eſt repreſenté en taille-douce, [8] & c'eſt ſur cette eſtampe que j'ai tiré fort
exactement la figure que je donne ici. Autour du portrait original, il y a cette
inſcription : RENATUS REX IHERUSALEM UTRIUSQUE SICILIÆ DUX ANDEGAVÆ PROVINCIARUM COMES &c. Au-deſſous de cette incription, on en a gravé une autre de forme differente en ces termes : *Hæc effigies ad vivum propria ipſiuſmet Regis manu depicta exſtat in ſacello Carmelitarum Aquenſium.* Après que le Graveur a fait offre de ſon eſtampe à Mgr le Bret premier Préſident & Intendant de Provence, il ajoûte cette inſcription tout au bas de la Planche : *Ex imagine ad vivum expreſſa, & ab ipſo Rege, in teſtimonium amoris, Renato de Materon, Oratori ſuo dono data, nunc etiam in Muſeo Joſephi de Materon D. de Salignac pronepotis ſedulo & amanter aſſervata.*

Il dit ici, ou il ſemble dire que ſon eſtampe eſt tirée du portrait que ce Roi donna à René de Materon ſon Ambaſſadeur, & que ce même portrait eſt gardé

En illum equitem, qualis erat cum Tartaſſium obſeſſum ivit anno 1442. ex eodem Colbertino codice eductum, fol. 273. cap. 271. Imperantis baculum tenet. Pileus ejus in manuſcripti tabula ruber eſt. Veſtis ex auro & rubro colore delineata, ocreæ deauratæ. Hic porro admodum juvenis repræſentatur, etſi tunc quadraginta eſſet annorum. Poſtea viſitur qualis habetur in ſepulcro ſuo in Eccleſia Sancti Dionyſii, in Capella Beatæ Mariæ.

Maria Andegavenſis Francorum Regina, uxor Caroli VII. filia erat Ludovici II. Andium Ducis, Regis Neapolis, ſororque Renati Regis, quam in eadem tabula exhibemus. Regi autem Carolo nupſit anno 1422. obiitque anno 1463. Ejus hîc imago profertur, qualis habetur in tabula ipſius ævo depicta, quæ pridem D. de Ganeriis fuit, nunc vero penes D. Morellum de Malturio aſſervatur. Capitis cultus illo ævo in uſu erat; ſed ut plurimum longe ſublimior & acutior. Altera ejuſdem Reginæ figura, educta fuit ex ejus ſepulcro, quod habetur in Capella Beatæ Mariæ Eccleſiæ ſancti Dionyſii, ubi prope Regem virum ſuum locatur.

Renatus Bonus dictus, Rex Jeroſolymæ & utriuſque Siciliæ, Dux Andegavenſis & Provinciarum Comes, his ſe titulis exornat in tabella depicta ejus imaginem repræſentante, quæ in Capella quadam Eccleſiæ Carmelitarum Aquenſium viſitur. Ad iſtius nativæ imaginis fidem in ære inſculpta eadem fuit Aquis Sextiis anno 1711. Ex hac vero tabula ejus imaginem qualem conſpicis accurate exprimi curavi. Circum depictam vero imaginem hæc inſcriptio legitur : RENATUS REX IHERUSALEM, UTRIUSQUE SICILIÆ, DUX ANDEGAVÆ, PROVINCIARUM COMES, &c. Sub hac inſcriptione alia diverſæque formæ exarata fuit, his verbis : *Hæc effigies ad vivum propria ipſiuſmet Regis manu depicta, exſtat in Sacello Carmelitarum Aquenſium.* Infra vero poſtquam Sculptor in ære tabellam ſuam obtulit illmo Domino le Bret Primo Præſidi & Præfecto Gallo-provinciæ, hanc inſcriptionem in ima parte inſculptæ tabulæ adjicit : *Ex imagine ad vivum expreſſa & ab ipſo Rege in teſtimonium amoris Renato de Materon oratori ſuo dono data, nunc etiam in Muſeo Joſephi de Materon D. de Salignac pronepotis ſedulo & amanter aſſervata.*

Hic vel dicit, vel dicere videtur tabulam ſuam inſculptam exceptam fuiſſe ex imagine, quam ipſe Rex dedit Renato de Materon oratori ſuo, & eamdem ipſam imaginem precioſe aſſervari in Muſæo

UN DOMINIQUAIN PRESENTE UN LIVRE AU ROI CHARLES VII.




PORTRAITS DU ROI CHARLES VII. DE MARIE D'A
ET DE S
1
2
3
7
8
9


OU SA FEMME, DE RENÉ ROI DE SICILE
FEMME.
XLVII. Pl. du Tom. III.
pa. 254.
4
5
6
10
11
12

précieuſement dans le Cabinet de M. René de Materon Seigneur de Salignac, un des deſcendans de René de Materon; & il a dit plus haut, que ce même portrait fait de la main du Roi René lui-même, eſt gardé dans une Chapelle des Carmes d'Aix. Peut-être veut-il dire que ſon eſtampe reſſemble à l'un & à l'autre des portraits. Il ſe peut auſſi faire que ce même portrait aura été donné aux Carmes par le Seigneur de Salignac.

Le Roi René, ſelon quelques Hiſtoriens, étoit un des plus excellens Peintres de ſon tems: Brantôme dit auſſi dans ſon éloge de la Reine Catherine de Medicis, que le Roi René étoit un excellent Peintre, c'étoit encore la voix commune de ce tems-là; effectivement ce Tableau, autant qu'on peut juger par l'eſtampe, paroît être fait de main de Maître. Il étoit déjà griſon quand il le fit. Il porte le Collier de l'Ordre de S. Michel, inſtitué par Louis XI. ſous le regne duquel il mourut l'an 1480. âgé de 72. ans. Son écuſſon qui eſt au-deſſous à ſur le tout les armes d'Aragon. Il ſe diſoit Roi d'Aragon à raiſon d'Iolande d'Aragon ſa mere. On n'y voit pas celles de Lorraine, quoiqu'il ait prit auſſi le titre de Duc de Lorraine. Sa deviſe eſt au-deſſous, D'ARDENT DESIR: & plus bas celle de ſon Ordre LOS, qu'on trouve ailleurs plus étenduë: LOS EN CROISSANT. Nous parlerons plus bas de cet Ordre de Chevalerie.

La figure ſuivante du [9] même eſt tirée de ſon tombeau, qu'on voit dans le 9.
Chœur de l'Egliſe de S. Maurice d'Angers. Iſabelle [10] Ducheſſe de Lorraine & 10.
de Bar, ſa premiere femme, ſe voit repreſentée auprès de ſon mari ſur ſon tombeau dans la même Egliſe. Elle l'épouſa le 24. Octobre 1420. & mourut le 22.
Fevrier 1472. [11] La même ſe voit ſur les vitres des Cordeliers d'Angers, priant 11.
Dieu à genoux avec ſes armes à la maniere des Dames, chargées de celles des Roiaumes, Duchez, Comtez, dont ſon mari prenoit les titres. Après la mort d'Iſabeau de Lorraine arrivée en 1452. au mois de Fevrier, le Roi René épouſa en ſecondes nôces en la même année au mois de Septembre, Jeanne de Laval,
qui ſurvêcut longtems à ſon mari, & mourut l'an 1498. [12] Elle eſt auſſi repre- 12.
ſentée aux vitres des Cordeliers d'Angers. Dans ſon écuſſon avec les armes de tous les Etats de ſon mari, on voit auſſi celles de Laval. Ce qu'on remarque dans l'une & l'autre Reine, c'eſt que leur chevelure flote juſques beaucoup au-deſſous de la ceinture.

Renati de Materon D. de Salignac, abnepotis illius Renati de Materon; & ſupra dixit eam ipſam imaginem manu ipſius Renati Regis depictam in Capella quadam Carmelitarum Aquenſium ſervari. Fortaſſis vero ſignificare voluit tabulam ſuam inſcalptam utrique imagini eſſe ſimilem: vel forte dicatur eamdem ipſam imaginem Carmelitis a Saliniacenſi Domino datam fuiſſe.

6. Renatus Rex, narrantibus quibuſdam Hiſtoriæ Scriptoribus, inter eximios ſui ævi pictores eminebat. Ait vero Brantomius cum de Catharina Medicea Regina agit, Renatum Regem eximium fuiſſe pictorem, uti ſuo ævo omnium ore ferebatur. Et vere imago iſthæc quantum tamen poteſt ex tabula depicta judicari, ex manu periti pictoris prodiiſſe videtur. Jam caneſcebat cum hanc depinxit imaginem. Ordinis ſancti Michaelis torquem geſtat; qui Ordo inſtitutus fuit a Ludovico XI. quo regnante obiit Renatus anno 1480. ætatis 72. Scutum ejus, quod ſub imagine habetur, Aragoniæ inſignia inſignibus Renati ſuperpoſita habet; ſe namque Regem Aragoniæ dicebat, quia Yolandæ Aragonicæ filius erat. Lotharingiæ autem inſignia non hic comparent, etſi ſe aliquando Lotharingiæ Ducem dixerit. Symbolicum ejus dictum infra ſcribitur, nempe *Ardenti Deſiderio*, & inferius *Laus*, quæ inſcriptio alibi tota fertur LAUS CRESCENDO. Mox de hoc Equitum ordine verba facturi ſumus.

Schema ſequens ejuſdem eductum fuit ex ſepulcro ejus, quod habetur in choro Eccleſiæ ſancti Mauricii Andegavenſis. Iſabella Lotharingiæ & Bari Duciſſa prima uxor ejus prope virum ſuum conſpicitur ſepulcro ſuo ſuperpoſita in eadem Eccleſia. Renato nupſit illa 24. Octobris anno 1420. obiitque 22. Februarii anni 1472. Eadem ipſa viſitur in vitreis feneſtris Franciſcanorum Andegavenſium, ubi genuflexa, & preces fundens exhibetur, adjunctis inſignibus ſuis femineo more terminatis; inſignibus nempe Regnorum, Ducatuum, Comitatuum, quæ ſibi vir ſuus adſcribebat. Poſt Iſabellæ mortem, quæ contigit anno 1472. menſe Februario, Renatus Rex eodem anno ſecundam duxit uxorem menſe Septembri Joannam de Lavallio, quæ diu poſt mortem viri ſui vixit, mortuaque eſt anno 1498. Ipſa quoque in vitreis feneſtris Franciſcanorum repræſentatur. In ejus autem ſcuto cum inſignibus viri ſui, Lavallii quoque inſignia viſuntur. In utraque Regina obſervatur paſſos capillos longe infra zonam deſcendere.

Le Roi René institua comme nous venons de dire l'Ordre du Croissant, j'ai trouvé dans les porte-feuilles de M. de Gagnieres une assemblée de cet Ordre representée avec cette inscription. *Chapitre tenu par René Duc d'Anjou Roi de Sicile, instituteur de l'Ordre du Croissant*, où sont les Chevaliers de l'Ordre, avec le portrait de Jean Cossa Comte de Troie, Chevalier de cet Ordre representé en buste. L'institution de l'Ordre du Croissant a été trouvée à la Bibliotheque de S. Victor de Paris par Marcel, qui s'en sert dans son Histoire de France, & il l'a donnée dans ses preuves. C'est d'après lui que nous la mettons ici.

INSTITUTION DE L'ORDRE DU CROISSANT.

» AU nom du Pere & du Fils & du S. Esprit, ung Dieu en trois personnes, » seul & omnipotant, avecques l'aide de sa tres-benoiste & glorieuse mere la » Vierge Marie: aujourd'huy unziesme jour du mois d'Aoust, l'an mil quatre » cens quarante-huit, tenant en Sainte Eglise le siege Apostolique Nicolas Pape » Quint, a esté encommencé & mis sus un Ordre pour perpetuellement & à ja- » mais durer au plaisir de Dieu par Chevaliers & Escuiers, qui seront & pour- » ront estre jusques au nombre de cinquante: lequel Ordre sera appellé & nom- » mé *l'Ordre du Croissant*, pour ce que lesdits Chevaliers & Escuyers porteront » dessous le bras dextre un Croissant de armes camaillé, sur lequel sera escritte de » lettres bleues, LOS EN CROISSANT: & sera fait par la façon & ma- » niere que cy-devant est figuré & pourtrait. Duquel Ordre est prins pour » Chef, Patron, Conduiseur & Défenseur, Monseigneur Saint Maurice Che- » valier & tres-glorieux Martyr: de laquelle fraternelle union, & Compagnie » dessusdite, les poins de la Reigle à garder & observer s'ensuivent ici après par » articles.

» Premierement, nul ne pourra estre reçu ne porter ledit Ordre, sinon qu'il » soit Duc, Prince, Marquis, Comte, Vicomte, ou issu d'ancienne Chevale- » rie, & Gentilhomme de ses quatre lignes, &c. *Tous les articles suivans sont compris dans le serment cy-après.*

» Afin que ce present Ordre dure & soit entretenu & maintenu bien & due- » ment a toujours mais, perpetuellement au plaisir du Dieu le Tout-puissant, à

Renatus Rex Crescentis Lunæ Ordinem Equitum instituit. In Manuscriptis Gagnerianis, cœtum Ordinis unà coactum reperi cum hac inscriptione: *Capitularis cœtus congregatus a Renato Duce Andegavensi Rege Siciliæ, Institutore Ordinis Crescentis Lunæ.* Ubi Equites Ordinis, simulque imago Joannis Cossæ Troiæ Comitis, istius Ordinis Equitis, cujus protome repræsentatur. Institutio Ordinis Crescentis Lunæ a Marcello reperta fuit in Bibliotheca Sancti Victoris Parisiensis, qui illam inter instrumenta ad veritatem historiæ probandam allata edidit, indeque nos illam excepimus.

Tome 3. p. 516.

» INSTITUTIO ORDINIS CRESCENTIS LUNÆ.

» IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, unius » Dei in tribus personis, solius & omnipotentis, ad- » juvante ter benedicta & gloriosa Matre Virgine Ma- » ria. Hoc die, undecimo mensis Augusti, anno mil- » lesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, Ni- » colao Papa Quinto in Sancta Ecclesia sedem Apos- » tolicam occupante, incœptus institutusque fuit Or- » do in perpetuum per Dei placitum duraturus, Equi- » tum & Scutiferorum, qui usque ad quinquaginta « numero esse poterunt, qui Ordo appellabitur, *Or-* » *do Crescentis Lunæ*; quoniam iidem Equites & Scu- » tiferi sub brachio dextro insigne gestabunt crescen- » tem Lunam, in qua cæruleis literis scriptum erit, » LOS EN CROISSANT, id est, *Laus crescendo*, eo- » dem modo quo supra descriptum delineatumque » fuit. Cujus Ordinis dux, patronus, ductor & pro- » pugnator eligitur. D. S. Mauricius Eques & glo- » riosissimus Martyr cujus fraternæ unionis, & supra- « dicti Sodalitii Regulæ capita servanda articulis dis- » tincta sequuntur.

Primo, nullus recipi poterit, vel Ordinis insigne gestare, nisi sit Dux, vel Princeps, vel Marchio vel Comes aut Vicecomes, vel nisi ab antiquo ex Equitibus ortus sit, & gradibus quatuor, & nisi nobilis ex &c. *Reliqui articuli in sacramento infra adferendo comprehenduntur.*

» Ut hic Ordo in optimo statu & conditione in » perpetuum perseveraret, secundum placitum & vo- » luntatem omnipotentis Dei, & ad veræ & Catholicæ

» l'extension

» l'extenſion de la vraye foy Catholique, eſtat de noſtre Mere Sainte Egliſe, » proſperité & felicité de la choſe publique, le Roy de Jeruſalem & de Sicile, » Duc d'Anjou, de Bar & de Lorraine, Comte de Provence, de Forcalquier & » de Piedmont, Frere & Inventeur de cedit Ordre, non voullant ſoi dire & » appeller chief d'icelui, ne en attribuer à ſoy la gloire & louange; mais icelle » donner au benoiſt & glorieux Archimartir Monſeigneur S. Maurice, Chief & » Patron dudit Ordre : comme par pluſieurs fois l'a dit & remonſtré, en conti» nuant toujours en ce ſon propos de ſa grace, douceur, humanité & courtoi» ſie, a voulu eſtre comme le maindre des autres oudit Ordre, ſans aucune» ment y avoir ne demander autre préminence, & s'en dire & nommer ſeule» ment Manutenteur ou Entreteneur ſobs la protection dudit Sainct : & s'eſt » obligé à icelui Ordre entretenir & maintenir ſa vie durant & à faire continuer » les gaiges des Officiers dudit Ordre, avec les frais, miſes & autres quelconques » deſpenſes pour ce neceſſaires & convenables.

» Et paraillement de ſon commandement & ordonnance ſe y eſt obligé Mon» ſeigneur le Duc de Calabre ſon fils unique, & ſeul heritier avec tous leurs » hoirs & ſucceſſeurs. Et oultre a promis mondit Seigneur de y faire obliger » Monſeigneur Nicolas ſon aiſné fils, luy venu a ſon aaige & tous autres ſes » fils legitimes, qu'il pourront avoir chacun pour ſoy, ou cas que la Seigneurie » & Duché d'Anjou lui viendroit : & ainſi ſubſequaument tous les autres Sei» gneurs & Ducs d'Anjou de hoir en hoir, comme toutes ces choſes peuvent » plus à plain apparoir par note & inſtruction publique paſſé par deux Notaires » Apoſtoliques & Imperiaulx donné le XXIII. jour de Septembre mil quatre » cent cinquante & ung, & meſmement par les Lettres Patentes deſdits Sei» gneurs, leſquelles Lettres ſont au Tréſor avecques les autres & Chartres tou» chant ledit Ordre.

LES SERMENS DE L'ORDRE DU CROISSANT EN BREF.

» La Meſſe ouir ou pour Dieu tout donner,
» Dire de Noſtre-Dame, ou manger droit le jour.
» Que pour le Souverain ou Maiſtre ne s'armer,

» fidei propagationem, ſanctæque matris noſtræ Ec» cleſiæ : ad rei etiam publicæ proſperitatem felici» tatemque, Rex Jeroſolymæ & Siciliæ, Dux An» dium, Bari & Lotharingiæ, Comes Provinciæ, Fo» ri-Calcarii & Pedemontii, frater & inventor præ» dicti Ordinis; cum nolit ſe hujus Ordinis caput ap» pellari, nec velit ſibi eam gloriam & laudem ad» ſcribere; ſed cupiat illam attribuere benedicto & » glorioſo Archimartyri D. ſancto Mauritio, Principi » & Patrono ejuſdem Ordinis, uti ſæpe dixit & pro» feſſus eſt; in hoc ſemper propoſito & voluntate per» ſeverans, gratia ſua, humanitate, urbanitateque » uſus, in hoc Ordine ſe omnium minimum haberi vo» luit; neque ullam expetit, vel poſtulat prærogativam; » ſeque tantum hujuſce Ordinis tutorem & ſubminiſ» tratorem dici voluit ſub patrocinio ſupradicti Sanc» ti; ſeſeque ad id obſtrinxit, ut per totam vitam » ſuam hunc Ordinem ſuſtineat, ſtipendia Miniſtro» rum Ordinis ſolvi curet, alias quaſlibet expenſas & » ſumtus ſuppeditet.

» Ipſiuſque juſſu filius ejus unicus & heres D. Dux » Calabriæ hæc omnia ſe ſoluturum impleturumque » eſſe ſpopondit, curaturumque ut filii, nepoteſque » ſui idipſum oneris ſuſcipiant, pollicituſque eſt » idem Calabriæ Dux ſe primogenitum filium ſuum » Nicolaum ad paria promittenda inducturum, quan» do ad legitimam ætatem pervenerit, necnon & alios » filios quos fortaſſe ſuſcepturus eſt, ſi forte illis ali» quando Andium Ducatus dominiumque cedat, cu» raturumque ut a nepotibus abnepotibuſque ſingulis « Andium Ducibus paria præſtentur; ut pluribus » enunciatum videri poteſt in publico inſtrumento a » duobus Notariis Apoſtolicis & Imperialibus edito » XXIII. die Septembris anno milleſimo quadringen» teſimo quinquageſimo primo, & in literis publicis » eorumdem Principum, quæ cum aliis literis ad eum» dem Ordinem ſpectantibus in theſauro aſſervan» tur.

SACRAMENTA ORDINIS CRESCENTIS LUNÆ, paucis enunciata.

» Miſſam audire, vel pauperibus ad Dei gratiam » ſtipem largiter erogare.

» Officium Beatæ Mariæ Virginis recitare, aut ſe» ſe jejunio exercere.

» Nonniſi pro Magiſtro & ſupremo Domino arma » ſumere.

» Aimer les Freres, ou garder ſon honneur,
» Feſte & Dimanche doit le Croiſſant porter
» Obeïr ſans contredit toujours au Senateur.

CHEVALIERS DU CROISSANT DE LA PREMIERE PROMOTION.

Raymon d'Agolt, Seig[r] de Sault.
Gilles de Mailley Seigneur de Breſzé.
M. Guillaume de la Jumeliere Seigneur de Martigue.
Franciſco Sfortia Duc de Milan.
M. Jacques Antoine Marcel de Veniſe.
Jehan de la Haye Seigneur de Paſſavant.
Pierre de Champagne Seigneur de Champagne.
Girard de Haraucour Seneſchal de Bar & de Lorraine.
M. Jehan Amenart Seigneur de Chauze.
M. Bertrand de Beauvau Seigneur de Pagne, Senateur en l'an M CCC LII.
Meſſire Saladin d'Anglure, Vicomte d'Eſtauges & Seigneur de Nogent.
Jean Duc de Calabre & de Lorraine, aiſné fils dudit Roy de Sicile, Senateur en l'an mil CCCC LIII.
Thierry de Lenoncourt, Bailly de Vitry, Seigneur de Lenoncourt.
M. Jehan du Bellay Seigneur du Bellay.
Antoine de Clerembault, Seigneur du Pleſſis Clerembault.
Jehan Seigneur de Feneſtrange, de Bar & de Lorraine.
Jean de Naſſauve & de Sarbruch.
M. Jehan Sire de Bellerville, de Montagu.
Jehan de Beauveau Seneſchal d'Anjou.
Philippe de Lenoncourt Eſcuyer d'Eſcurie du Roy de Sicile & Seigneur de Gondrecourt.
Pierre de Monlhon & de Ribiers, grand Eſcuyer d'Eſcurie du Roy de Sicile.
Jehan Coſſa Comte de Troye, Seigneur de Grimault, Senateur de l'an mil CCCC.......
René Roy de Jeruſalem & de Sicile, Duc d'Anjou, de Bar, Comte de Provence, Senateur en l'an mil CCCC XLIX.

» Fratres amare, & honorem ſervare ſuum.
» Diebus Feſtis & Dominicis creſcentem Lunam
» geſtare.
» Senatori ſemper obſequi & obedire.

EQUITES CRESCENTIS LÙNÆ, qui primo creati ſunt.

Raimundus Agoltius D. de Saltu.
Ægidius de Malliaco D. de Breſzæo.
D. Gullielmus de Jumelleria D. Maritimorum.
Franciſcus Sfortia Dux Mediolanenſis.
D. Jacobus Antonius Marcellus Venetus.
Joannes de Haga D. de Paſſavantio.
Petrus de Campania D. Campaniæ.
Gerardus de Haraldi-Curte Seneſcallus Bari & Lotharingiæ.
D. Joannes Amenartius D. de Cauzæo.
D. Bertrandus de Beauveau D. de Pagno Senator anno MCCCCLII.
D. Saladinus de Angledura Vicecomes Stalgæ & D. Novigenti.
Joannes Dux Calabriæ & Lotharingiæ primogenitus filius Renati ſupra memorati Siciliæ Regis, qui Senator fuit anno MCCCCLIII.
Theodericus de Lenuncurte, Ballivius Vitriacenſis, Toparcha de Lenuncurte.
D. Joannes de Bellaio, Toparcha Bellaii.
Antonius de Clarembaldo D. Pleſſeii-Clarembaldi.
Joannes de Feneſtrangio (ſeu Vinſtringio) ... Bari & Lotharingiæ.
Joannes D. Naſſavii & Sarraburgi.
D. Joannes Toparcha de Bellervilla & de Monteacuto.
Joannes de Beauveau Seneſcallus Andium.
Philippus de Lenuncurte Regis Siciliæ Stabuli Magiſter & Toparcha de Gundrecurte.
Petrus de Monlhonio & de Riberiis, Magnus Stabuli Regis Siciliæ Magiſter.
Joannes Coſſa Comes Troiæ Dominus de Grimaltio Senator anno MCCCCLI.
Renatus Rex Jeroſolymæ & Siciliæ, Dux Andium & Bari, Comes Provinciæ, Senator anno MCCCCXLIX.

M. Belion de Glandeves, Seigneur de Faulcon.

Loys de Clermont, Seigneur de Clermont.

M. Tanguy du Chaſtel, Senechal de Provence.

M. Guy de Laval Seigneur de Lore, premier Senateur en l'an mil, CCCC XLVIII.

M. Loys de Bournant, Seigneur de Couldray.

Pierre de Glandeves Seigneur de Chaſteau-neuf.

M. Foulques d'Agolt, Seigneur de Miſon.

M. Jehan du Pleſſis, Seigneur de Pinnay.

Meſſire Guichard de Montberon, Seigneur de Mortagne.

La Planche qui ſuit, & qui repreſente [1] une aſſemblée du même Ordre, eſt tirée des porte-feuilles de M. de Gaignieres. Il n'a pas marqué où il l'avoit priſe; mais on peut bien ſe fier à lui : il n'étoit pas homme à la forger de ſa tête. Tous les Chevaliers ſont aſſis au nombre de vingt-cinq. Celui qui étoit Senateur cette année, a un ſiege beaucoup plus élevé que les autres, où l'on montoit par trois marches. Tous les Chevaliers ſont veſtus de rouge, & ont un chapeau noir de la forme des chapeaux d'aujourd'hui. Ce chapeau eſt bordé de blanc ou d'argent. Auprès de la grille, il y a quatre hommes debout : ce ſont apparemment des bas Officiers, & un qui garde la porte. PL. XLVIII. 1.

On voit ſur la même Planche [2] Jean Coſſa Comte de Troie & Seigneur de Grimault, mentionné dans la liſte précedente, qui fut Senateur de l'Ordre du Croiſſant en l'année qui eſt marquée dans le Manuſcrit, mais dont les derniers nombres ont ſauté par accident; c'eſt néceſſairement l'an 1451. l'on marque ici les Senateurs de ſix années, ceux de 1448. 1449. 1450. 1452. 1453. y ſont marquez; c'eſt donc 1451. qui a ſauté. L'Office de Senateur ou de Maître de l'Ordre étoit annuel comme nous venons de voir. Le Roi René Fondateur de l'Ordre, n'étoit Senateur qu'à ſon tour & comme les autres. 2.

Jean Coſſa porte l'habit de l'Ordre, qui eſt rouge dans l'original. Il a ſous ſon aiſſelle droite le Croiſſant & l'Inſcription par-deſſus LOS EN CROISSANT, tous les autres Chevaliers aſſis dans l'aſſemblée l'ont de même. Au bas de ſon buſte ſe voit une inſcription en caracteres inconnus ou en chiffres. C'eſt apparemment lui-même qui l'a fait mettre pour exercer ceux qui voudroient décou-

---

D. Belio de Glanateva, Toparcha Falconis.

Ludovicus de Claromonte, Toparcha de Claromonte.

Tanaquillus de Caſtello Seneſcallus Provinciæ.

D. Guido de Lavallio Toparcha Loræ, qui primus Senator fuit anno MCCCCXLVIII.

D. Ludovicus de Burnantio Toparcha Coryleti.

Petrus de Glannateva Toparcha de Caſtello-novo.

D. Fulco Agoltius Toparcha de Mijone.

D. Joannes de Pleſſeio, Toparcha Pinnæi.

D. Guicardus de Monte-Berone, Toparcha Moritanniæ.

Tabula ſequens, quæ ejuſdem Ordinis coactum cœtum conſpiciendum præbet, ex Manuſcriptis Codicibus D. de Gagneriis educta fuit. Non annotavit ille undenam illam exceperit; neque tamen minor ipſi habenda fides eſt : neque enim rem hujuſmodi ille ex arbitrio ſuo fingere auſus eſſet. Hi Equites viginti quinque numero ſedent. Is qui hoc anno Senator erat, longe eminentiorem cæteris ſedem habet, in quam gradibus tribus aſcendebatur. Equites omnes ſunt rubro colore veſtiti; petaſumque nigrum capite geſtant, hodiernis petaſis forma ſimilem : qui petaſi oram habent albam ſeu argenteam. Propter cratem quatuor viri ſtantes viſuntur; hi, ut videtur, inferioris Ordinis Miniſtri ſunt, quorum unus oſtium cuſtodit.

In eadem tabula viſitur Joannes Coſſa Comes Troiæ in Regno Neapolitano, & Toparcha Grimaltii, qui in præcedenti catalogo memoratur, ac creſcentis Lunæ Senator fuit illo, qui in Codice memoratur, anno; ſed cujus poſtremi numeri exciderunt; eſtque neceſſario annus ille, qui excidit 1451. Hic quippe ſex annorum Senatores notantur: clare autem exprimuntur Senatores annorum 1448. 1449. 1450. 1452. 1453. Ergo annus ille qui excidit eſt 1451. Senatoris ſive Magiſtri Ordinis officium annuum erat, ut modo vidimus. Renatus Rex Ordinis Fundator, nonniſi vice ſua Senator annuus erat, ut & alii.

Joannes Coſſa hic Ordinis veſte induitur, qui in depicta tabula ruber eſt. Sub axilla dextera creſcentem Lunam geſtat cum hac inſcriptione, LOS EN CROISSANT; id eſt, *Laus creſcendo :* alii omnes Equites in cœtu ſedentes hoc inſigne habent. In parte infima protomes ignotis characteribus inſcriptio habetur. Ipſe vero Coſſa illam adſcribi curavit, ut vi-

vrir ou deviner ce qu'il vouloit dire. Je ne me plais guere en cette ſorte d'exercice, & je renvoie cette découverte aux plus curieux Lecteurs. Jean Coſſa eut depuis grand crédit auprès du Roi René. Lorſque ce Prince vint voir Louis XI. à Lion pour des affaires, ce fut Jean Coſſa qui porta la parole. Il étoit alors Seneſchal de Provence l'an 1476. c'étoit un homme de bien & de bonne Maiſon, dit Philippe de Commines, l. 5. c. 2.

Pl. XLIX. 1. Le premier [1] de la Planche ſuivante eſt Charles III. Roi de Navarre dit le Noble, Prince auſſi eſtimable & aimable par ſes belles qualitez, que ſon pere Charles II. dit le Mauvais avoit été odieux par ſes meurtres, ſes empoiſonnemens, & par tous les autres crimes que la paſſion lui ſuggeroit. Charles le Noble mourut l'an 1425. âgé de ſoixante quatre ans. Il eſt ainſi repreſenté dans l'Egliſe de N. Dame d'Evreux à la vitre de la troiſiéme arcade à droite, & au bas on lit cette inſcription KAROLUS TERTIUS REX NAVARRÆ. Son habit eſt chargé de ſon blaſon ſouvent repeté, écartelé au premier & quatriéme de gueules aux chaînes d'or poſées en orle, en croix & en ſautoir, qui eſt Navarre; & au ſecond & troiſiéme d'azur aux fleurs de-lis d'or ſans nombre, au bâton componé d'argent & de gueules, qui eſt Evreux.

2. Le portrait ſuivant [2] eſt original & tiré d'un Tableau fait dans le tems même. Il appartient à la famille de Meſſieurs de Baenſt, dit M. de Gagnieres. Il repreſente Philippe le Bon Duc de Bourgogne, de Brabant, de Lothier, de Luxembourg, de Limbourg, Comte de Flandres, d'Artois, de Bourgogne, Palatin de Haynaut, Comte d'Hollande, de Zelande, Namur, Charolois, Marquis du S. Empire, Seigneur de Friſe, de Salins & de Malines. Tous ces titres ſont donnez au Duc Philippe, au bas de l'image ſuivante, dans le Manuſcrit de M. de Gagnieres d'où elle eſt tirée. Philippe naquit en 1396. & mourut le 15. Juin 1467. Il a le collier & l'habit de l'Ordre de la Toiſon d'Or; il n'eſt ici
3. qu'en buſte; mais on le voit [3] debout dans l'image ſuivante où il eſt avec l'habit du même Ordre, qui eſt rouge doublé de blanc. Il inſtitua cet Ordre le 10. Janvier 1429. le même jour qu'il épouſa Iſabel de Portugal ſa troiſiéme femme, que nous [4] donnons ici comme elle eſt gravée ſur une lame de cuivre po-
4. ſée contre le mur à gauche dans le Chapitre de la Chartreuſe de Montregnault

---

dentium ingenia exerceret; ſed cum non libenter exercitio tali dem operam, ad Lectorem harumce rerum ſtudioſum illam mitto legendam. Joannes Coſſa deinde apud Renatum Regem plurimum auctoritate valuit. Cum Renatus Lugdunum Ludovici XI. viſendi & negotia quædam tractandi gratia venit, Joannes Coſſa verba fecit, & apud Regem Ludovicum hac de re diſſeruit. Tunc autem Gallo-Provinciæ Seneſcallus erat anno nempe 1476. Vir probus & genere clarus erat, inquit Philippus Cominæus, Libro 5. cap. 2.

In ſequenti Tabula primus eſt Carolus III. Rex Navarræ, cognomento Nobilis, Princeps qui omnimoda virtute tantum ſibi amoris exiſtimationiſque apud omnes conciliaverat, quantum ſibi odii pepererat pater ipſius Carolus II. cognomento Malus, qui homicidiis, ferro aut veneno factis, aliiſque ſceleribus famam honoremque ſuum peſſumdedit. Carolus Nobilis obiit anno 1425. ſexaginta quatuor annos natus. Sic vero depictus conſpicitur in vitrea feneſtra, quæ eſt in arcu tertio ad dexteram introeuntibus in Eccleſiam Beatæ Mariæ Ebroicenſis. Sub imagine autem hæc inſcriptio legitur: KAROLUS TERTIUS REX NAVARRÆ. Veſtis ejus inſignia præ ſe fert ſæpe repetita. In primo & quarto ſcutulo campus ruber catenas aureas continet ad oram, atque in modum crucis & decuſſis concinnatas, quæ ſunt Navarræ inſignia; in ſecundo autem & tertio ſcutulo, in cæruleo campo lilia aurea ſparſa, cum baculo, argenteo & cæruleo colore alternatim depicto, quod eſt Ebroicenſe ſtemma.

Schema ſequens ad vivam imaginem depictum fuit in Tabula, quæ nunc ad nobiles viros Baenſtios pertinet, inquit D. Gagnerius, repræſentatque Philippum Bonum Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Lotharingiæ inferioris, Luxemburgi, Limburgi, Comitem Flandriæ, Arteſiæ, Burgundiæ, Palatinum Hannoniæ, Comitem Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, Caroleſii, Marchionem Sancti Imperii, Dominum Friſiæ, Salinarum & Machliniæ. Hiſce omnibus titulis inſignitur hic Princeps in Codice Gagnerii ad imaginem ſequentem ubi Dux ſtans depingitur. Philippus Bonus natus anno 1396. decima-quinta Junii anni 1467. obiit. Hic torquem & veſtem geſtat Velleris Aurei, ejuſque tantum protome comparet: ſed totus & ſtans repræſentatur in imagine ſequenti, ubi cum veſte ejuſdem Ordinis viſitur, quæ rubra eſt cum aſſuto albo panno. Ordinem porro Velleris Aurei inſtituit 10. Januarii anno 1429. quo die Iſabellam Luſitanicam tertiam uxorem duxit: quam hic proferimus, qualis illa viſitur in lamina ærea muro appoſita ad lævam in Capitulo Carthuſiæ Montis-Reginaldi prope



ORDRE DU CROISSANT
FONDÉ PAR RENÉ ROI DE SICILE.

XLVIII. Pl. du Tom III.
pa. 260.

CHARLES ROI DE NAVARRE. PHILIPPE LE BON DUC DE BOURGOGNE ET SA FEMME.

1

2

3



4



près de Noyon, où elle fit une fondation le 3. Juillet 1448.

& qui pensa ruiner ses affaires. Il s'en repentit bien depuis, après qu'il en eût éprouvé les fâcheuses consequences ; ce qui fit qu'il changea de conduite, & qu'étant au lit de la mort, il recommanda à son fils de ne point tomber dans la même faute. Louis se plaisoit sur-tout à élever à des charges considérables & à emploier à des affaires importantes des gens de bas lieu, disant que ceux-là étoient plus souples que les autres.

Le Duc de Bourgogne & le Comte son fils prirent congé du Roi, qui partit aussi pour Amboise où étoit sa mere, & lui assigna un douaire sur le Comté de Saintonge & la ville de la Rochelle ; mais elle n'en jouit pas long-tems, & passa bien-tôt en l'autre vie. De-là il se rendit à Tours, & au Plessis-les-Tours, dont le séjour lui plaisoit beaucoup. Le Comte de Charolois vint-là le voir. Malgré l'antipathie qu'il avoit pour ce Prince, qui de son côté ne l'aimoit guere, déja exercé dans l'art de dissimuler, il lui montra une grande affection & le fit son Lieutenant General en Normandie, avec trente-six mille livres d'appointement, qui ne furent guere bien payées ; ce qui fut une cause de mécontentement. Charles se lia ensuite avec le Duc de Bretagne, contre lequel le Roi tramoit déja quelque chose.

A l'instante requête du Pape Pie II. qui demandoit l'abolition de la Pragmatique-Sanction, quoiqu'avant que d'être Pape il eut travaillé lui-même à la faire étant au Concile de Basle. Louis y consentit enfin. La Ballue qui pouvoit beaucoup sur l'esprit du Roi, le portoit d'abord à la soûtenir & à ne point ceder aux instances de Rome. Mais le Pape pour le gagner lui ayant fait promettre le chapeau de Cardinal, *il accommoda sa tête à ce chapeau*, dit Matthieu, & tourna le Roi de ce côté. Louis abolit donc la Pragmatique-Sanction par une Declaration qu'il donna au mois de Novembre 1461. Mais le Parlement & l'Université lui firent de si fortes remontrances pour maintenir cette Pragmatique, qu'il laissa là cette affaire, & cette déclaration n'eut aucun effet.

Louis s'étoit déja fait des ennemis ; il en augmenta considérablement le nombre quand il destitua de leurs charges ceux qui avoient le mieux servi son pere dans les guerres contre les Anglois. Le Comte de Dunois, les Sires de Loheac,

---

se sibi perniciem machinatum esse postea deprehenderit;quapropter post aliquod elapsum temporis spatium suopte periculo cautior factus, damna inde parta sarcire conatus est, & ex destitutis plurimos pristinum in gradum restituit, moriturusque filium monuit, ut a tali errato abstineret. Ea certe indole & inclinatione voluntatis erat Ludovicus, ut viles plebeiosque homines ad præcipua aulæ Regiæ munia libenter eveheret ; tales enim, inquiebat, magis dicto audientes erunt.

Matthieu. Dux Burgundiæ filiusque ejus Comes Carolesii Regi vale dixerunt, ipseque Rex profectus Ambasiam se contulit, ubi tum versabatur mater ejus Regina Maria Andegavensis, cui dotem ille & reditum assignavit in Santonensem Comitatum & in Rupellam urbem, cujus illa reditus non diuturnum usum-fructum tulit : brevi namque postea diem clausit extremum. Inde vero Ludovicus in Turonum urbem se contulit, posteaque in Plesseium prope Turonas, quo ipse in loco libentissime versabatur. Istuc etiam venit Comes Carolesius Regem invisurus. Etsi illa erat indole Ludovicus ut Carolesium & Carolesii similes multum aversaretur, etsi Carolesius quoque par pari referebat, attamen Rex in dissimulandi arte jam exercitatus, illum cum grandi affectus animi significatione excepit, atque illum Normanniæ Provinciæ Præfectum generalem constituit, assignavitque ipsi annuum triginta sex mille librarum stipendium ; quæ tamen summa non accurate numerata fuit, indeque infenso erga Ludovicum animo Carolesius esse cœpit, posteaque ille cum Britanniæ Duce societatem iniit, in quem jam tetra machinabatur Ludovicus.

Optante & majorem in modum expetente Pio II. Summo Pontifice, ut Pragmatica-Sanctio aboleretur, etsi ipse, cum nondum Papa esset, in Concilio Basiliensi ad illam constituendam dederat operam, Baluensis, qui apud Regem gratia multum valebat, statim illi suadebat ut contra Romana molimina propugnaret. At ut illum ad partes suas traheret Pontifex, Cardinalis ipsi petasum offerri curavit. *Ut tali petaso caput suum obtegeret*, inquit Matthæus, Regis animum illo induxit. Pragmaticam ergo Sanctionem Ludovicus de medio sustulit : illaque de re edictum promulgavit anno 1461. mense Septembri : verum Senatus Curia & Universitas Parisiensis, monitis ita frequentibus & assiduis apud Regem instirere, ut totum ille negotium missum faceret, & res in pristino statu maneret. *Matthieu.*

Inimicos jam sibi pepererat Ludovicus: ipsorum vero numerum adauxit, cum ex gradibus officiisque pristinis illos dejecit, qui regnante patre suo, cum majore fortitudine Anglos expugnaverant, Comitem *Le même.*

de Beuil, de Chaumont & pluſieurs autres qui s'étoient ſignalez dans le Regne precedent par les grands ſervices qu'ils avoient rendus à l'Etat. Il ſembloit qu'il ſe plaiſoit à défaire ce que ſon pere avoit établi. Il ôta les ſceaux à Juvenal des Urſins, & les donna à Pierre de Morvilliers. Il donna la liberté au Duc d'Alençon, qui par une grace ſpeciale avoit été enfermé dans le château de Loches après avoir été condamné à mort pour avoir trahi l'Etat. Il donna à ſon frere en appanage le Berri, à la charge de reverſion s'il mouroit ſans enfans. Les mécontens ne manquerent pas de lui inſpirer qu'il étoit mal partagé; en ſorte qu'il ſe retira depuis en Bretagne. Le Comte de Dammartin fut ſaiſi; on lui fit ſon procès; il fut mis à la baſtille, d'où il eut l'adreſſe de ſe ſauver.

Louis caſſe les vieux Officiers pour en mettre d'autres.

Tous ces mouvemens & changemens faits dès qu'il fut monté ſur le Trône allarmerent bien des gens: chacun ſe mettoit en garde & craignoit pour ſa perſonne. Il s'attira ainſi bien des ennemis. Tannegui du Chaſtel, fils de celui qui tua Jean Duc de Bourgogne, dépité de ce qu'on ne le rembourſoit point de l'avance qu'il avoit faite des frais de la ſepulture de Charles VII. ſe retira chez François Duc de Bretagne.

1461. & 1462.

Il met de grands impots.

Dès le commencement de ſon Regne Louis mit ſur le peuple de grands impôts, qu'il faiſoit lever à la derniere rigueur. Il y eut ſur cela une ſédition à Rheims, où quelques-uns de ſes Officiers furent tuez. Il envoia dans cette ville des gens de guerre vêtus en Marchands & Laboureurs. Les ſéditieux furent traitez ſans miſericorde; cent des plus mutins de la ville furent pendus. Il penſoit à remplir ſes coffres pour éxecuter ſes deſſeins, & ſur-tout pour racheter les villes de la Somme. Cela faiſoit murmurer le peuple, & les Princes & Grands Seigneurs mécontens, tiroient de-là un nouveau prétexte pour tramer contre lui une conſpiration qui éclata bien-tôt après. Averti des menées du Duc de Bretagne, qui de concert avec le Comte de Charolois cabaloit contre lui, il ſe rendit à ſon Duché, ſous prétexte d'aller faire ſes dévotions à Saint Sauveur de Rhedon; mais dans le deſſein de découvrir ſes allures & ſes forces.

En la même année, ſelon Monſtrelet, il eut quelque démêlé avec le Duc de Bourgogne, ſur ce qu'il vouloit faire publier dans les payis du Duc qui relevoient de la Couronne de France, une défenſe de donner ſecours en quelque

---

nempe Dunenſem, Loheacium, Buculium, Calvomontium & alios, qui in propulſandis Regni Francorum hoſtibus maxime claruerant. Videbatur autem id Ludovico maxime cordi eſſe, ut illa ſubverteret quæ pater ſuus conſtituerat, ſigilla regia a Joanne Juvenali de Urſinis repetiit, & Petro Morvillerio dedit: Alenconium Ducem, qui proditionis cauſa capite damnatus, ex Regis Caroli gratia clementiaque in caſtello Luccenſi carceri perpetuo mancipatus fuerat, libertate donavit. Fratri ſuo Carolo Bituricenſem Ducatum in patrimonii partem dedit, ea lege, ut ſi ille ſine liberis obiret, aſſignata portio ad coronam regiam reverteretur. Tum illi qui in Ludovicum jam exaſperati erant, Bituricenſi Duci ſuggeſſère, minorem ſibi quam oporteret, aſſignatam partem fuiſſe: qua re permotus ille poſtea in Britanniam ſe recepit. Comes Domni-Martini captus, & in caſtellum ſancti Antonii conjectus fuit, jamque coram Judicibus cauſam dicere cogebatur: verum ille arte quadam dilapſus ex carcere incolumis evaſit.

Mutationes hujuſmodi, motuſque tam frequentes, ineunte Ludovici regno concitati, multos exterruere. Nemo non ſibi cavebat; ſinguli paria metuebant, ſicque inimicorum agmen adauxit Ludovicus. Tanaquillus de Caſtello, illius Tanaquilli, qui Joannem Burgundiæ Ducem occidit, filius, ægerrime ferens quod pecunia, quam ad exſequias Caroli VII. celebrandas inſumſerat, ſibi non reſtitueretur, ad Franciſcum Britanniæ Ducem ſe recepit.

Initio regni ſui Ludovicus vectigalia ingentia populis impoſuit, quæ acerbe & inclementius exigebantur. Hinc popularis ſeditio Remis coorta eſt, exque Miniſtris regiis quidam peremti fuerunt. Ludovicus vero armatorum manum illo miſit, qui ſub Mercatorum & ruſticorum veſte in urbem intravere. Cum ſeditioſis ſine ulla commiſeratione actum fuit; ex pervicacioribus centum ſuſpendio periere unt. Pecunias undique corradebat Ludovicus ut propoſita ſua exſequeretur, maximeque ut urbes ad Somonam ſitas redimeret. Hinc rumores ac querelæ ingentes. Hinc occaſionem captantes Principes proceresque Ludovico jam infenſi, conſpirationem conflavere, quæ haud diu poſtea in bellum apertum erupit. Cum didiciſſet autem ille Britanniæ Ducem cum Caroleſio Comite quædam adverſum ſe machinari, obtendens ſe ad Sanctum Salvatorem Rhedonenſem pio affectu motum peregrinationem ſuſcipere, in Britanniam ſe contulit ut Ducis conſilia, motus, atque vires obſervaret. Le même

Eodem anno, narrante Monſtreleto, altercationis aliquid habuit cum Burgundiæ Duce, quod ipſe Ludovicus in iis regionibus ad Ducem Burgundiæ pertinentibus, quæ ſub Francorum Regum imperio eſſent, edictum publicare vellet, quo prohiberentur omnes Monſt. chr.

maniere que ce pût être à Edouard alors Roi d'Angleterre, & ſur ce qu'il prétendoit lever la gabelle du ſel dans le Duché de Bourgogne. Le Sire de Chimai envoié par le Duc pour traiter avec le Roi de cette affaire, eut difficilement audience, & lui parla fort hardiment. Il ne paroit pas que cette affaire ait eu de ſuite.

Louis ſe rendit enſuite à Bourdeaux, où il fit le mariage de ſa ſœur Magdelaine avec Gaſton Comte de Foix, dont il ſe concilia l'affection. Jean Roi d'Aragon étoit pour lors en guerre contre Henri Roi de Caſtille, & ſe trouvant en neceſſité d'argent & d'hommes, il engagea au Roi Louis les Comtez de Rouſſillon & de Cerdagne pour trois cens mille écus, & reçut de lui un ſecours de deux mille cinq cens chevaux conduits par le Comte de Foix, qui s'entremit pour faire la paix entre les deux Princes, & les engagea à remettre la déciſion de leurs differends au Roi de France. Il étoit alors à Baionne, & demanda une entrevûe avec les deux Rois, la croyant néceſſaire pour procurer la paix. Le lieu aſſigné fut Andaye. Il tâcha de les accommoder, & fit un Traité qui fut lû & ne plut à aucune des deux parties. Les choſes reſterent au même état qu'auparavant. va à Andaye,

De retour de ce long voiage, le Roi penſa à retirer des mains du Duc de Bourgogne les quatre villes de la Somme, Abbeville, Amiens, Corbie & Saint Quentin avec le Ponthieu. Il falloit compter pour cela au Duc la ſomme de quatre cent mille vieux écus d'or de ſoixante quatre au marc. Louis les trouva & les tira de pluſieurs bourſes. Le Duc n'étoit gueres porté à faire cette reſtitution; mais les Seigneurs de Croui pere & fils, gagnez par le Roi, menagerent ſi bien l'eſprit du Duc, que l'affaire fut conclue, au grand déplaiſir du Comte de Charolois, qui ne vouloit point ouïr parler de cette reſtitution. Ce ſurcroît de mécontentement le porta à fortifier le parti qui groſſiſſoit tous les jours contre le Roi Louis. Ce Prince après avoir recouvré ſes villes, alla viſiter quelques places d'Artois & de Flandres. Il ſe rendit à Arras, & ne fut gueres content de la reception qu'on lui fit en cette ville. Delà il ſe rendit à Tournai, où trois mille hommes vinrent au-devant de lui, tous marquez d'une fleur de

rachette les villes de la Somme.

1463.

---

cujuſvis conditionis auxilium ullum præſtare Eduardo Angliæ Regi, quodque vellet ſalinum vectigal in Burgundiæ Ducatu exigere. Chimæus vero Toparcha ad illam rem tractandam a Duce Burgundiæ miſſus, vix ad congreſſum admitti potuit, & tandem audacter Regem alloquutus eſt. Quorſum autem abierit iſtud negotii ignoratur.

bieu. Ludovicus poſtea Burdegalam conceſſit, ubi Magdalenam ſororem ſuam connubio junxit cum Gaſtone Comite Fuxenſi, cujus ſibi affectum amicitiamque conciliavit. Joannes Rex Aragoniæ tunc bellum gerebat contra Henricum Caſtellæ Regem. Cumque & pecunia & armatorum viribus opus haberet, pignori dedit Ludovico Regi Comitatus Ruſcinonis & Ceritaniæ, accepitque ab eo trecenta ſcutorum millia, auxiliumque bis mille quingentorum equitum, duce Comite Fuxenſi. Hic vero pacem inter ambos Reges facere niſus eſt, ſuaſitque illis ut diſſidii conciliatorem admitterent Ludovicum Regem. Ille vero tunc Baionæ erat, & cum ambobus Regibus colloquia miſcere peroptavit, hujuſmodi congreſſum neceſſarium eſſe putantes ad pacem conciliandam. Andaya porro locus ad conventum aſſignatus fuit, ibi rem componere Ludovicus ſtuduit, conditioneſque pacis deſcripſit, quæ lectæ ſunt, ac neutri diſſidentium placuerunt, reſque in eodem quo prius ſtatu manſere.

Redux ex tam longo itinere Ludovicus, urbes ad Somonam ſitas, quas Dux Burgundiæ tenebat recuperare decrevit: erant illæ Abbatis-villa, Ambianum, Corbeia & S. Quintini oppidum. Ad hæc recipienda numeranda erant quater centena millia ſcutorum aureorum, talium nempe ut ſexaginta quatuor beſſis unius pondo eſſent. Hanc pecuniæ ſummam Ludovicus corraſit, & a plurimis mutuo accepit. Dux Burgundiæ ad illas reſtituendas urbes non ita propenſus erat; ſed Croviacenſes Toparchæ pater atque filius, quos ad ſuas partes allexerat Rex Ludovicus, ita dextere rem apud Ducem egerunt, ut ille tandem manus daret, quæ res Comiti Caroleſio ſupra modum diſplicuit. Ille namque reſtitutionem hujuſmodi ne auditu quidem ferre poterat. Hinc infenſior Ludovico conjurationem contra illum initam magis fovere ſtuduit, accedentibus quotidie aliis, qui Ludovici odio permoti, ad conſpirantium partes accedebant. Rex vero poſtquam urbes ſuas illas receperat, urbes alias & oppida quædam Flandriæ & Arteſiæ inviſit: Atrebatumque conceſſit, neque ita libenter a civibus exceptus eſt, & pertæſus diſceſſit. Inde Tornacum venit, ubi ter mille homines florem lilii in veſte intextam ferentes, in occurſum ipſius venerunt. Iſthæc *Le même*

lis en broderie. Cette ville qui avoit toujours été Françoise d'inclination, lui fit tout le bon accueil imaginable.

Vers le commencement du Carême il se rendit à l'Isle. Le Duc Philippe l'y vint joindre pour conferer avec lui sur le dessein qu'il avoit d'entrer dans la croisade publiée par le Pape Calixte III. & continuée par Pie II. pour aller faire la guerre aux Turcs. Louis fit tout ce qu'il put pour l'en dissuader, il lui representa son grand âge, peu propre à soûtenir les fatigues d'une guerre en un payis si éloigné : & voiant qu'il ne gagnoit rien sur lui, il obtint enfin qu'il differeroit encore cette entreprise jusqu'à l'année suivante, lui promettant qu'alors il lui donneroit dix mille hommes armez & payez pour quatre mois. Ce dessein alla ainsi en fumée.

Revenu de Flandres Louis trouva à Saint Clou le Duc de Savoie son beaupere, qui se plaignoit amerement de son plus jeune fils Philippe : ce Prince plus alerte que son aîné avoit gagné le cœur des Seigneurs de Savoie, & sembloit vouloir exclure son aîné de la sucession. Le Roi commanda alors à ce jeune Prince de venir le trouver. Il vint en diligence, & fut envoié prisonnier à Loches.

Affaire de Bretagne.

Il avoit à cœur de réduire le Duc de Bretagne qu'il regardoit comme son ennemi. Il lui envoia Morvillier son Chancelier lui dire, que s'il continuoit à s'appeller Duc de Bretagne *par la grace de Dieu*, à faire battre monnoie d'or, & que s'il l'empêchoit de lever des tailles & de conferer des benefices dans ses Etats, il lui déclaroit la guerre. Le Duc fut d'autant plus étonné d'une telle ambassade, qu'il voioit une armée du Roi sur ses frontieres. Il répondit que l'affaire étoit de si grande importance, qu'il falloit assembler les Etats de Bretagne pour la résoudre, & demanda trois mois pour cela. Cependant il fit ses préparatifs pour se défendre, donna avis au Comte de Charollois son ami de l'état où il se trouvoit, envoia Romillé son Vicechancelier pour traiter avec lui. Ce Romillé fit plusieurs voiages en Flandres pour conferer avec le Comte. Le Roi averti de tout ceci, fit partir le bâtard de Rubempré pour aller prendre ou tuer Romillé. Le Bâtard partit, s'embarqua déguisé en Marchand, & alla aborder en Hollande où le Comte étoit. Il fut découvert : le Comte le fit saisir, & publia par

---

enim urbs semper Francis addicta fuerat, Regemque magnificentissime excepit.

Matthieu. Ineunte Quadragesima Rex Insulas se contulit. Dux vero Philippus illum convenit, ut cum ipso de consilio propositoque suo ageret, quo se ad Crucem accipiendam apparabat, ut ad bellum Turcis inferendum proficisceretur, Callixtus enim Tertius crucem & expeditionem illam suscipiendam publicaverat, successorque ejus Pius Secundus idipsum confirmabat. Ludovicus omnia commemoravit illi, quæ ipsum poterant a proposito dimovere, ætatem maxime provectam, quæ violenta belli exercitia ferre non posset in regione tam procul dissita; cumque cerneret se nihil proficere, id tandem ab illo impetravit ut expeditionem illam in annum sequentem mitteret, pollicitus se tunc decem millia armatorum hominum ipsi daturum esse, numerato ad quatuor menses stipendio, sicque propositum totum in nihilum abiit.

Le même. Ex Flandria redux Ludovicus, in Sancti Chlodovei castro Sabaudiæ Ducem socerum suum invenit, qui de filio suo minore Philippo admodum conquerebatur. Hic audacior, & ad alliciendum majore fratre suo aptior, Sabaudiæ procerum animos ad se pertraxerat, ita ut fratrem suum a successione excludere velle videretur. Rex jussit juniorem Principem se convenire, quem comprehensum in castellum Lunense in custodia ponendum misit.

In animo tunc versabat Ludovicus quo pacto Ducem Britanniæ, quem sibi infensum putabat, in ordinem redigeret, Morvillerium porro Cancellarium suum misit, nunciatum ipsi, si pergeret *se Dei gratia Ducem Britanniæ dicere*, monetam auream cudere, Regemque impedire ne in Britannia vectigalia exigeret, ac beneficia conferret, se illi bellum denunciare. Dux nuncium videns hæc afferentem stupefactus admodum est, quod præterea videret exercitum regium in confinibus suis versantem. Respondit autem tantum esse negotium ut opus esset Britanniæ ordines ea de causa congregare, ac trimestre spatium ad eam rem deliberandam petiit : interea ad bellum sese apparavit, & quo in statu res essent Carolesio Comiti amico suo nunciavit : misit vero Romillæum Vicecancellarium suum, qui cum Comite de re præsenti ageret. Romillæus sæpe in Flandriam se contulit, ut cum Comite colloquia misceret. Hoc comperto Rex Nothum de Ramberti-Prato misit, qui Romillæum, ubicumque tandem esset, aut caperet aut occideret. Nothus profectus est atque in navem conscendit, mercatoris assumta veste, inque Hollandiam appulit ubi Comes Carolesius erat. Deprehensus Nothus *Philipp[e] de Comine[s]. Matthieu.*

tout que Rubempré étoit venu pour le prendre ou le tuer lui-même. Olivier de la Marche premier Maître d'Hotel du Duc de Bourgogne, eut ſoin de répandre cela de tous côtez.

A cette nouvelle le Roi fort choqué tant de l'empriſonnement de Rubempré, que des mauvais bruits qu'on faiſoit courir de lui, envoia au Duc de Bourgogne en ambaſſade le Comte d'Eu, le Chancelier de Morvillier & l'Archevêque de Narbonne. Morvillier qui portoit la parole, le fit avec tant de hauteur & de violence, qu'il ſembloit être plûtôt venu pour aigrir les choſes, que pour pacifier le differend. Le Duc lui répondit modeſtement à ſon ordinaire; mais le Comte bien moins patient dit à l'Archevêque de Narbonne, que le Roi lui avoit bien fait laver la tête par ſon Chancelier, mais qu'avant que l'an fût paſſé il s'en repentiroit. 1464.

Peu de tems après vint à l'Iſle le Duc de Bourbon, qui étoit, pour ainſi dire, l'ame de ce parti: la cauſe de ſa venue étoit pour porter le Duc Philippe ſon oncle à agréer que le Comte de Charolois levât une armée, qui devoit s'unir à tous les Princes de France, pour remontrer au Roi, que le déſordre étoit ſi grand dans ſon Roiaume, qu'il devoit néceſſairement y remedier, & pour l'y contraindre, s'il ne vouloit pas changer de conduite; il ſe revêtoit ainſi du prétexte du bien public, & ne lui marquoit pas le veritable deſſein des conjurez, qui diſoient tous de même que c'étoit pour le bien public qu'ils prenoient les armes; c'eſt de-là que vint le nom de la guerre *du bien public*. Le Duc qui ne croiant pas qu'on en dût venir aux voies de fait, permit au Comte ſon fils de lever des troupes. Le Comte de Saint Paul vint ſe joindre à lui, & il leva un corps de troupes conſidérable. Guerre du bien public.

Le Roi étoit alors à Tours, & quoiqu'il eut des eſpions par tout, il ne ſavoit pas que l'orage devoit d'abord venir du côté de Flandres. Il aſſembla ſon Conſeil, & propoſa la guerre qui alloit être déclarée. Le Duc d'Orleans y parla en faveur des Princes du Sang d'une maniere qui déplut fort au Roi; offenſé de ce diſcours, il le rebuta avec tant d'aigreur, que le bon Prince avancé en âge, en mourut de déplaiſir deux jours après. L'intention des Princes liguez étoit de mettre à leur tête Charles de France Duc de Berri, qui à la fa- 1465.

---

captuſque fuit, jubente Caroleſio Comite, qui publicari & ubique ſpargi juſſit miſſum Nothum fuiſſe ut ſe Comitem vel caperet vel occideret. Olivarius autem de Marchia primus Magiſter-domûs Ducis Burgundiæ, hunc rumorem circumquaque divulgari curavit.

[Les m]êmes. Re comperta Ludovicus exaſperatus tum quod Nothus de Ramberti-Prato in carcerem truſus, tum quod rumor ille de ſe ſparſus fuiſſet, ad Burgundiæ Ducem nuncios mitit Comitem Augenſem, Cancellarium Morvillerium & Archiepiſcopum Narbonenſem. Morvillerius qui verba facere juſſus erat, cum tanta violentia & audacia loquutus eſt, ut ad rem exulcerandam potiuſquam componendam veniſſe videretur. Dux modeſte pro more ſuo reſpondit: Comes vero Caroleſius impatiens Archiepiſcopo Narbonenſi dixit, Regem ſe per Cancellarium ſuum objurgari curaviſſe; ſed futurum eſſe ut ante elapſum annum facti ipſum pœniteret.

Modico ſub hæc elapſo tempore Inſulas venit Dux Borbonius, qui conſpirantium contra Ludovicum ceu caput erat, Philippo Duci avunculo ſuo ſuaſurus ut Caroleſii Comiti filio ſuo permitteret exercitum cogere, qui cum cæteris omnibus Franciæ Principibus jungeretur, ut una omnes Regem monerent, in regno omnia perturbata eſſe, & tantum ubique inſtare malum, ut neceſſarium prorſus eſſet manum ipſi medicam admovere; utque ipſum ad id ſuſcipiendum cogerent, niſi ſponte ipſe ad tam ſalubre conſilium ſe conferret. Sic ille boni publici ſpeciem prætendebat, neque verum aperiebat conjuratorum conſilium, qui omnes ſe boni publici deſiderio motos ad arma currere dicebant. Inde vero *boni publici* nomen bellum iſtud ſortitum eſt. Dux vero Burgundiæ, cum non putaret pugnandi cauſa copias ita cogi, Comiti filio conceſſit ut armatorum manum cogeret. Comes Sancti Pauli Caroleſium convenit, & ſic numeroſiſſimum agmen collectum fuit.

Rex tunc in Turonum urbe erat; quamvis autem exploratores ubique ſparſos haberet, neſciebat tamen belli tempeſtatem ex Flandria magis imminere. Conſilium autem ſuum collegit, bellumque mox ſuſcipiendum propoſuit. Dux porro Aurelianenſis, in gratiam Principum Regii Sanguinis multa dixit, quæ Regi ſumme diſplicuere; quamobrem Ducem ille tam aſpere repulit, ut jam ſenio pene confectus, ex mœrore poſt biduum interierit. Conjuratorum Principum id propoſitum erat ut Carolum Regis fratrem ſibi Ducem ſtatuerent. Ille vero opitulantibus Tana- *Les mêmes.*

veur de Tannegui du Châtel, & de quelques autres, se déroba de Poitiers, & se rendit en Bretagne.

Louis pour détourner l'orage qui le menaçoit, se doutant bien que le Duc de Bourbon étoit de la partie des conjurez, tâcha de le gagner & de le ramener à son parti. Le Duc ne lui dissimula point ses intentions. Il le pria de l'excuser s'il ne venoit point à la Cour, & lui marqua qu'il ne faisoit rien que pour l'utilité publique. Il étoit en effet, comme nous avons dit, le chef de la conjuration, & il commença alors les actes d'hostilité, se saisit des deniers du Roi levez dans le Bourbonnois, & mit en prison ses Officiers, Juvenal des Ursins, Pierre Doriole, & le Seigneur de Crussol.

Louis n'esperant point de ramener les Princes liguez, avertit les principaux Seigneurs de son Roiaume, le Clergé, les Magistrats & les villes de ne se laisser point aller aux faux prétextes des ennemis de l'Etat. Jugeant bien que les Princes liguez ne manqueroient point de mettre dans leur parti Edouard Roi d'Angleterre, il lui écrivit pour le sonder & le détourner de s'engager avec eux; mais les engagemens étoient déja pris : Edouard envoia au Duc de Bourgogne les lettres du Roi Louis, & lui promit qu'il l'assisteroit dans l'occasion.

Antoine de Chabannes Comte de Dammartin avoit été mis, comme nous avons dit, à la bastille par ordre du Roi qui vouloit lui faire faire son procès; mais il trouva moien de s'échapper, & s'enfuit vers le Berri & le Bourbonnois. Il trouva moien de s'emparer des places de Saint Fargeau & de Saint Maurice, qu'il avoit obtenues dans le Regne précedent sur la dépouille de Jâques Cœur, comme on a vû dans l'histoire du Regne précedent, & se saisit aussi de Geoffroi Cœur fils de Jâques, à dessein sans doute d'en tirer une grosse rançon. Ce Seigneur brave de sa personne, passoit pour un grand pillard, & fort avide du bien d'autrui. Il fit depuis sa paix avec le Roi Louis qui l'emploia dans des expeditions de consequence. Les gens du Roi allerent assieger Saint Maurice, qui se rendit par composition.

Le Roi fit aussi une autre tentative, & se rendit à Angers pour détacher Charles son frere du parti des confederez, qui vouloient le mettre à leur tête. C'étoit un si bon Prince qu'il se seroit laissé gagner; mais il étoit entre les mains

---

quillo de Castello alisque ex Pictavorum urbe clam discessit, & in Britanniam Armoricam se contulit.

Ludovicus ut ingruentem belli molem ab se dimoveret, cum suspicaretur Borbonium Ducem conjuratorum partibus hærere, nihil non egit, ut illum ad partes suas alliceret. Dux autem quid in animo versaret non dissimulavit : se excusatum haberet rogavit, si ad aulam Regiam non veniret, professusque est se nihil nisi publicæ utilitatis causa agere. Et vere ille, uti diximus, conjurationis caput & princeps erat; tuncque hostilem in modum agere cepit; exactam in Borbonio tractu regiam pecuniam intercepit; Ministros Regios Juvenalem de Ursinis, Petrum Doriolum & Crussolium Toparcham comprehensos in carcerem trusit.

Cum non ultra speraret Rex posse se confœderatos Principes ad partes suas attrahere, Proceres Regni sui, Episcopos, Ecclesiasticos, Magistratus urbium, & urbes ipsas monuit, ut ne inimicorum Regni, bonum publicum obtendentium, hortatui parerent; cumque non dubitaret fœderatos Eduardum quoque Angliæ Regem ad factionem suam pertraxisse, literas ad illum misit, ut animum ejus exploraret, simulque eum a tali fœdere, si posset, abduceret : sed jam confectum negotium erat. Eduardus vero Ludovici literas ad Burgundiæ Ducem misit, pollicens se auxilia missurum, sicubi casus exigeret.

Antonius de Cabannis Comes Domni-Martini in castellum seu Bastiliam Sancti Antonii, trusus fuerat, jubente Rege, ut diximus, cui animus erat ipsum ad causam capitis coram Judicibus dicendam adigere : at ille arte quapiam ex carcere dilapsus, ad Bituricas & Borbonium tractum aufugit, Sancti Fargeoli & Sancti Mauritii castra denuo occupavit, quæ sub Carolo VII. postquam Jacobus Corius damnatus, & in exsilium amandatus, atque bonis spoliatus fuerat, ipse impetraverat, ut eo loco diximus. Etiamque ille Goffridum Corium Jacobi filium captivum abduxit, & quidem, ut certum videtur, ut ab illo redemtionis precium grande extorqueret. Erat quippe Cabannius in bello quidem strenuus, sed rapax & alieni appetens : tamenque ille demum Ludovici gratiam adeptus ad expeditiones bellicas adhibitus fuit. Intereaque Regii Sanctum Mauritium obsederunt, & ad deditionem compulerunt.

Aliud tentavit Rex, atque ea de causa Andegavum venit, ut nempe Carolum fratrem ex fœderatorum partibus abduceret, qui illum sibi ducem constituere volebant. Tam ingenuus bonusque Princeps ille erat, ut facile ipsum pellicere potuisset : verum ille

du Breton, & si bien observé, qu'il n'y eut pas moien de rien conclure avec lui.

Il fut averti à Angers que le Comte de Charolois levoit des troupes, que le Duc de Bretagne armoit ses sujets, & que le Duc de Bourbon lui avoit déclaré la guerre en se saisissant de ses gens, de ses villes & de ses finances. Il commanda au Comte de Nevers & au Maréchal Joachim Rouaut de garder la Picardie, & laissa sur la frontiere de Bretagne René Roi de Sicile. Il n'ignoroit pas que les Princes liguez avoient des intelligences dans Paris, & se repentit de s'en être éloigné. Il fit dire aux Parisiens par son Chancelier, qu'il les prioit de ne pas prêter l'oreille à ses ennemis, qu'il aimoit sa ville capitale plus que toutes les autres, & qu'il y alloit envoier la Reine sa femme pour y faire ses couches. Cependant il marcha lui-même vers le Bourbonnois pour réduire le Duc de Bourbon. Il alla droit à Bourges qui lui refusa les portes, & se rendit dans le Bourbonnois, ne sachant pas, que l'orage tomboit déja d'un autre côté.

Le Comte de Charolois, qui joignoit à ses autres titres celui de Lieutenant General du Duc de Berri, se mit en marche avec quatorze cens hommes d'armes & huit ou neuf mille archers, tira vers Noion, & prit le château de Nesle. Ses gens prirent aussi Roie & Montdidier. Le Maréchal Joachim Rouaut le côtoioit toujours, sans le harceler pourtant, parce qu'il avoit fort peu de monde; & quand le Comte approcha de Paris, le Maréchal se jetta dedans. Les gens du Comte pendant leur route ne prenoient rien qu'en paiant. Le Prince qui ne marchoit, disoit-il, que pour le bien public, se crût obligé de justifier ses intentions par sa conduite. Il faisoit crier par tout liberté, & abolition de tailles. *Il en fit bruler à Lagni les Rôles, déclara que tout seroit franc, & fit distribuer le Sel au prix du Marchand.* Il se rendit à S. Denis où il croioit trouver les autres Princes ses confederez. Il y eut quelques escarmouches jusqu'aux portes de Paris. Après cela il passa la Seine & alla loger au pont de S. Cloud.

Le Roi voiant que presque tous les Princes se tournoient contre lui, & se trouvant sur les terres du Duc de Bourbon se mit à prendre ses places, il alla à

---

penes Ducem Britanniæ erat, & cum tanta cura observabatur, ut nihil cum illo conficere vel pacisci Ludovicus potuerit.

[Les] mêmes. Cum Andegavi Rex esset, comperit Carolesium Comitem copias colligere, Ducem Britanniæ subditos suos ad arma vocare, Ducemque Borbonium hostiliter agere cœpisse, Ministros suos comprehendisse, urbes & pecunias suas capere. Tunc jussit Comitem Nivernensem & Marescallum Joachimum Rualtium Picardiam custodire, Renatum vero Siciliæ Regem in confinio Britanniæ observandi causa reliquit. Non ignorabat porro fœderatos principes ex composito cum non paucis Lutetiæ Parisiorum versantibus agere: pœnituitque illum quod tam procul ab urbe migrasset. Parisinos autem per Cancellarium suum moneri jussit, ut ne aurem præberent Principis sui hostibus; se urbem imperii sui sedem plusquam cæteras omnes adamare; seque quamprimum Reginam prægnantem missurum, ut in isthac urbe pareret. Ipseque in Borbonicum tractum movit, ut Borbonii Ducem in ordinem redigeret. Bituricas vero se contulit; sed Bituricenses portas ipsi occluserunt. Tum ille in Borbonienses agros venit, nondum sciens majorem belli tempestatem in alia Regni sui parte imminere.

[Les] mêmes. Comes enim Carolesius, qui præter cæteros quos usurpabat honoris titulos, sese Prætorem generalem Ducis Bituricensis dictitabat, movit tandem cum mille quadringentis armorum viris, ut tunc vocabant, & octo novemve mille sagittariis, versusque Noviomum iter capessivit, ac Nigellæ castellum cepit: ipsius vero milites Roiam & Montem-desiderii occupavere. Marescallus porro Rualtius alas ejus semper observabat, neque tamen lacessebat, quod paucissimos secum armatos haberet. Ubi vero Comes Lutetiam propius accessit, tum Marescallus in urbem est ingressus. In exercitu autem Comitis, dum iter ageretur, nihil ad usum & victum, nisi soluto precio sumebatur. Carolesius enim, qui nonnisi pro publico bono se arma sumsisse dicebat, hac se ratione dicta sua comprobare putabat. Ubique libertatem ille, ubique de medio tollenda vectigalia esse proclamari curat. Vectigalium libros Latiniaci flammis tradi, & salem mercatorum precio vendi jussit. Ad Sancti Dionysii autem oppidum se contulit, ubi cæteros confœderatos principes se repertutum sperabat. Interea velitationes aliquot ad usque Lutetiæ portas commissæ fuere. Sub hæc porro Comes trajecto Sequana ad sancti Chlodovei pontem substitit.

Inter hæc vero Ludovicus Rex cum cerneret omnes fere Principes adversum se uno animo conspirare & ad arma currere; cumque in Borbonico tractu cum exercitu suo versaretur, castra & oppida expu- *Les mêmes.*

S. Pourcin pour ſe préparer au ſiége de Rion, où le Duc s'étoit retiré. Il eut été d'abord accablé, ſans le ſecours qui vint de la Bourgogne, & un autre plus conſiderable qu'amenerent le Duc de Nemours, le Comte d'Armagnac & le Sire d'Albret. Malgré tout cela le Roi leur donnoit encore bien des affaires, enſorte qu'ils furent enfin obligez de traiter avec lui. La Ducheſſe de Bourbon ſœur du Roi vint parlementer pour ſon mari, le Traité ſe fit. Le Duc de Bourbon fit ſa paix avec le Roi, & le Duc de Nemours lui promit de tenir ſon parti, promeſſes qu'ils ne tinrent ni l'un ni l'autre. La nouvelle de cet accord du Roi avec ces Princes fut apportée à Paris, où l'on fit une Proceſſion generale en actions de graces.

Le Roi aiant eu nouvelle que le Comte de Charolois approchoit de Paris, quitta tout & vint à grandes journées avec ſon armée pour ſe jetter dans ſa ville capitale, craignant que ſi les Princes liguez s'en emparoient, les autres villes ne ſuiviſſent ſon exemple. Il tint conſeil avec les Chefs de ſon armée, & fut d'avis de ſe rendre à Paris en évitant la rencontre des Bourguignons & ſans hazarder une bataille; c'étoit le meilleur parti qu'il avoit à prendre. Brezé Sénéchal de Normandie, qui conduiſoit l'avantgarde, ne ſuivit pas ſes ordres, & fut lui-même tué dans le combat. Le Comte de Charolois mit ſon camp à Longjumeau. Le Comte de S. Paul avec l'avantgarde s'avança juſqu'à Mont-le-heri. Les armées en vinrent aux mains. La droite de l'armée du Comte mit en fuite la gauche de celle du Roi, & la droite de celle-ci renverſa la gauche du Comte. L'avantage & la perte ſe trouva égale des deux côtez.

Bataille de Mont-leheri.

Louis fit ici preuve de ſon habileté, & de ſon courage : ſans lui toute ſon armée étoit miſe en déroute. Le Comte du Maine, qui s'enfuit avec huit cens hommes d'armes, fut en partie cauſe du deſavantage qu'eurent à l'un des côtez les troupes du Roi. Quelques-uns l'accuſerent de trahiſon : Comines le juſtifie; mais ſur cet article ſeulement. Le Comte de Charolois s'étant trop avancé, penſa être pris & fut bleſſé : mais il fut ſecouru par ſes gens. Selon la Cronique de Jean de Troie, pendant la bataille il ſortit de Paris plus de trente mille hommes, qui donnerent ſur les Bourguignons, défirent

---

gnare cepit. Ad ſanctum vero Portianum venit, ibique ad obſidionem Rioni oppidi ſeſe apparabat, quo ſe receperat Dux Borbonius, proximumque erat ut Dux attereretur, niſi auxilia quædam ex Burgundia accepiſſet, majoreſque etiam copiæ ſuperveniſſent, quas adducebant Dux Nemoreſius, Comes Armeniaci atque Leporeti Dynaſtes. Vixque tamen poterant hi omnes una juncti exercitus regii impetum excipere; ita ut demum de pace impetranda agere compulſi fuerint. Uxor Borbonii Ducis, quæ Regis ſoror erat, fratrem adiit pro conjuge pacem rogatura, quam & impetravit. Dux Borbonius cum Rege pacta iniit. Dux quoque Nemoreſius ad Regias ſe tranſiturum partes pollicitus eſt; ſed neuter promiſſis ſtetit. Hac comperta pacis inter Regem & Principes conciliatione, Lutetiæ proceſſio generalis indicta fuit in gratiarum actionem.

Les mêmes. Inter hæc Ludovico nunciatur Caroleſium Comitem jam prope Lutetiam adventaſſe. Tum ille miſſis aliis omnibus, quam celerrime poteſt carpit iter, metuens ne ſi Regia urbs a fœderatis occuparetur, cæteræ quoque urbes ejus exemplo ad conjuratorum partes tranſirent. Conſilium autem habuit cum proceribus & tribunis. Deliberatum autem ſtatutumque fuit, Lutetiam petendam quam primum eſſe, & a Burgundionibus declinandum, neque pugnæ fortunam eſſe tentandam : quæ certe ſalubrior erat ſententia. At Brezæus Normanniæ Seneſcallus, qui primam aciem ducebat, Regis juſſui non obſequutus eſt, ipſeque in pugna cecidit. Comes Caroleſius ad Longum-Gemellum caſtra poſuit : Comes vero Sancti Pauli cum prima acie ad uſque Montem-Leherium pertigit. Demum utrinque pugnatum eſt : dextera ala Caroleſii ſiniſtram alam regiam fudit, dexteraque ala regia ſiniſtram Caroleſianam profligavit, ita ut par utrinque prœlii exitus fuerit.

In hac vero pugna Ludovicus, quidquid a ſagace & fortiſſimo Principe exſpectandum erat præſtitit: narrant Scriptores, niſi Rex agmina ſua confirmaviſſet, fore ut exercitus totus regius in fugam verteretur. Comes Cenomanenſis qui cum octingentis armatis viris fugam capeſſivit, in cauſa fuiſſe putatur quod ex regiis alis altera profligata fuerit. Quidam ignaviæ, alii proditionis illum accuſavere; ſed hoc crimen depellit Cominæus, nec ab altero purgat. Comes Caroleſius cum audacius in hoſtem erupiſſet, fere captus fuit; ſed ope ſuorum, ſaucius tamen evaſit. In chronico Joannis Trecenſis fertur Pariſinos, dum pugna committeretur triginta mille, numero exiviſſe, & in Burgundiones quos offenderunt irrupiſſe, ipſos fudiſſe, *Matthieu Comines.*

ceux qu'ils rencontrerent, en prirent quantité & firent un grand butin, qui monta, dit-il, à plus de deux cens mille écus d'or.

Le Roi ne voulant point risquer une seconde bataille, ne songeoit qu'à gagner Paris, il se retira à Corbeil : & ainsi le Comte demeura maître du champ de bataille : ce qui lui enfla tellement le cœur, que depuis ce tems-là il n'écouta plus le conseil de personne. Il attribuoit à sa conduite cette prétenduë victoire, & la présomption qu'il montra depuis en toute occasion fut enfin, selon Philippe de Comines, la cause de sa perte. Cependant Olivier de la Marche, Officier du Duc de Bourgogne qui se trouva à cette bataille, marque assez clairement que l'avantage fut presque égal de part & d'autre. Le Roi se rendit de Corbeil à Paris, où il fut reçû avec joie : il rassura les Parisiens, en leur faisant esperer que les ennemis seroient bien-tôt chassez du Roiaume.

Il envoia l'Evêque de Paris au Comte de Charolois, pour lui demander à quel dessein il étoit entré avec une armée dans son Roiaume, & lui dire que sous prétexte du bien public il entreprenoit une guerre, qui mettroit tout l'Etat en feu. Le Comte répondit qu'il étoit venu de concert avec les autres Princes, pour le bien public, & pour délivrer la France d'une dure servitude.

Le lendemain le Comte alla loger à Mont-le-heri, il entra dans cette petite ville, & n'attaqua point le château qui étoit en défense. Il se rendit de là à Etampes, où il attendit l'armée confederée. Elle arriva peu de tems après conduite par Charles de France frere du Roi, Duc de Berri, le Duc de Bretagne, les Comtes de Dunois & de Dampmartin, le Maréchal de Loheac, les Sires de Beuil, de Chaumont & d'Amboise. Les six derniers qui servirent si bien l'Etat sous Charles VII. avoient été, comme on a dit ci-devant, destituez de leurs charges par le Roi Louis, qui reconnut bien sa faute depuis, comme il le marqua en plusieurs occasions. Il mit alors une partie de ses troupes autour de Paris, & s'en alla en Normandie pour y assembler un plus grand nombre de gens.

L'armée des Confédérez étant ainsi jointe, on délibera sur le parti qu'il y avoit à prendre. Les sentimens furent partagez. Charles Duc de Berri, bon Prince, qui ne croioit pas qu'on dût pousser les choses si loin, informé du sang répandu à Mont-le-heri, dit qu'il voudroit bien être à recommencer, & qu'il

---

multosque cepisse, & manubias ingentes, quarum precium ad ducenta millia scutorum pervenere, retulisse narrat.

[Les] mêmes. Rex vero qui secundæ pugnæ periculum facere nolebat, quo pacto Lutetiam intraret cogitans, Corbolium se recepit, sicque Carolesius Comes pugnæ campum & locum solus obtinuit : qua re inflatus, tam altos assumsit spiritus, ut nullius postea consilium vel audire sustinuerit. Sibi & sagacitati suæ adscripsit partam, ut putabat ipse, victoriam. Illaque de sua virtute altius infixa opinio, quam ubique postea præ se tulit, ipsum tandem in extremam perniciem deduxit, inquit Philippus Cominæus. Tamenque Olivarius de Marchia, qui in hac pugna pro Burgundionibus stabat, pari ferme belli fortuna utrinque certatum fuisse narrat. Corbolio autem Rex Ludovicus Lutetiam se contulit, ubi cum gaudio summo exceptus fuit. Parisinorum autem animos confirmavit, spemque fecit brevi fore ut hostes omnes extra Regni limites pellerentur.

Ad Carolesium vero misit Episcopum Parisiensem, qui rogaret ipsum qua de causa cum exercitu in Regnum suum intraret, & cur boni publici obtentu tantum belli incendium in Franciam immitteret. Respondit Comes se cum cæteris Principibus vere pro bono publico bellum suscepisse, ut Franciam ab immani servitute cum illis junctus erueret.

Die sequenti Carolesius ad Montem-Leherium venit, in oppidumque intravit. Castellum autem, præsidio probe munitum, non oppugnandum esse duxit. Inde vero Stampas se contulit, ubi fœderatorum exercitum exspectavit, qui paulo postea advenit ducibus Carolo Bituricensi Regis fratre, Duce Britanniæ, Comitibus Dunensi & Domni-Martini, Loheacio Marescallo, Buculio, Calvomontio & Ambasiano. Sex vero postremi, qui regnante Carolo VII. in bello contra Anglos claruerant, a Ludovico filio ipsius muneribus officiisque suis destituti fuerant, qua in re se summopere peccavisse testificatus Ludovicus est. Tunc porro copiarum suarum partem circum Lutetiam collocavit, posteaque in Normanniam se contulit, ut majorem pugnatorum manum colligeret.

Fœderatorum exercitus sic in unum conductus est, deliberatumque fuit quid facto opus esset, Principes in varias abiere sententias. Carolus Dux Bituricensis, mitis bonusque Princeps, qui nunquam putaverat dissidium ad extrema deducendum fore, cum audisset quam cruenta fuerat commissa ad Montem-Leherium pugna, dixit in optatis sibi esse ut res adhuc integra esset; sibique ingratum omnino esse, quod *Les mêmes.*

étoit bien fâché d'être reputé le Chef & la cauſe de tant de malheurs ; il témoigna beaucoup de diſpoſition à ſe reconcilier avec le Roi ſon frere. L'hiſtorien dit, que le Comte de Charolois voiant le Duc de Berri dans ces diſpoſitions, penſa d'abord à ſe lier d'amitié avec Edouard Roi d'Angleterre ci-devant ſon ennemi, qu'il accepta l'ordre de la Jartiere qu'Edouard lui offroit, & demanda depuis ſa ſœur en mariage, qui lui fut accordée. La réſolution fut priſe entre les Princes de s'avancer vers Paris.

Grande armée des confederez.

Les Conféderez ſous la conduite du Comte de Dunois jetterent un pont ſur la Seine ; Jean Duc de Calabre les vint joindre avec une fort belle troupe de gendarmes & de pietons, parmi leſquels étoient cinq cent Suiſſes, les premiers qu'on eut encore vûs en France, & ces Suiſſes, dit Philippe de Comines, donnerent de la réputation à leurs compatriotes, tant ils ſe porterent vaillamment, & furent cauſe qu'on en fit venir depuis un grand nombre au ſervice de la France. Le tout enſemble faiſoit une prodigieuſe armée, où il y avoit ſelon Comines, environ cent mille chevaux. Ils paſſerent la Seine, & allerent prendre des logemens à Charenton, à Conflans, à S. Maur des Foſſez. Le camp fut enfermé d'un grand nombre de chariots. Une partie fut envoiée à Saint Denis.

Il y eut d'abord quelques eſcarmouches entre les troupes de ces Conféderez, & celles qui gardoient la ville. Puis on vint à parlementer. L'Evêque de Paris ſortit avec pluſieurs autres, pour aller traiter avec les Princes : ils furent preſque d'accord à des conditions qui auroient fort déplu au Roi, & qui lui auroient été préjudiciables. Il y avoit à Paris des gens qui ſouhaitoient, qu'on donnât entrée aux Princes. Mais ſur ces entrefaites, le Roi arriva avec un grand corps de bonnes troupes, & entra dans la ville, où il ne fut plus parlé de Conference. Il ne pardonna jamais à l'Evêque de Paris les démarches qu'il venoit de faire : & pour gagner les Pariſiens, il rétablit leurs privileges, & abolit les impoſitions faites depuis le regne du Roi Charles ſon pere. L'armée des Conféderez fut encore renforcée d'un grand nombre de gens de guerre, qu'amenerent le Duc de Nemours, le Comte d'Armagnac, & le Sire d'Albret. Mais on les fit tenir loin du camp, de peur que ce ſurcroit de troupes n'y apportât la famine.

On remarqua que l'armée des Princes, qui étoit venue pour affamer Paris,

---

ipſe caput & cauſa tanti mali haberetur : ſeque paratum & pronum exhibuit ad reconciliandam cum Rege fratre amicitiam. Caroleſius vero Comes, ut narrat hiſtoriæ Scriptor, ubi vidit Bituricenſem Ducem talia cogitare atque moliri, in animum induxit ut ſocietatem & amicitiam iniret cum Eduardo Angliæ Rege, antehac inimico ſuo, oblatumque ſibi Periſcelidis ſeu Garterianum ordinem poſtea ſuſcepit, deincepſque connubium cum ſorore ipſius Regis expetiit, quod & impetravit. Inter Principes vero ſtatutum fuit ut prope Lutetiam exercitus caſtra poneret.

Les mêmes.

Fœderati porro duce Dunenſi Comite pontem ad Sequanam ſtruxerunt. Joannes vero Calabriæ Dux cum ſelecta manu equitum peditumque venit, inter quos erant quingenti Helvetii, qui tunc primum in Francia viſi fuere. Hi porro Helvetii geſtorum fortitudine genti ſuæ famam pepererunt, & in cauſa fuere, quod multa poſtea Helvetiorum agmina amplo ſtipendio indicto in Franciam evocata ſint. Omnes illæ Principum copiæ ingentem exercitum conſtituebant. Narrat vero Cominæus equorum numerum ad centies mille circiter pertigiſſe. Sequanam porro trajecere omnes, & caſtra poſuerunt alii ad Charentonem, alii ad Confluentem, alii ad S. Maurum de foſſis. Caſtra autem illa plauſtris & curribus cincta fuere : pars ad S. Dionyſii oppidum venit.

Aliquot ſtatim velitationes fuere inter fœderatorum turmas & Pariſinos præſidiarios. Deinde ad colloquia ventum eſt. Epiſcopus Pariſinus & alii plurimi egreſſi ſunt, ut cum Principibus de concilianda pace agerent. Inter ambas partes jam pene convenerat iis conditionibus, quæ Regi nec gratæ, nec opportunæ fuiſſent ; nec deerant Lutetiæ qui cuperent, ut Principes in civitatem inducerentur. Inter hæc autem Ludovicus Rex advenit cum grandi manu delectorum militum, in urbemque ingreſſus eſt. Tunc colloquiorum nulla ulterius mentio fuit. Rex vero nunquam Epiſcopo Pariſienſi pepercit, quod rem ille talem aggreſſus eſſet : utque Pariſinos ſibi devinciret, privilegia ſua ipſis reſtituit, & vectigalia omnia poſt Caroli VII. mortem impoſita de medio ſuſtulit. Fœderatorum autem exercitus magno copiarum numero auctus eſt, quas adduxere Dux Nemoris, Armeniacenſis Comes & Leporeti Toparcha. Verum illi procul a caſtris ſedes habere juſſi ſunt, ut ne tanta copiarum acceſſio famem in exercitum induceret. Obſervatum porro fuit exercitum Principum, qui ideo

fut presque affamée elle-même, tandis qu'il y avoit dans la ville grande abondance de vivres.

Il y eut quelques petits combats entre les gens des deux partis, on se canonna pendant quelque tems, & puis l'on vint à traiter de la paix. Le Roi & le Comte de Charolois s'entrevirent. Il ne fut alors plus question du bien public. Le Comte de Charolois demandoit les villes de la Somme, que le Roi Louis avoit rachetées; & pour le Duc de Berri la Normandie en appanage au lieu du Berri. Le Roi accordoit tout hors la Normandie, qu'il ne pouvoit se resoudre de démembrer de sa couronne. Il offrit au Comte de Saint Pol la charge de Connétable, & le mit par-là dans ses interêts. Ce premier abouchement avec le Comte de Charolois mit la jalousie & la défiance entre les Princes de la ligue. Ils tinrent depuis leurs conférences à part; ce qui déplût fort au Comte de Charolois. Ce fut peut-être un tour d'adresse du Roi Louis, pour mettre la division entre les Conféderez.

Tandis que ces conférences se tenoient, la Comtesse de Charolois Isabeau de Bourbon vint à mourir. Cela changea un peu la face des affaires: le Comte de Charolois fit proposer au Roi, qu'il lui donnât sa fille Anne en mariage avec les Comtez de Brie & de Champagne pour dot. La situation où se trouvoit alors Louis & le grand desir qu'il avoit d'écarter ces Princes liguez, fit qu'il accepta cette proposition, quoique dans le fond de son cœur, il fut bien résolu de ne jamais faire un démembrement si desavantageux à la France.

[...]e même. Post aliquot elapsos dies Ludovicus & suorum opera & suo ipse ore a Burgundione petiit, an se suisque auxiliis adhuc opus haberet; si haberet opus, paratum se ad omnia esse; sin minus, expedire certe ut ipse Lutetiam repeteret, ut in Curiæ Senatûs libro pactio inter ambos inita perscriberetur, alioquin vim nullam habituram esse pactionem. Assensit Dux petitioni, & cum ambo sibi mutuo valedicerent, dicit Rex Duci : Si Frater meus hac non sit forte contentus, quid faciendum mihi est? Si contentus non sit, inquit Dux, & si tu alio modo ipsi facias satis, per me licebit. Quo Ducis dicto Ludovicus postea opportune usus est; tuncque ad sua est reversus. Dux vero postquam residuum populum, qui in domibus abditus, captus fuerat, in fluvium conjici jusserat, urbem incendit : omnia consumsit ignis, exceptis Ecclesiis & Canonicorum ædibus. Carolus vero postea agros omnes circa Francum-montem desolatus est.

De Rege capto & in carcere detento, quod sese imprudenter in manus Principis conjecisset, cujus eodem tempore inimicos ad bellum ipsi inferendum urgeret, multa tunc jocose & cavillando dicta sunt. Vulpes in astutia sua capta est : dicebant tunc, ut credere est, Parisini, plurimaque similia dictitabantur, quando maxime Rex elapsus fuit. Ut ab se hanc contumeliam dimoveret, dicebat Ludovicus, pactionem Peronæ initam, perinde sibi commodam, utilemque esse, ac si illam Lutetiæ inivisset. Ut autem illa jocosa dicta sedaret ac comprimeret, rem fecit omnino festivam. Ambasiæ cum esset, jussit afferri sibi aves omnes quæ humanas proferre voces doceri solebant, eas scilicet quæ in Parisinorum domibus essent, ut probaret num inter illa dicta, quæ proferre aves illæ didicerant, quædam se spectarent. Jussus est, inquit chronici Scriptor, Henricus Perdrelius in Parisina ur- Chronique.

prendre » en ladite ville de Paris, toutes les pies, jays & chouettes, eſtans en » caiges ou aultrement, & eſtans privées, pour toutes les porter devers le Roy, » & eſtoit eſcrit & enregiſtré le lieu ou avoient eſté prins leſdits oiſeaux : & auſſi » tout ce qu'ils ſçavoient dire, comme, *larron*, *paillart*, *fils de putain*, *va de-* » *hors va*, *perrette donne-moi à boire*, & pluſieurs autres beaulx mots, que » iceux oiſeaux ſçavoient bien dire. Cependant dans tout ce que la Chronique fait dire à ces oiſeaux, il n'y a pas un ſeul mot qui regarde Peronne, ni la priſe du Roi Louis. Parmi les oiſeaux dont il eſt parlé ici, on ne voit point encore de perroquets.

Ce fut vers ce tems-ci que Charles de Melun Sire de Nantouillet, qui avoit été Lieutenant General pour le Roi dans tout le Roiaume & depuis Grand Maître de France, fut executé par ordre du Roi. Ce qui ſurprit d'autant plus, qu'il n'y avoit point d'homme qui fut entré ſi avant que lui en familiarité avec le Roi, qui le faiſoit quelquefois coucher avec lui dans ſon lit. Au premier coup que le bourreau donna la tête ne ſauta point, & Nantouillet ſe relevant proteſta devant le peuple qu'il mouroit innocent, *& quand il eut dit cela*, ſelon la chronique, *il fut décapité*. On ne ſait pas bien quelle fut la cauſe de ſon ſupplice. La Chronique de Louis XI. qu'on appelle je ne ſai pourquoi, la Chronique ſcandaleuſe, dit qu'il le fit mourir parce qu'il avoit laiſſé échapper de priſon le Seigneur de la Vau, qu'il lui avoit ordonné de bien garder ſur peine de la vie, & ajoute qu'il y en eut deux autres executez pour le même ſujet.

1469. Le Roi s'en alla à Tours bien réſolu de mettre à profit la derniere parole du Duc, & de faire accepter à Charles ſon frere au lieu de la Champagne & la Brie, le Duché de Guienne avec la Rochelle. Ce jeune Prince étoit puiſſamment ſollicité par le Duc de Bourgogne de s'en tenir au Traité fait à Peronne. Le Cardinal de la Ballue, quoique Miniſtre du Roi Louis, duquel il avoit eu juſqu'alors la confiance, ſe mit auſſi de la partie, & écrivit à Charles pour le porter à tenir ferme, & à demander le partage établi au Traité de Peronne, il étoit ſecondé par l'Evêque de Verdun, qui s'intereſſoit vivement pour cela. Louis qui avoit cette affaire fort à cœur, ſachant que ſon frere ſe gouvernoit en tout par les conſeils du Seigneur de l'Eſcun, depuis Comte de Comminges, eut l'addreſſe de le mettre dans ſes interêts, & il perſuada à Charles d'accepter

---

be capere omnes Picas, Gracculos, Monedulas, ſive in caveis, ſive ſecus tenerentur & educarentur, ut illas ad Regem afferret, ac ſcripto conſignatum erat qua in domo ſingulæ repertæ fuiſſent, & quid ſingulæ dicerent; verbi gratia, *Latro*, *ſcortator*, *fili meretricis*, *exi foras*, *exi*, *Petronilla potum da mihi*, & plurima dicta hujuſmodi, quæ aves illæ proferre didicerant. Inter illa vero dicta, quæ chronici Scriptor ab avibus prolata eſſe dicit, ne unum quidem eſt, quod vel Peronam vel captum Regem indicet. Inter aves illas hic memoratas nulla pſittaci mentio eſt

Matthieu. Hoc circiter tempus Carolus de Meloduno D. Nantogileti, qui pro Rege Præfectus in toto Regno fuerat, & poſtea Magnus Magiſter Regiæ Francicæ, Regis juſſu ad ſupplicium mittitur, id quod in ſtuporem omnes conjecit. Nemo enim ad tantam ab Rege admiſſus fuerat familiaritatem, qui etiam illum in lecto ſuo ſecum jacere haud infrequenter juſſerat. Primo ictu Carnifex caput non abſcidit: tuncque ſurgens Carolus populo conteſtatur ſe innoxium ſupplicio affici, poſteaque, inquit Chronicon, capite truncatus eſt. Neque plane ſcitur qua de cauſa ille plexus fuerit. Chronicon Ludovici XI. quod neſcio quare *ſcandaloſum* vocetur, narrat ideo ſupplicio affectum, quod Dominum de Valle, quem arcte cuſtodiri Rex indicta pœna mortis edixerat, ex carcere elabi ſiviſſet: additque duos etiam alios eadem de cauſa ad ſupplicium miſſos fuiſſe.

Rex in Turonum urbem ſe contulit, illa mente & animo, ut ea quæ Burgundiæ Dux poſtremo dixerat, in ſuam vertere utilitatem conaretur, & fratrem ſuum Carolum eo induceret ut Aquitaniæ Ducatum Campaniæ & Briæ anteferret. Dux autem Burgundiæ vehementiſſime inſtabat apud Carolum Principem, ut pactioni Peronæ initæ ſtaret. Cardinalis vero Balluenſis, etſi Miniſter erat Ludovici Regis: qui ipſi hactenus omnino fiderat, ad Burgundionis partes tranſiens, Carolo ſcripſit Regis fratri, cohortatuſque illum eſt ut Peronenſem pactionem firmam teneret, neque ab illa deflecteret. Epiſcopus item Virdunenſis, cui res cordi erat, Principi Carolo eadem monita dabat. Ludovicus, qui alio totis viribus contendebat; gnarus fratrem ſuum Leſcunii, qui poſtea Convenarum Comes fuit, conſilio omnia agere, illum arte & induſtria ad ſuas partes deduxit, Caroloque Leſcunius ſuaſit ut Aquitaniam & Rupellam in ſortem ſuam acciperet, *Matthieu. Comines*

la

la Guienne & la Rochelle, qui ſelon lui étoient de beaucoup préferables à la Champagne & à la Brie : l'affaire fut ainſi concluë, au grand déplaiſir du Duc de Bourgogne.

Le Roi averti des menées du Cardinal de la Ballue & de l'Evêque de Verdun pour le traverſer dans ſon deſſein, les fit empriſonner tous les deux. Le Cardinal demeura enfermé dans une cage de fer, dit Matthieu, d'où il ne ſortit que vers la fin de ce Regne, malgré les efforts que le Pape fit pour obtenir ſa délivrance. Les deux freres s'entrevirent depuis, & demeurerent enſemble un tems conſiderable avec toutes les démonſtrations poſſibles d'amitié.

Dans le deſſein de s'attacher tous les Princes & les grands Seigneurs du Roiaume; le premier d'Août 1469. il inſtitua à Amboiſe l'Ordre de S. Michel. L'aſſemblée fut fort nombreuſe. Il tâcha auſſi d'y attirer les Ducs de Bourgogne & de Bretagne, mais ils ne voulurent pas y aſſiſter. Le Roi ſe fit Grand-Maître & General de cet Ordre, & voulut auſſi que ſes plus proches en fuſſent honorez. Il donna le premier Collier à ſon frere, & le ſecond à Jean II. Duc de Bourbon & d'Auvergne. Les autres furent Louis de Luxembourg Comte de S. Paul Connétable de France, André de Laval Seigneur de Loheac Maréchal de France, Jean Comte de Sancerre Seigneur de Bueil, Louis de Beaumont Seigneur de la Foreſt & du Pleſſis, Louis d'Eſtouteville Seigneur de Torcy, Louis de Laval Seigneur de Chaſtillon, Louis bâtard de Bourbon Comte de Rouſſillon Amiral de France, Antoine de Chabannes Comte de Dammartin, Grand Maître d'Hôtel de France, Jean bâtard d'Armagnac, Comte de Comminges, Maréchal de France, Gouverneur du Dauphiné; George de la Trimouille Seigneur de Craon, Gilbert de Chabannes Seigneur de Curton, Sénéchal de Guienne; Charles Seigneur de Curſol Sénéchal de Poitou, Tannegui du Châtel. Le Roi ſe réſerva de parfaire le nombre de trente-ſix Chevaliers au premier Chapitre.

Etabliſſement de l'Ordre de S. Michel.

Le lieu de cet Ordre étoit l'Egliſe du Mont S. Michel, tant parce que ce lieu n'avoit jamais été aux ennemis de la couronne de France, que parce que Charles VII. quand il entra dans Orleans avec Jeanne la Pucelle, étant ſur le pont, vit ou crut voir cet Archange combattant pour lui. L'habit de l'Ordre étoit un

---

quæ ſors Campaniæ & Briæ longe præſtaret; ſicque confectum negotium fuit : quæ res Burgundiæ Duci ſummo mœrori fuit.

Rex vero cum comperiſſet, quanta adverſus ſe conſiliumque ſuum machinati eſſent Cardinalis Balluenſis & Epiſcopus Virdunenſis, ambos in carcerem conjici juſſit. Cardinalis autem, ſi ſit Matthæo fides, in cavea ferrea incluſus manſit, unde non niſi verſus finem Regni Ludovici XI. egreſſus eſt, fruſtra reclamante Summo Pontifice, & ut libertas ipſi daretur, nihil non agente. Fratres autem ambo poſtea convenere, ſimulque colloquia miſcuere, ac per aliquod temporis ſpatium unà vixere cum magna amicitiæ fraternæ ſignificatione.

utlutu. Ludovicus autem, ut Principes ſibi & proceres Regni devinciret, die primo Auguſti menſis Ordinem ſancti Michaelis Ambaſiæ inſtituit. Ibi magna fuit Principum, Procerum & Nobilium frequentia. Evocavit etiam Rex Duces Burgundiæ & Britanniæ, qui illo ſe conferre noluerunt. Rex ſeipſum Magnum-Magiſtrum & Generalem iſtius Ordinis conſtituit, voluitque etiam cognatos ac ſuos genere propinquiores iſtius Ordinis honorem accipere. Primum Ordinis torquem dedit fratri ſuo, ſecundum Joanni II. Borbonii & Arverniæ Duci : cæteri autem fuere Ludovicus Luxemburgenſis Conſtabularius Franciæ, Andræas Lavallius Loheacius Mareſcallus Franciæ, Joannes Comes Sancerrenſis Buculius, Ludovicus de Bello-monte Toparcha de Foreſta & de Pleſſeio, Ludovicus de Stotavilla Toparcha Torciacenſis, Ludovicus de Lavallio de Caſtellione, Ludovicus Borbonius nothus Comes Ruſcinonis, Præfectus maris in Francia; Antonius de Cabannis Comes Domni-Martini, Magnus Magiſter domus in Francia; Joannes nothus Armeniacenſis Comes Convenarum, Mareſcallus Franciæ, Delphinatus Præfectus, Georgius de Tremollia Cratumni Toparcha, Gilbertus de Cabannis, Curtonii Dominus, Seneſcallus Aquitaniæ; Carolus Curſolii Dominus, Seneſcallus Pictavienſis provinciæ, Tanaquillus de Caſtello. Rex porro triginta ſex Equitum numerum complere volens, cæteros creandos ad proximum Capitulum remiſit.

Locus huic Ordini deputatus erat Eccleſia Montis Sancti Michaelis, tum quia locus iſte nunquam ab inimicis Francicæ Coronæ captus fuerat, tum quia Carolus VII. quando Aurelianum cum Joanna Puella intravit, in ponte cum eſſet, vidit aut ſe videre putavit hunc Archangelum pro ſe pugnantem. Hujuſce *Le même.*

manteau de damas blanc long juſqu'à terre, bordé & brodé richement à coquilles d'or, fourré d'hermine, avec des chaperons de velours cramoiſi ; le chaperon du Chef de l'Ordre étoit d'écarlate brune. La marque étoit au Collier d'or, au milieu duquel on voioit une image de S. Michel ſur un roc, ſans émail ni pierreries. Ce Collier devoit être porté chaque jour, ſur peine de faire dire une Meſſe, & donner en aumône ſept ſous ſix deniers. A la guerre, en voiage & dans la maiſon, il ſuffiſoit de porter l'image de S. Michel attachée à une chainette d'or.

Les Officiers étoient un Chancelier, qui avoit la garde du Seau de l'Ordre, & le droit de porter la parole, de faire des propoſitions, de s'informer de la conduite des Chevaliers, de leur faire la correction, & de recueillir les voix aux élections, & les preuves de Nobleſſe de ceux qui demandoient à être reçûs. Un Tréſorier pour garder les Reliques, joiaux, &c. Un Heraut Roi d'armes, qui devoit être appellé le Mont S. Michel. Tout ce qui regarde cet Ordre eſt ſpecifié plus au long dans les Statuts.

PL. LXI. La Planche ſuivante repreſente tous les Chevaliers de l'Ordre aſſemblez. Le Roi ſeul eſt aſſis & parle à l'aſſemblée. Les Chevaliers ſont debout à ſes côtez. Ce tableau eſt tiré d'une Miniature, qui eſt à la tête du livre des Statuts de cet Ordre, faits pour le Roi Louis XI. Tous les Chevaliers portent l'habit & le Collier de l'Ordre, & ont le manteau blanc, qui deſcend juſqu'à terre. Ils n'ont point de chaperon, leurs bonnets ſont les uns bleus, les autres rouges. Il voulut conferer le même Ordre au Duc de Bretagne, qui le refuſa & prit celui de la Toiſon d'or. Le Duc de Bourgogne qui le refuſa auſſi, avoit pris celui de la Jartiere.

1470. Quoique le Roi eut toujours ſur le cœur l'affront qu'il avoit reçû à Péronne, comme il n'oſoit rien riſquer, il n'auroit pas ſi-tôt entrepris la guerre contre le Duc de Bourgogne. Mais le Connétable de S. Paul, craignant que s'il n'y avoit point de guerre, le Roi, qui étoit fort remuant, n'entreprît quelque choſe contre lui, ou ne diminuât ſes appointemens, qui étoient fort grands, l'exhortoit ſans ceſſe à prendre les armes contre le Duc, lui faiſant eſperer qu'il réduiroit bien-tôt une bonne partie de ſes villes ſous ſon

---

Ordinis veſtis erat Pallium ex Damaſceno ſerico album, ad terram uſque defluens, in cujus oris intexta erant conchilia aurea, aſſutis muris Pontici pellibus, cujus caputium erat ex ſerico villoſo cramelino: caputium vero Præfecti Ordinis, coccinei erat coloris obſcuri. Inſigne Ordinis, Torques aureus, in cujus medio viſebatur imago ſancti Michaelis in rupe ſtantis, ſine ullo encauſto vel lapillis. Torques ille quotidie geſtari debebat, indicta pœna iis qui non geſtarent ut Miſſam illa die celebrari curarent, & pauperibus in ſtipem darent ſeptem ſolidos & ſex denarios. In bello autem, in itinere, aut domi conſtitutis, ſatis erat geſtare imaginem ſancti Michaelis catenulæ aureæ annexam.

Miniſtri porro Ordinis erant Cancellarius, qui ſigillum Ordinis cuſtodiebat, ipſiuſque munus erat verba facere, ſi opus eſſet, quæ expedire videbantur proponere, Equitum geſta explorare, ipſos objurgare, ſi caſus exigeret, in electionibus voces colligere, nobilitatem explorare eorum, qui in Ordinem admitti rogabant. Theſaurarius, qui reliquias cuſtodiret, cimelia, &c. Preco Rex armorum, cui nomen futurum erat, Mons ſancti Michaelis. Cætera quæ ad hunc ſpectant Ordinem fuſius in ſtatutis enunciantur.

Tabula ſequens Equites omnes Ordinis unà collectos repræſentat. Rex ſolus ſedet, ac cœtum alloquitur. Equites a lateribus ejus ſtant. Tabula autem iſthæc educta eſt ex pictura quæ viſitur in fronte libri, in quo deſcripta ſunt ſtatuta hujuſce Ordinis; qui liber pro Ludovico XI. adornatus fuit. Equites omnes veſtem & torquem Ordinis geſtant, albumque pallium ad terram uſque defluens. Caputium non habent: pilei alii cærulei, alii rubri ſunt. Eumdem Ordinem Duci Britanniæ conferre Ludovicus voluit, qui accipere noluit, & Ordinem Velleris aurei cepit. Dux Burgundiæ qui etiam recuſavit, Ordinem Periſcelidis accepit.

Etiamſi Rex injuriam Peronæ acceptam præ oculis ſemper haberet, illamque ulciſci cuperet; attamen quod timidus eſſet, nondum ad bellum contra Burgundiæ Ducem ſuſcipiendum paratus erat. Verum Conſtabularius Sancti Pauli, metuens ne ſi bellum nullum eſſet, Rex qui ſemper nova moliebatur, ſe Conſtabularium in aliquo impeteret, neve ſtipendia ſua, quæ magna utique erant, minuere tentaret, illum ſemper hortabatur ut contra Burgundionem arma ſumeret, ſpemque faciebat, ſe magnam urbium ipſius partem ſub Regiam poteſtatem redac- *Cominaei. Matthieu.*

CHAPITRE DE L'ORDRE DE SAINT MICHEL.



obéïssance. D'autres se joignoient à lui pour inciter le Prince à cette entreprise. Il s'y détermina enfin.

Il assembla les trois Etats à Tours : l'assemblée fut grande & solennelle. Le motif general étoit les besoins de l'Etat : mais la véritable cause, qui l'y déterminoit, c'étoit pour assigner à son frere un appanage, & pour porter les Etats à lui donner du secours pour recouvrer les villes de la Somme. Ces Etats furent tenus avec grande solennité. Le Roi y étoit assis sur un Trône, revêtu d'une longue robe de damas blanc, brochée & boutonnée de fin or, fourrée de martres. Son chapeau noir étoit orné d'une plume d'or de Chypre. *Assemblée des trois Etats.*

A ses côtez étoient le Cardinal de Sainte Susanne, & René d'Anjou Roi de Sicile, derriere lequel étoient quelques Princes & Seigneurs. Il y avoit deux parquets ; l'un pour les Princes du Sang, le Connétable, le Chancelier & les Prélats, qui y étoient en grand nombre ; l'autre plus grand pour les Députez des Etats. Entre le Trône du Roi & le parquet des Princes, il y avoit deux bancs qui regardoient le Roi, en l'un desquels étoient les Pairs de France, & en l'autre les Officiers de la couronne. On donna en appanage à Charles frere du Roi la Guienne, en transferant le Parlement de Bourdeaux à Poitiers. Les Etats representerent au Roi que pour le bien du Roiaume il falloit rétablir la Pragmatique Sanction. Mais il ne jugea point à propos de toucher cette matiere.

Le Comte d'Eu de concert avec le Roi y comparut & se plaignit que le Duc de Bourgogne s'étoit saisi de S. Valeri & d'autres terres qui lui appartenoient, & qu'il vouloit le contraindre de lui faire hommage. L'affaire aiant été examinée, il fut conclu que le Duc de Bourgogne seroit ajourné pour venir rendre raison de sa conduite. On envoia au Duc de Bourgogne un Huissier pour lui signifier cette Sentence. Il en fut indigné, & fit arrêter l'Huissier, qu'il lâcha quelques jours après. Il leva un grand nombre de gens. Puis voiant que la chose tiroit en longueur, il congédia ses troupes & s'en alla en Hollande. Pendant ce temslà, on sollicitoit Abbeville, Amiens & S. Quentin de se remettre sous l'obéïssance du Roi. Le Bourguignon fut averti par le Duc de Bourbon qu'il auroit bien-tôt une guerre à soutenir tant en Picardie qu'en Bourgogne. En effet peu de tems après par l'intrigue du Connétable, S. Quentin & Amiens se remirent

---

turum esse. Alii quoque cum Constabulario stimulos Regi addebant, qui tandem cessit hortantibus, & bellum hoc suscipere decrevit.

Les mêmes. Tres igitur Regni Ordines in Turonum urbem collegit. Magna celebrisque frequentia fuit. Causa convocandi generalis erat, ut Regni negotiis urgentibus provideretur : sed ea quæ Ludovicum moverunt ad Ordines convocandos, hæc erant, ut fratri suo regium patrimonium assignaret, utque a tribus Ordinibus auxilia expeterentur, quo possent urbes ad Somonam sitæ recuperari. Cum grandi solennitate res acta fuit. Rex in solio sedebat longa veste indutus ex Damasceno serico albo intertexta auro & globulis ornata aureis, assutis Martium pellibus. Petasus ejus niger pluma aurea Cypria ornatus erat.

A lateribus ejus erant Cardinalis Sanctæ Susannæ & Renatus Dux Andium Rex Siciliæ ; pone hunc erant quidam Principes & primores. Duo distincta assignataque loca hic visebantur, alius deputatus Principibus Regii generis, Cancellario, Constabulario & Episcopis, qui magno numero aderant ; alius major legatis trium Ordinum. Inter Regium solium & locum Principibus assignatum, duo scamma erant oblonga in conspectu Regis posita, in quorum priore erant Franciæ Pares ; in altero autem Coronæ Regiæ Ministri. Patrimonium regium Carolo Regis fratri assignatum fuit, nempe Aquitania ; ita ut Senatus Curia Burdegalensis in Pictavorum urbem translata fuerit. Regni Ordines Ludovico repræsentant, e re fore ut Pragmatica-Sanctio restitueretur & in usum revocaretur ; sed eam rem ille non censuit esse movendam.

Comes Augensis, instigante Ludovico Rege, in medio cœtu comparuit, conquestusque est, quod Dux Burgundiæ Sanctum Valaricum aliasque terras occupavisset ad se vere pertinentes, quodque ab se *hominium* exigeret. Re excussa examinataque decretum fuit ut Duci Burgundiæ dies diceretur, quo rationem redditurus compareret. Accensus mittitur prolatam sententiam Duci allaturus. Indignatus ille, Accensum comprehendi jussit, & post dies aliquot dimisit. Tunc multas ipse copias collegit : posteaque adversarios cunctari, morasque trahere cernens, copias dimittit, atque in Hollandiam se contulit. Interea apud cives Abbatis-villæ, Ambiani & Sancti Quintini id agebatur, ut sese illi cum urbibus suis sub potestatem Regiam transferant. Dux autem Burgundiæ a Borbonio Duce submonitus fuit, bellum sibi imminere & in Picardia & in Burgundia. Et vere paulo postea, occultis Constabularii artibus Sancti Quintini urbs & Ambianum Regi sese dediderunt. Idipsum *Les mêmes.*

Guerre contre le Duc de Bourgogne.

en l'obéiſſance du Roi : Abbeville auroit fait de même, ſi Deſquerdes un des meilleurs Chefs du Duc n'y avoit mis ordre.

Le Duc qui étoit fort près de là & peu accompagné, fut effraié de ce changement ſubit : il envoia prier le Connétable ci-devant ſon ami, & qui avoit la meilleure partie de ſes terres dans ſes Etats, de ne le point ainſi pouſſer à outrance. Le Connétable lui découvrit alors tout le myſtere, & le complot qui étoit entre le Duc de Guienne & lui, dans lequel entroit auſſi le Duc de Bretagne ; c'étoit de l'obliger à donner ſa fille unique en mariage au Duc de Guienne, qui l'avoit ſouvent demandée & n'avoit pû l'obtenir. C'étoit la principale cauſe de cette guerre, dont le Roi lui-même qui ne l'avoit entrepriſe qu'à contre-cœur, ne ſavoit pas le véritable motif, & s'il l'avoit ſçu, il n'auroit eu garde de prendre les armes pour une fin, qui lui déplaiſoit encore plus qu'à ſon ennemi. Le Duc de Bourgogne conçut une grande haine contre le Connétable, ramaſſa des troupes, & alla aſſieger Pequigny. Ce lieu fut pris par l'imprudence de la garniſon, qui aïant fait une ſortie contre les Bourguignons, fut repouſſée & ſuivie de ſi près qu'ils entrerent pêle-mêle avec eux dans la place.

Il y avoit alors à Amiens un corps conſiderable de troupes de quatorze cens hommes d'armes & quatre mille archers. Et le Roi qui étoit à Beauvais aſſembla une grande armée, où étoit le Duc de Guienne ſon frere, le Duc de Calabre, & les Nobles du Roiaume par maniere d'arriereban. Le Connétable voulut ſortir pour aller combattre le Duc de Bourgogne, & demanda au Roi un ſecours de troupes pour cela. Il eut défenſe de rien entreprendre.

Guerre en Bourgogne.

Au même tems que le Roi étoit ici à la tête d'une armée, celle qu'il avoit envoiée pour faire la guerre en Bourgogne, défit les troupes du Duc, & les mit en déroute, le nombre des morts ne fut pas grand ; mais il y eut beaucoup de priſonniers. L'armée du Roi prit quelques places, & en aſſiegea d'autres. La nouvelle en vint au Duc de Bourgogne, qui en fut effraié, & répandit dans ſon camp, que les ſiens avoient eu l'avantage. Il écrivit au Roi une lettre conçûë en des termes fort humbles, où il lui apprenoit le complot du Connétable & des autres, qui le portoient à entreprendre cette guerre. Louis s'en doutoit déja

---

factura erat Abbatis-villa, niſi Cordæus, qui tunc inter præſtantiſſimos Burgundionis duces numerabatur, obſtitiſſet.

Les mêmes. Dux autem Burgundiæ, qui non procul cum paucis pugnatoribus erat, tam ſubita mutatione exterritus, Conſtabularium olim amicum ſuum, qui maximam terrarum ſuarum partem in ditione Burgundiæ Ducum incluſam habebat, rogatum miſit ut ne ſecum tam vehementer ageret. Tunc Conſtabularius arcanum ei totum aperuit, & rem quæ tum clam inter Ducem Aquitaniæ & Conſtabularium tractabatur, annuente etiam Britanniæ Duce declaravit, ut ſcilicet Dux Burgundiæ eo adigeretur ut filiam ſuam Duci Aquitaniæ nuptui daret, quam ipſe Dux Aquitaniæ Carolus a patre ſæpe expetierat, neque optatum aſſequi potuerat. Hæc præcipua erat belli cauſa, quam ignorabat ipſe Rex, qui bellum invitus pene ſuſceperat ; nam ſi quo animo bellum Conſtabularius ſuaderet ſciviſſet, nunquam arma ſumſiſſet pro re aſſequenda, ſibi magis quam hoſti ſuo ingrata. Deinde vero ingenti Dux Burgundiæ Conſtabularium odio proſequutus eſt, exercitumque collegit, ac Pequiniacum obſedit, quod caſtrum præſidiariorum imprudentia captum eſt ; egreſſi namque, in Burgundiones irruperunt, qui fugatos illos tam ardenter inſequuti ſunt, ut confertim cum illis in caſtrum ingrederentur.

Tunc Ambiani erat manus pugnatorum valida, mille quingentorum nempe militum eorum, qui viri armorum nuncupabantur & quatuor mille ſagittariorum ; Rexque qui Bellovaci erat, magnum collegit exercitum, in quo erant Dux Aquitaniæ Regis frater, Dux Calabriæ & Nobiles Regni ad bellum pro more evocati. Conſtabularius vero manus conſerere cum Burgundionibus geſtiebat ; ſed ab Rege juſſus eſt a prælio abſtinere. *Les mêmes.*

Interea dum Rex cum exercitu tanto iſtis in locis verſaretur, alius ejus exercitus, quem ad bellum in Burgundia gerendum miſerat, Ducis copias profligavit. Non magnus fuit cæſorum numerus ; ſed multi in prælio capti fuere. Exercitus vero Regius plurima caſtra & oppida cepit, aliaque obſedit. Qua re comperta Dux Burgundionum perterritus, interim in caſtris ſuis rumorem ſpargi curavit, quaſi copiæ ſuæ in prælio ſuperiores in Burgundia fuiſſent. Regi autem literas ſcripſit demiſſiore ſtylo concinnatas, queis ipſi aperiebat, qua mente quove animo Conſtabularius & alii, ipſum ad tale bellum ſuſcipiendum commoverent. Ludovicus vero jam in ejus rei ſuſpicionem venerat : Burgundioni autem literas miſit, queis ſigni- *Les mêmes.*

& lui fit entendre, qu'il étoit porté à faire une treve. Elle ſe fit pour un an au grand déplaiſir du Connétable, qui depuis ce tems-là fut ennemi juré du Bourguignon. Treve pour un an.

Les Ducs de Bourgogne n'avoient point de troupes reglées en tems de paix: ce qui fut la cauſe que Charles ſe trouva avec fort peu de gendarmes lorſqu'il fut attaqué par le Roi. Charles aſſembla donc ſes Etats & leur repreſenta qu'il ſeroit à propos qu'il y eut toujours dans le payis huit cens lances entretenus. Quoique avec bien de la peine, les Etats lui accorderent ſix vingt mille écus. Ce n'étoit pas ſans raiſon qu'ils craignoient de conſentir à de nouveaux impôts: car il voulut après cela augmenter à diverſes fois ces troupes de reſerve, enſorte qu'au lieu de ſix vingt mille écus, on en leva à la fin cinq cent mille. En cette année 1470. naquit Charles Dauphin de France, qui regna après ſon pere.

Tandis que ceci ſe paſſoit en France, l'Angleterre par la diſſenſion des maiſons d'Yorc & de Lancaſtre étoit devenuë comme un théâtre perpetuel de révolutions. Edouard Roi d'Angleterre avec l'aide du Comte de Warvic étoit monté ſur le trône & tenoit en priſon Henri VI. qu'il avoit dépoſſedé. Ce Comte de Warvic fort puiſſant en Angleterre, ſe donnoit des airs de maître & favoriſoit le Roi de France, il ſe brouilla avec le Roi Edouard, & s'étant mis à la tête d'un parti, il ſe ſaiſit de lui. Edouard lui échappa, ramaſſa du monde & le chaſſa de l'Angleterre: il en partit menant avec lui la Reine Marguerite femme d'Henri VI. & la Comteſſe de Warvic ſa femme, & vint aborder en Normandie, où le Roi le reçut très-bien, lui fournit une groſſe ſomme d'argent, & lui donna une flote pour le ramener en Angleterre, ſous la conduite du bâtard de Bourbon. Le Comte aborda en Angleterre, où les gens de ſon parti le vinrent joindre en ſi grand nombre, que le Roi Edouard fut obligé de monter ſur un vaiſſeau pour s'enfuir auprès du Duc de Bourgogne, qui avoit épouſé ſa ſœur. Troubles de l'Angleterre.

Le Comte de Warvic tira le Roi Henri VI. de la priſon, où il l'avoit mis lui-même, & le remit ſur le Trône. Le Duc de Bourgogne donna à Edouard un ſecours conſiderable d'argent & de vaiſſeaux: moiennant quoi il repaſſa en Angleterre, où les gens de ſon parti l'étant venus joindre, il donna bataille au Comte de Warvic, qui fut tué dans le combat & ſes gens furent défaits. Le

---

ficabat ſe ad inducias faciendas paratum eſſe. Induciæ igitur ad annum unum factæ ſunt; quæ res ingrata admodum Conſtabulario fuit: ab hinc vero inimicitia ingens fuit Burgundionem inter & Conſtabularium.

es mêmes.

Burgundiæ Duces antehac pacis tempore militares copias nullas habebant, quæ cauſa fuit, ut Carolus paucos ſecum viros armorum, ut vocabant, haberet, cum ab Rege Ludovico impetitus bello fuit. Tunc itaque Carolus ditionis ſuæ Ordines convocavit, expoſuitque, e re forè ut octingenti armorum viri in regionibus ſuis ſemper parati & in promtu eſſent. Non ſine metu & ſuſpicione majoris futuri oneris Ordines annuam centum viginti mille ſcutorum ſummam conceſſerunt. Nec ſine cauſa invitos illos hæc nova vectigalia conceſſiſſe comprobatum fuit. Nam identidem ille poſtea hanc militum manum augere voluit, & revera auxit; ita ut illa centum viginti ſcutorum millia ad quingenta demum millia pervenerint. Hoc eodem anno 1470. natus eſt Carolus Franciæ Delphinus, qui poſt patrem regnavit.

Dum hæc in Francia gererentur, Anglia ex priſca illa Eboracenſes inter & Lancaſtrienſes Principes diſſenſione ceu theatrum quodpiam viciſſitudinum & mutationum facta fuerat. Eduardus Rex Angliæ fovente & opitulante Warvicenſi Comite in ſolium Regium conſcenderat, & quem ex ſolio dejecerat Henricum VI. in carcere tenebat. Comes Warvicenſis in Anglia potentiſſimus erat, & ceu omnium moderator ſeſe gerens, Regi Francorum favebat. Hinc rixæ ſubortæ ſunt inter illum & Eduardum Regem. Warvicenſis autem collectis factionis ſuæ pugnatoribus, Eduardum cepit. Elapſus deinde Eduardus factionis & ipſe ſuæ viros armavit, & Warvicenſem Comitem ex Anglia eliminavit. In Normanniam autem Warvicenſis appulit, Margaritam Reginam Henrici conjugem, uxoremque ſecum ducens. Rex Ludovicus illum libentiſſime excepit, grandem pecuniæ ſummam ipſi dedit, claſſemque apparavit duce Borbonio notho, in quam conſcendit Warvicenſis Comes & in Angliam appulit. Warvicenſem factionis ſuæ viri tanto numero convenerunt, ut Eduardus fugam facere compulſus ſit. Conſcenſa autem navi, ad Burgundiæ Ducem, qui ipſius ſororem duxerat, confugit.

Comes porro Warvicenſis Henricum VI. quem ipſe in carcerem conjecerat, eduxit, & in ſolium regium reſtituit. Dux vero Burgundiæ Eduardo ſummam pecuniæ contulit, naveſque ſuppeditavit, queis vectus in Angliam factionis ſuæ pugnatores collegit. Cum Warvicenſi Comite pugnam commiſit qui in prælio cæſus eſt, exercituſque ejus profligatus fuit. Dux

Duc de Glocestre frere d'Edouard fit tuer le Roi Henri VI. qui étoit presque hébeté, & Edouard fut rétabli sur le Trône.

1471. Le Pape Sixte IV. successeur de Paul II. après son élection au Pontificat envoia aux Princes Chrétiens pour les exhorter à se réunir contre les Turcs. Le Cardinal Bessarion député pour faire cette Ambassade au Roi de France & au Duc de Bourgogne, commença par le Duc, & de là il vint au Roi, qui indigné de ce qu'il avoit commencé par son vassal, lui prit la barbe, lui recita ce vers d'un Grammairien.

Barbara Græca genus retinent quod habere solebant.

& le renvoia sans autre réponse. Cette histoire qui se trouve dans differens Auteurs est rapportée assez diversement.

Le Duc de Guienne insistoit toujours à demander au Duc de Bourgogne sa fille en mariage, le Duc de Bretagne le pressoit aussi de son côté, & le Connétable vouloit avoir l'honneur de terminer cette affaire. Le Duc pour les leurrer fit quelque promesse de bouche. Recherché de tous les côtez pour cette fille, qui étoit le meilleur parti de la Chrétienté, il promettoit tantôt à l'un tantôt à l'autre, à Nicolas Duc de Calabre & de Lorraine, à Philibert Duc de Savoie, à Maximilien Duc d'Autriche, & n'avoit nulle envie de la marier à pas un d'eux tant qu'il vivroit. Cependant le Roi prenoit tantôt une place de son frere, tantôt une autre, & débauchoit ses meilleurs serviteurs. Il craignoit comme le dernier des malheurs ce mariage de l'héritiere de Bourgogne, & faisoit son possible pour l'empêcher.

Les Ducs de Guienne, & de Bretagne, qui regardoient ce futur mariage comme une chose sûre, & qui voioient le Roi si attentif à se saisir des places de Guienne, sollicitoient vivement le Duc de Bourgogne de prendre les armes contre le Roi, lui promettant qu'ils l'attaqueroient aussi de leur côté. Mais ils le prioient aussi de ne pas faire venir le Roi d'Angleterre à son secours; car s'agissant, disoient-ils, du bien commun du Roiaume, il ne falloit point y appeller ses plus grands ennemis, d'autant plus qu'eux trois unis ensemble étoient assez forts pour ranger le Roi à la raison. Malgré leurs remontrances le Duc

---

vero Glocestriensis Eduardi frater Henricum VI. Regem, qui jam pene hebes ac stolidus erat occidi curavit, & Eduardus in solium regium denuo conscendit.

Sixtus IV. Papa successor Pauli II. postquam Summus Pontifex electus fuit, ad Principes Christianos Legatos misit, qui cohortarentur illos, ut junctis viribus & copiis contra Turcas arma sumerent. Bessario autem Cardinalis, qui hac de re ad Regem Francorum & ad Ducem Burgundiæ missus est, a Duce Burgundiæ cœpit, & postea Regem convenit, qui indignatus, quod a sibi subdito Principe cœpisset Bessario, barba ejus correpta hunc veteris Grammatici versum recitavit:

Barbara Græca genus retinent, quod habere solebant.

& sine alio responso misit. Hæc historia, quæ apud Scriptores plurimos occurrit, sat diverse narratur.

Comines. Matthieu. Dux Aquitaniæ urgebat semper, & Ducis Burgundiæ filiam nuptui sibi dari a patre postulabat: instabat quoque idipsum expetens Dux Britanniæ; sed Constabularius hujus conficiendi negotii sib. honorem reservabat. Dux ut inani spe lactaret ipsos, aliquid promissi ore tenus tantum emisit. A plurimis vero Principibus Maria in uxorem expetebatur, cujus doti par nulla in orbe Christiano erat. Dux vero Carolus modo huic, modo alteri filiam pollicebatur, Nicolao Calabriæ Duci, Philiberto Duci Sabaudiæ, Maximiliano Austriæ Duci, neminique tamen ipsam connubio jungere, dum ipse viveret, cogitabat. Interea Rex Ludovicus modo istud modo aliud oppidum in fratris ditione occupabat, clientesque ac ministros ejus alliciebat, & ad partes trahebat suas: tamquam extremum infortunium metuebat ne frater suus Mariam Burgundicam duceret uxorem, nihilque non agebat, ut hoc averteret.

Duces Aquitaniæ & Britanniæ, qui matrimonium hujusmodi ut rem certam habebant, & Regem videbant semper inhiantem, & oppida Aquitaniæ sensim occupantem, instabant apud Burgundiæ Ducem ut arma moveret contra Regem, se ex sua parte irrupturos pollicentes; sed rogabant etiam ut ne Regem Angliæ in opem evocaret: nam cum, ut ipsi dictitabant, de communi Regni bono ageretur, non advocandi in auxilium erant perpetui Regni hostes, cum alioquin ipsi tres Principes junctis viribus Regem possent in ordinem redigere. Eorum monita nihil curans *Les mémes.*

demandoit ſecours aux Anglois. Mais le Roi Edouard qui croioit que le mariage de l'héritiere de Bourgogne avec le Duc de Guienne alloit ſe faire, n'avoit garde de donner du ſecours au pere de cette Princeſſe. Il craignoit que ſi ce mariage ſe faiſoit, le Roiaume de France & tous les Etats de Bourgogne ne ſe trouvaſſent un jour réunis ſous un même Prince, ce qui auroit mis le Roiaume d'Angleterre dans un grand péril. Il auroit alors plus volontiers prêté ſecours au Roi de France, qu'au Duc ſon beau-frere.

Le Roi Louis n'étoit pas moins alerte ſur cette affaire: pour détourner ſon frere de cette alliance de Bourgogne, il lui perſuada de rechercher l'Infante de Caſtille. Le Roi y envoia le Cardinal d'Albi, & le Comte de Torci. Le Duc de Guienne donna ſa procuration au Comte de Bologne & au Sire de Malicorne. Henri IV. Roi de Caſtille reçut avec plaiſir cette Ambaſſade & accorda fort volontiers ſa fille au frere du Roi de France. Le mariage fut conclu & arrêté. Ce mariage rompoit toutes les meſures du Connétable, il fit tous ſes effors pour perſuader au Duc de Guienne, que Marie de Bourgogne lui convenoit mieux. Le Duc de Bretagne inſiſtoit auſſi de ſon côté pour renouer la premiere négotiation : le Duc de Guienne ſe laiſſa bien-tôt gagner, & continua de rechercher cette Princeſſe. Traité de mariage du Duc de Guienne.

Le Duc de Bourgogne qui trompoit ainſi toute l'Europe, preſſé par ſes conféderez ſe mit enfin en campagne avec une puiſſante armée, & marcha vers Peronne, Montdidier & Roye. Le Roi pour détourner l'orage qui le menaçoit, lui envoia pluſieurs fois le Seigneur de Craon & Pierre Doriole Chancelier de France. Il avoit juſqu'alors refuſé de lui rendre Amiens & S. Quentin, mais pour avoir la paix il lui offrit ces deux places. Le Duc y donna les mains. La paix ſe fit donc à ces conditions, que le Roi rendroit au Duc ces deux villes, & lui abandonneroit le Comte de Nevers & le Connétable pour les traiter comme il voudroit, & réunir à ſes Etats leurs terres s'il pouvoit les prendre; & que le Duc abandonneroit auſſi au Roi les Ducs de Guienne & de Bretagne, pour les traiter eux & leurs Etats, comme il jugeroit à propos.

Cette paix étoit concluë & ſignée par les Députez du Roi & par le Duc de Bourgogne, il falloit que le Roi la ratifiât, & il differoit de jour en jour. Ces

---

Burgundio, ab Anglis auxilium poſtulavit. Verum Rex Eduardus, qui putabat connubium Mariæ Burgundicæ cum Aquitaniæ Duce mox faciendum eſſe, patri ipſius auxilia conferre nunquam in animum induxiſſet. Metuebat enim ne ſi hoc matrimonium perficeretur aliquando regnum Franciæ cum omnibus Duci Burgundiæ ſubditis regionibus unà jungerentur, unde magnum Anglorum Regno periculum immineret: quapropter Regi Francorum potius tunc auxilia contuliſſet, quam Duci Burgundiæ, etſi uxoris ipſius frater ille erat.

Matthieu. Ludovicus Rex, qui iſtud negotii non minus curabat, ut fratrem ſuum a tali affinitate prorſus averteret, ſuaſit ipſi ut Caſtellæ Regis filiam in uxorem expeteret. Rex in Hiſpaniam miſit Cardinalem Albigenſem Comitemque Torciacenſem. Dux autem Aquitaniæ procurationem ad concludendum dedit Comiti Bononiæ, & Malicornio. Henricus IV. Rex Caſtellæ Oratores hoſce libentiſſime excepit, filiamque ſuam Regis Francorum fratri deſpondit, connubiumque pactum fuit. Cum autem id omnia Conſtabularii conſilia interturbaret, nihil non egit ille ut Aquitaniæ Duci ſuaderet, magis ſibi competere Mariam Burgundicam. Inſtabat quoque Dux Britanniæ ad priſtinum conſilium & propoſitum revocare illum ſtudens. Urgentibus ceſſit Dux Aquitaniæ & ad Mariam impetrandam denuo ſtudia convertit, cujus ducendæ ſpe lactabat illum pater Carolus.

Cominæ. Matthieu. Dux Burgundiæ qui toti fere Europæ verba dabat, inſtantibus fœderatis, cum numeroſo tandem exercitu verſus Peronam, Montem-deſiderii & Rotam movit. Rex ut tantam belli molem ab ſe removeret, ſæpe Cratumnum Toparcham, & Petrum Doriolum Franciæ Cancellarium ad illum miſit. Hactenus Duci Ambianum & ſancti Quintini urbem reſtituere noluerat; ſed jam pacis faciendæ cauſa ambas ipſi obtulit urbes. Dux offerenti manus dedit. Pax itaque facta eſt hiſce conditionibus, ut Rex urbes ambas Duci daret, Comitemque Nivernenſem ac Conſtabularium infeſtos Duci, quo vellet ipſe modo tractandos, Rex desereret, poſſetque Dux caſtra & terras illorum ſuæ jungere ditioni, ſi tamen capere poſſet: ipſe Dux etiam Ducum Aquitaniæ & Britanniæ cauſam miſſam faceret, ipſos Regi permittens, ut pro arbitrio ſuo cum ipſis ageret.

Paci hujuſmodi ſubſcripſere Regis Oratores & Dux Burgundiæ; reſtabat ut Ludovicus ipſe factam pacem ſubſcriptione ſua muniret: at ille ſemper moras tra-

deux Princes ſe vouloient tromper l'un l'autre, pas un d'eux n'avoit deſſein de garder les conditions marquées. Le Duc vouloit ravoir ſes deux villes; mais ſans aucun deſſein formé d'abandonner les Ducs de Guienne & de Bretagne.

1472. Le Roi n'avoit garde de rendre Amiens & S. Quentin; il vouloit ſeulement leurrer le Duc de l'eſperance de ravoir ces deux places; & gagner du tems en l'empêchant par là de faire des actes d'hoſtilité.

Mort du Duc de Guienne.

Les choſes étoient en ces termes, lorſqu'un accident ſurvenu, changea toute la face des affaires. Ce fut la mort du Duc de Guienne. Le bruit commun étoit que le Roi l'avoit fait empoiſonner par l'Abbé de S. Jean d'Angeli, ce qui ſe paſſa, diſoit-on, en cette maniere. Ce Prince étant un jour à S. Sever avec la Dame de Montforeau qu'il aimoit, l'Abbé de S. Jean d'Angeli, un des favoris du Duc, preſenta à la Dame une belle pêche empoiſonnée, elle la partagea en deux, en donna la moitié au Duc, qui la mangea, & mit l'autre moitié dans du vin, & la mangea enſuite. Elle en mourut peu de jours après. Le Duc qui étoit d'un temperament plus fort, réſiſta longtems à la force du venin, & ne mourut que ſix mois après, le 12. de Mai de l'an 1472. Les Hiſtoriens ſemblent convenir preſque tous que le Roi fut le premier auteur d'une action ſi deteſtable. Je n'en ai trouvé pas un qui l'en excuſe, & Comines ſemble dire que les gens du Roi n'en diſconvenoient point. Les gens du Duc de Bourgogne, dit-il, *diſoient paroles vilaines & incroiables du Roy : & ceux du Roy ne s'y feignoient de gueres.*

Le Duc de Bourgogne fait la guerre au Roi.

Après cette mort le Roi qui étoit de ce côté-là avec des troupes ſe ſaiſit de la Guienne, & ne voulut plus ſigner ni ratifier le Traité fait avec le Duc de Bourgogne, ce qui irrita ce Prince. Mais il devint furieux quand il apprit la mort du Duc de Guienne. Il alla aſſieger Neſle petite place & foible : ceux de dedans tuerent, dans le tems qu'on parlementoit, un Heraut qui venoit les ſommer de ſe rendre, & deux autres hommes. La ville fut emportée d'aſſaut, & tous ceux que l'on prit ou furent pendus, ou eurent les poings coupez. Roie ſe rendit ſans réſiſtance : les Bourguignons y firent un butin qui montoit à plus de cent mille écus.

Avec la même fureur le Duc alla aſſieger Beauvais. La ville avoit peu de

---

hebat. Sic ambo Principes ſeſe mutuo fallere ſatagebant. Neuter pactas conditiones ſervare in animo habebat. Dux geſtiebat ambas urbes recipere, ſine ulla Ducis Aquitaniæ & Britanniæ deſerendi voluntate. Rex Ambianum & ſanctum Quintinum dedere ne cogitabat quidem, ſed Ducem vana ſpe lactabat ambas urbes recuperandi, tempuſque ducebat ut impediret quominus ille hoſtilia exerceret.

Les mêmes. Hoc in ſtatu negotia verſabantur, cum caſus ſuperveniens rerum omnino faciem commutavit, mors videlicet Aquitaniæ Ducis. Fama erat Regem ipſum, Abbatis ſancti Joannis Angeriacenſis opera, oblato veneno, fratrem de medio ſuſtuliſſe : id quod hac ratione factum fuiſſe narratur. Cum aliquando Carolus Dux in S. Severi oppido verſaretur, præſente Domina de Monte-Sorelli, quam ille adamabat, Abbas S. Joannis Angeriacenſis, qui apud Ducem gratia valebat, perſicum malum veneno infectum & pulcrum Dominæ de Monte-ſorelli obtulit : hæc dimidiam ejus partem Duci dedit, qui illam comedit. Domina vero ipſa dimidiam ſuam partem in vinum immerſit, & poſtea edit. Illa paucis poſt diebus interiit. Dux vero qui firmiore erat corporis habitu, diutius vim veneni tulit, & poſt exactos ſex menſes obiit die duodecima Maii anni 1472. Omnes ferme illius temporis hiſtoriæ Scriptores hac in re conſentire videntur, Regem nempe tam horrendi ſceleris primum fuiſſe auctorem. Nondum vel in unum incidi, qui ab illo culpam dimoveret. Cominæus vero dicere videtur ne Regios quidem Miniſtros ab hac opinione alienos fuiſſe. Burgundiones, inquit, *hac de re nefaria & incredibilia de Rege proferebant, & Regii non ſe multum ab hac opinione alienos oſtendebant.*

Carolo defuncto Rex qui militaribus inſtructus copiis in illis oris verſabatur, Aquitaniam occupavit, neque ultra pactionibus cum Burgundiæ Duce initis ſubſcribere voluit : qua de re indignatus Dux fuit : ſed in furorem actus eſt cum Ducis Aquitaniæ mortem didicit. Nigellam obſedit exiguum oppidum, neque ita munitum. Oppidani preconem, qui uti ſeſe dederent denunciatum veniebat, necnon duos alios occiderunt. Oppugnatur urbs & capitur; qui comprehenſi ſunt omnes vel ſuſpendio perierunt, vel abſciſſis manibus abiere. Roia deditionem fecit, Burgundiones manubias inde retulere, quæ ad precium pluſquam centum millium ſcutorum pertingebant. *Les mêmes.*

Eodem correptus furore Dux Bellovacum obſedit, in qua urbe pauci præſidiarii erant. Obſidio autem

gens

gens de guerre pour sa défense, mais le siége fut si mal conduit, que cette armée la plus grande que le Duc eut jamais levée, laissa libre le côté par où le secours pouvoit venir; ce secours y vint en effet. Le Duc fit donner un furieux assaut qui fut bien soutenu de ceux de dedans. Les femmes de la ville conduites par Jeanne Hachete, s'y porterent aussi vaillamment que les hommes, repoussant les ennemis à coup de pierres, & leur jettant du plomb fondu & de la raisine bouillante.

Le lendemain le Capitaine Salazar fit une sortie sur les Bourguignons effraiez de la perte qu'ils avoient faite au jour précedent, il mit le feu à leur camp, tua tout ce qu'il rencontra, gagna deux bombardes, deux serpentines & un gros canon, qu'on nommoit l'un des douze Pairs, que le Roi avoit perdu à la bataille de Mont-le-heri. Le Duc perdit là beaucoup de monde, & leva le siége.

Il marcha ensuite vers la Normandie, où le Duc de Bretagne devoit venir le joindre; mais la mort du Duc de Guienne l'avoit empêché de quitter son payis. Le Duc de Bourgogne alla prendre Eu & S. Valeri, porta le feu dans tout le payis de Caux jusqu'aux portes de Dieppe, & vint devant Rouen. Les gens du payis donnant sur ses fourrageurs en tuoient une bonne partie; la faim se mit dans son armée, & l'hyver approchant il se retira. A peine eut-il le dos tourné que les gens du Roi reprirent Eu & S. Valeri, & firent sept à huit cens prisonniers.

Le Duc d'Alençon, qui après avoir été condamné à mort du tems de Charles VII. fut mis par grace en prison perpetuelle, & depuis délivré de prison par le Roi Louis, s'étoit mis du parti des mécontens. Le Roi indigné de cette ingratitude, le fit saisir par le Prevôt Tristan, & il fut mis dans une Tour du Louvre. On lui fit depuis son procès, & il fut de nouveau condamné à avoir la tête coupée, & remis en prison, où il demeura jusqu'à la fin de l'an 1475. que le Roi lui donna la liberté.

Tandis que la France étoit en guerre, l'Espagne, sur tout l'Aragon, la Navarre & la Catalogne, n'étoient pas moins agitées de troubles. Le Roi René, qui prétendoit que la couronne d'Aragon lui appartenoit par sa mere, soutenu 1470.

---

tam inconsulto facta est, ut ea pars, qua auxilium sperabatur, vacua & aditu libera maneret: & vere auxiliares copiæ in urbem sunt ingressæ. Dux oppugnari vehementer urbem jussit; sed hostium impetum egregie propulsavere præsidiarii. Mulieres quoque urbanæ, duce Joanna Hacheta, perinde fortiter pugnavere atque viri, lapidibus hostem impetentes, plumbum fusum & ardentem resinamque ebullientem immittentes.

Cronique de Louis XI. Postridie ex ducibus unus Salazarius nomine in Burgundiones erupit, trepidos & perterritos ob superioris diei stragem, castra illorum incendit, obvios quosque trucidavit, *bombardas*, ut vocabant, duas, duasque serpentinas cepit, & tormentum bellicum, quod unum ex duodecim Paribus esse dicebatur, quodque captum a Burgundionibus fuerat in pugna, quam ad Montem-leherium contra Regem commiserant. Dux Burgundiæ cum multos suorum amisisset, obsidionem solvit.

Com'n s. Mathieu. Deinde versus Normanniam movit, quo venturus etiam Dux Britanniæ erat, ut copias suas cum Burgundionibus jungeret. Verum comperta ille Ducis Aquitaniæ morte, ex regione sua non movit. Dux vero Burgundiæ Augam & sanctum Valaricum cepit, totum Caletensem tractum ad usque Dieppæ portas igni ferroque vastavit, posteaque ante Rhotomagum venit. At Normanni & rustici in pabulatores irrumpebant, magnamque illorum partem peremerunt; hinc fames in exercitu ejus consequuta est, & appetente jam hieme Dux receptui cecinit. Vixdum ille terga dederat, cum regiæ copiæ Augam & sanctum Valaricum recuperarunt, ac septingentos octingentosve Burgundiones captivos abduxerunt.

Alenconius Dux qui Caroli VII. tempore capitis damnatus, exque Regis gratia atque clementia in carcerem perpetuum conjectus fuerat, deindeque a Ludovico XI. ex carcere ereptus, liber evaserat, sese deinde Principibus contra Regem bella moventibus junxit. Tam ingratum non ferens animum Ludovicus, a Præposito Tristano illum apprehendi & in Lupatræam turrim trudi jussit. Deinde causam dicere jussus, capitis denuo damnatus fuit, & in carcerem postea conjectus est, ibique mansit ad annum 1475. Tunc enim Rex illum liberum emisit. *Matthieu. Chronique.*

Dum Francia bellis agitabatur, non minori bellico tumultu commovebatur Hispania, maximeque Aragonia. Renatus Rex, qui Aragoniæ coronam ad se materno jure pertinere contendebat, favente & opitulan- *Matthieu.*

par le Roi Louis, y avoit envoié une armée ſous la conduite de Jean Duc de Calabre ſon fils, brave Prince, qui battit pluſieurs fois les Aragonnois & les Catalans, prit la ville de Gironne & mourut enfin à Barcelonne l'an 1470. Depuis ce tems-là les habitans de Perpignan s'étant révoltez, contraignirent les François de ſe retirer dans le château. Le Roi y envoia des troupes pour aſſieger la ville. Le Prince Ferdinand vint pour la ſecourir. Les François furent obligez de lever le ſiége. Mais le Roi Louis qui n'en vouloit pas avoir le démenti, y fit mettre le ſiége une ſeconde fois : les habitans ſe défendirent juſqu'à la derniere extrêmité ; ils mangerent juſqu'aux chevaux, chiens, chats, rats, & même juſqu'à la chair humaine, & ne ſe rendirent qu'après huit mois de ſiége ; ainſi le Comté de Rouſſillon fut réduit tout entier ſous l'obéïſſance du Roi. Selon la Chronique de Jean de Troie, cette derniere priſe de Perpignan n'arriva que l'an 1475. *& s'en allerent ceux de dedans qui s'en voulurent aller eux & leurs biens ſaufs, fort que l'artillerie qui dedans étoit, laquelle eſtoit moult belle & de grand valeur.*

Perpignan pris.

Jean Comte d'Armagnac, qui avoit tenu le parti des Bourguignons & entretenu commerce avec le Roi d'Angleterre, éprouva auſſi l'indignation du Roi Louis qui l'avoit toujours eu pour ſuſpect. Il envoia l'an 1469. le Comte de Dammartin avec douze ou treize cens lances & dix ou douze mille francs archers pour ſe ſaiſir de ſes Etats & de ſa perſonne même s'il pouvoit. Dammartin prit la ville de Rhodés, & marcha contre le Comte d'Armagnac, qui ne ſe voiant pas aſſez fort pour lui réſiſter, ſe retira hors du Roiaume & ſe refugia à Fontarabie. Dammartin prit alors la ville de Lectoure. Depuis ce tems-là le Parlement de Paris décreta contre lui un ajournement perſonnel. Il n'avoit garde d'y comparoître, & il fut condamné à avoir la tête tranchée.

Guerre en Armagnac.

Lorſque Charles frere du Roi fut établi Duc de Guienne, il s'accommoda avec lui, & fut remis dans ſes Etats, ce qui déplût extrêmement au Roi Louis. Après la mort du Duc de Guienne, le Roi envoia le Sire de Beaujeu, l'Archevêque d'Albi & pluſieurs autres Capitaines avec un bon corps de troupes qui marcherent contre Armagnac, & aſſiegerent Lectoure. Le ſiége dura environ ſix ſemaines. Le Comte craignant l'iſſue, offrit au Sire de Beaujeu, qu'il lui remettroit Lectoure, & qu'il iroit lui-même jurer foi & obéïſſance à ſa Majeſté,

---

te Rege Ludovico, exercitum illo miſerat duce Joanne Calabriæ Duce filio ſuo, ſtrenuiſſimo Principe, qui non ſemel Aragonios & Catalaunos fregit, Gerundam cepit, obiitque tandem Barcinone anno 1470. Ab illo autem tempore, cum Perpiniani cives rebellaſſent, Francos in arcem confugere compulerunt. Rex Ludovicus copias miſit, quæ urbem obſiderent. Ferdinandus Princeps ad urbi opem ferendam venit, & Franci obſidionem ſolvere coacti ſunt : verum Ludovicus ne incaſſum rem ſuſcepiſſe videretur, urbem ſecundo obſidione cingi juſſit. Perpinianenſes ad extremum uſque terminum obſidionem ſuſtinuere, ita ut equos, canes, feles, mures, etiamque carnem humanam comederent ; demumque poſt octo menſes a poſita obſidione deditionem fecerunt, ſicque totus Ruſcinonenſis Comitatus ſub Regis Francorum poteſtatem redactus eſt. Secundum Joannis Trecenſis chronicon hac poſtrema vice captum Perpinianum fuit anno tantum 1475. *Et abierunt*, inquit, *ii queis alio diſcedere libuit, ſalva vita, ſalvis facultatibus, tamenque tormenta bellica relinquere compulſi ſunt, quæ & numeroſa & magni precii erant.*

Le même. Joannes Comes Armeniacenſis, qui pro Burgundionibus ſteterat, & cum Rege Angliæ conſuetudinem habuerat, in Regis Ludovici indignationem incurrit, qui illum ſemper ſuſpectum habuerat. Anno autem 1469. Comitem Domni-Martini miſerat, cum mille ducentis trecentiſve lanceis, & decem duodecimve mille ſagittariis, ut ditionem totam Comitis Armeniacenſis, ipſumque Comitem, ſi poſſet, caperet. Domnus-Martinus Rhutenorum urbem cepit, & contra Armeniacenſem movit, qui ſe viribus imparem ſentiens extra Regnum aufugit & Fontarabiam ſe recepit. Tuncque Domnus-Martinus Lectoram urbem cepit. Ab illo autem tempore Curia Senatus Pariſini diem dixit illi. Armeniacenſis comparere non auſus, capitis damnatus fuit.

Cum porro Carolus Regis Ludovici frater, Dux Aquitaniæ conſtitutus eſt, cum illo res ſuas Comes Armeniacenſis compoſuit, & priſtinam ditionem ſuam recepit, id quod Ludovico Regi ſumme diſplicuit. Mortuo Aquitaniæ Duce, Rex miſit Belli-joci Toparcham, multoſque alios Tribunos cum valida pugnatorum manu, qui contra Armeniacenſem moverunt, & Lectoram obſedere. Obſidio ad hebdomadas ſex extracta fuit. Tunc metuens Comes infauſtum exitum cum Bellijocio pacta inire conatur, ſe Lectoram ipſi traditurum eſſe promittens, Regemque aditurum, ac *Le même.*

pourvû qu'on lui donnât ſûreté pour ſa perſonne. Le Sire de Beaujeu refuſa d'abord ces conditions, mais il les accepta enfin. Armagnac lui remit Lectoure, & ſe diſpoſoit à aller trouver le Roi. Mais ſe raviſant depuis & craignant avec raiſon que ce Prince ne lui fit un mauvais parti; il fit ſurprendre la ville de Lectoure par le cadet d'Albret, qui fit priſonniers le Sire de Beaujeu & pluſieurs autres Seigneurs & Gentilshommes. Le Roi envoia de nouvelles troupes, qui aſſiegerent Lectoure. Le ſiege dura trois mois, & le Cardinal d'Albi fit enfin un Traité avec le Comte, qui moiennant ſûreté comme la premiere fois lui remit Lectoure. Il fait ouvrir les portes. Les troupes du Roi entrent: à cette entrée il y eut un grand tumulte, après quoi aucune des conditions ne fut gardée. Le Comte d'Armagnac fut maſſacré dans ſa maiſon, la ville pillée, & puis brûlée & raſée; la Comteſſe d'Armagnac miſe en priſon, où elle avorta peu de jours après. Charles d'Armagnac frere du Comte fut amené à Paris, & mis à la Baſtille où il demeura quatorze ans. Le cadet d'Albret fut auſſi pris & amené à Poitiers, où par ordre du Roi on lui fit ſon procès. Il fut condamé à avoir la tête tranchée & fut executé dans la même ville.

Cependant le Roi ſe tenoit vers la Guienne qu'il avoit remiſe ſous ſa domination. Il travailloit efficacement à gagner & attirer à ſon parti, les principaux Officiers qui avoient été au ſervice de ſon frere Duc de Guienne, & ſur tout le Sire de Leſcun qui le gouvernoit en ſon vivant. Il lui donna le Comté de Comminge, pluſieurs gouvernemens conſiderables & de gros appointemens, qui lui furent exactement paiez juſqu'à la mort du Roi: il gagna auſſi ſes autres Officiers, en leur faiſant de grands avantages, qui durerent autant que ſa vie. Par l'entremiſe du même Sire de Leſcun, il fit encore la paix avec le Duc 1473.
de Bretagne à qui il aſſigna une groſſe penſion, à condition qu'il renonceroit à ſon alliance avec les Anglois & le Duc de Bourgogne. Après cela le Roi tira vers la Picardie, où il fit treve pour un an avec le Duc de Bourgogne.

Ce Prince qui avoit acquis le Duché de Gueldre & le Comté de Ferrete, s'étoit mis en tête de ſe faire déclarer Roi par l'Empereur. Il l'alla voir à Treves, & fut là un mois avec lui, aiant un train fort magnifique. Il croioit ſi ſurement, qu'il ſeroit couronné Roi de la Gaule Belgique, qu'il avoit déja fait faire une couronne, un ſceptre & les autres ornemens Roiaux. Il offroit ſa fille en

---

ſacramentum ipſi fidei & obſequentiæ præſtiturum, dum ſibi ſecuritas incolumitaſque aſſereretur. Haſce conditiones ſtatim repulit Bellijocius, tandemque illas admiſit, & Armeniacenſis Lectoram ipſi tradidit, ſeſeque apparabat ad Regem adeundum: verum re ſecum maturius deliberata, cum nec injuria metueret, ne Rex ſecum aſperius ageret, cum juniore Leporetæo id egit, ut Lectoram ipſe ex improviſo caperet; quod etiam fecit, ac Bellijocium cepit cum plurimis aliis proceribus nobilibuſque. Tunc Rex numeroſiorem exercitum miſit, qui Lectoram obſedit: ad tres menſes obſidio protracta fuit: demumque Cardinalis Albigenſis pacta cum Comite iniit, eadem qua prius ſecuritate data. Lectoram Comes reddidit, portaſque aperuit. Regii milites intrant: in ingreſſu ingens oritur tumultus: poſteaque nulla ex pactis conditionibus ſervata fuit. Comes Armeniacenſis in ædibus ſuis trucidatus eſt, urbs direpta, incenſa, poſteaque ſolo æquata fuit. Armeniacenſis Comitiſſa in carcerem conjecta, paucis elapſis diebus abortum paſſa eſt: frater Comitis Lutetiam adductus in Sancti Antonii caſtellum incluſus fuit, ubi per annos quatuordecim manſit. Leporetæus item junior captus eſt, & in Pictavorum urbem adductus, cauſamque dicere coactus, ex Judicum ſententia capite truncatus fuit.

Interea Rex verſus Aquitaniam degebat, quam in poteſtatem ſuam redegerat. Eo animum & operam intendebat, ut Miniſtros fratris ſui ſibi devinciret, maximeque Leſcunium, qui Carolum Principem ad arbitrium regebat. Ipſi vero Convenarum Comitatum dedit, Præfecturaſque multas & ſtipendia largiſſima, quæ ad mortem uſque Regis accurate ipſi numerata fuere. Alios quoque Miniſtros allexit, & muneribus ſibi devinxit, ac penſionibus quas per totam vitam ſuam ſolvi curavit. Leſcunii opera pacem cum Duce Britanniæ fecit: cui etiam penſionem ampliſſimam aſſignavit, illa conditione ut nullam poſtea cum Anglis & Burgundiæ Duce ſocietatem haberet. Poſteaque Rex verſus Picardiam movit, ubi inducias ad annum fecit cum Duce Burgundiæ. *Le même.*

Hic vero Princeps qui Ducatum Gueldrienſem & Ferretæ Comitatum nuper acquiſierat, in animum induxerat, uti ſe Regem ab Imperatore declarari curaret. Illum vero Treviris verſantem convenit, ac per unum menſem cum ipſo manſit: magnifico cinctus comitatu ac clientela grandi, ſe Regem Galliæ Belgicæ ex Imperatoris decreto brevi coronandum eſſe adeo firmiter credebat, ut jam ſceptrum, coronam aliaque regia ornamenta apparata ſecum haberet. Filiam ſuam

mariage à Maximilien fils de l'Empereur : mais ſans aucune envie de la lui donner après qu'il auroit obtenu ſa demande. L'Empereur partit ſecretement, & laiſſa le Duc, qui ſe rendit au Comté de Ferrete, qu'il tenoit par engagement. Ses gens firent de grands ravages dans la campagne. Il alla paſſer les Fêtes de Noël à Briſac, & ſe rendit enſuite à Dijon.

Jean de Troie Auteur de la Chronique de Louis XI. dit qu'en ce tems Charles Duc de Bourgogne voulut faire empoiſonner le Roi Louis, qu'il ſe ſervit pour cela d'un nommé Hardi, à qui il devoit donner cinquante mille écus en récompenſe. Hardi fut pris & par Arrêt du Parlement, il fut écartelé : ſa tête miſe au bout d'une pique, ſes quatre membres portez aux quatre principales villes frontieres pour y être expoſez, ſon corps brûlé, ſes maiſons raſées ; en la place de celle où il étoit né, on mit une inſcription où le cas étoit expoſé.

On fit en ce tems-ci une autre montre de la Bourgeoiſie de Paris armée, qui ſe trouva au nombre de quatre-vingt ou cent mille hommes, tous revêtus d'une livrée. Ils furent mis en bataille devant les Ambaſſadeurs du Roi d'Aragon.

Le Roi Louis & le Duc Charles haiſſoient à mort le Connétable, qu'ils regardoient comme le principal auteur des dernieres guerres. Ils cherchoient le moien de s'en défaire. Pendant cette année de treve, les gens du Roi traitoient avec le Sire d'Imbercourt pour le faire périr. Les deux Princes firent un Traité, où ils promettoient, que le premier d'entre eux, qui pourroit le prendre, le feroit mourir dans la huitaine après la priſe.

Le Connétable averti de tout ce qui ſe braſſoit contre lui, demanda au Roi une entrevûë, & l'obtint, quoiqu'avec des conditions, qui paroiſſoient injurieuſes à ſon maître. L'entrevûë ſe fit ſur une chauſſée munie de fortes barrieres des deux côtez ſur une petite riviere. Le Connétable y vint armé & accompagné de trois cens hommes d'armes, & y attendit le Roi, qui vint après lui avec le Comte de Dammartin Grand Maître d'Hôtel de France, & ſix cens hommes d'armes. Le Connétable s'excuſant de ce qu'il étoit venu armé, dit que c'étoit par la crainte du Comte de Dammartin ſon ennemi capital. Il ſe récon-

---

Maximiliano Imperatoris filio in uxorem offerebat, ſed eo animo, ut poſtquam optatum impetraviſſet, nullam promiſſi rationem habiturus eſſet. Imperator autem Duce Burgundiæ derelicto, clam diſceſſit. Dux vero in Comitatum Ferretæ venit, quem pignore poſito tenebat. Pugnatores, qui cum ipſo erant, agros circumquaque devaſtarunt. Natalis porro Domini feſta Briſaci tranſegit, poſteaque Divionem ſe contulit.

Cronique de Louis XI. Joannes Trecenſis auctor Chronici Ludovici XI. narrat hoc tempore Carolum Burgundiæ Ducem, Ludovicum Regem veneno de medio tollere conatum eſſe. Ad hoc facinus, inquit, viro uſus eſt, cui nomen Hardius; ipſique in facinoris mercedem quinquaginta millia ſcutorum daturus erat. Hardius deprehenſus captuſque fuit : atque ex Curiæ Senatus decreto, quatuor in partes diſcerptus eſt; caput ejus ſummæ haſtæ infixum eſt : membra ejus quatuor in præcipuis quatuor urbibus ad extrema Regni ſitis expoſita ſunt : truncum corpus exuſtum, domus ejus numero plures ſolo æquatæ ſunt : in ea autem in qua natus ipſe fuerat inſcriptio poſita fuit, qua tota ſceleris ratio narrabatur.

Les mêmes. Hoc etiam tempore civium Pariſinorum arma geſtantium cenſus factus eſt, qui ad octoginta centumve millia hominum numerati ſunt, omneſque uno indumenti genere tecti comparuere. Inſtructa autem acie quaſi ad pugnam ordinati ſunt in conſpectu Oratorum Regis Aragoniæ.

Ludovicus Rex & Carolus Burgundiæ Dux, Conſtabularium de ſancto Paulo ſumme oderant, quem ſuperiorum bellorum auctorem & fomitem fuiſſe putabant; ejus ambo necem moliebantur. Hoc autem induciarum anno Regii Miniſtri cum Imbercurtio conſilia miſcuerunt, ut illum de medio tollerent. Ambo demum Principes pactum inierunt, quo ſibi mutuo pollicebantur, ſi in alterutrius manus incideret, ſe illum intra octo dierum ſpatium occidi curaturos. *Comines. Matthieu.*

Re comperta Conſtabularius, ab Rege poſtulavit ut ſibi in conſpectum ipſius venire liceret, optatum ille impetravit, iiſque conditionibus, queis Domini ſui Regis honor lædi videbatur. In conſpectum autem ambo venerunt ad aggerem clauſtro undique munitum ſupra quemdam fluvium. Conſtabularius armatus venit cum trecentis armorum viris : Regemque exſpectavit, qui poſt illum in aſſignatum locum ſe contulit cum Comite Domni-Martini Magno domus Regiæ Francicæ Magiſtro & ſexcentis armorum viris. Conſtabularius ut ab ſe culpam dimoveret, quod armatus & cum armatis viris Regem Dominum ſuum alloquuturus veniſſet, Regi dixit ſe cum tali apparatu eo loci ſe contuliſſe, quod Domnum-Martinum ſibi infenſum hoſtemque ſuum metueret. Reconcilia- *Les mêmes.*

cilia en apparence ; mais cela ne fit qu'augmenter la haine que le Roi avoit pour lui.

En ce même tems le Roi étant à Creil fit un Edit touchant les gendarmes de ſon Roiaume, & déclara que chaque lance n'auroit que ſix chevaux, trois pour lui, pour ſon page & pour ſon couſtillier, deux pour ſes deux archers, & un pour ſon valet ; qu'ils n'auroient plus de paniers pour porter leur harnois, & ne ſéjourneroient qu'un jour en chaque village. Il défendoit auſſi aux Marchands de vendre aux gens de guerre ou de leur prêter des draps de ſoie ou du camelot, ſur peine de perdre leur marchandiſe vendue : il leur défendit auſſi de vendre aux gens de guerre des draps de laine plus haut que trente-deux ſols pariſis l'aune.

Pendant la treve le Duc de Bourgogne alla lui-même ſe mettre en poſſeſſion du Duché de Gueldre que le Duc Arnoul lui avoit donné en desheritant ſon indigne fils Adolphe, qui l'avoit tenu longtems en priſon. Après avoir ainſi augmenté ſes Etats, il prolongea la treve avec le Roi : & ſe mêla dans la querelle des deux prétendans à l'Archevêché de Cologne, eſperant de peſcher en eau trouble, & ſe flattant que pendant ce débat il prendroit quelques places qui lui demeureroient après que l'affaire auroit été terminée. Il mit le ſiége devant Nuis, où il ſe morfondit longtems. L'Empereur Fréderic & d'autres Princes d'Allemagne aſſemblerent enfin une armée de beaucoup plus puiſſante que celle du Duc, qui cependant s'obſtinoit à continuer ce ſiége où ſon armée ſe ruinoit. Rien ne pouvoit le reſoudre à quitter ſon entrepriſe, croiant qu'il y alloit de ſon honneur. Les Anglois qui venoient à ſon ſecours avec une puiſſante armée, le ſollicitoient en vain de venir pour ſe joindre à eux après leur débarquement. 1474. Siege de Nuis.

Sans cet entêtement du Duc, & s'il avoit d'abord joint ſa grande armée à celle des Anglois, des plus nombreuſes qui euſſent débarqué en France, le Roi auroit eu bien de la peine à ſoutenir tant d'ennemis : car outre ceux-là, il en avoit un encore plus formidable, c'étoit le Duc de Bretagne, non par ſes forces, mais par les intelligences qu'il avoit dans le Roiaume avec pluſieurs Seigneurs & Princes mécontens. Il pouvoit faire, dit Comines, plus de mal en un

---

ta cum Rege gratia, ut quidem ipſi videbatur, diſceſſit. Verum ex iſtiuſmodi congreſſu, majori Rex Ludovicus adverſum illum odio conflagravit.

Eodem circiter tempore Rex, Credolii cum eſſet, edictum circa viros armorum Regni ſui promulgavit, declaravitque Lancearium quemque non pluſquam ſex equos ultra habiturum eſſe ; tres nempe ad uſum ipſius Lancearii, Ephebique ac *Cultellarii* ſui, duos pro ſagittariis duobus ſuis, unumque pro famulo, vetuitque ne ciſtas ultra haberent ad ſarcinas ſuas ; nec plus uno die manerent in quolibet pago. Mercatoribus etiam vetuit ne pannos ſericos vel ex caprinis pilis contextos militibus venderent vel commodarent, indicta pœna, ut ſi id auderent mercium ſuarum precium amitterent. Prohibuit etiam ne militibus pannos ex lana contextos majori precio venderent, quam triginta duorum ſolidorum Pariſinorum ad ulnas ſingulas.

Induciarum tempore Dux Burgundiæ in Gueldriam profectus eſt, ut Ducatus iſtius poſſeſſionem ſibi firmaret, quem Arnulphus Dux ipſi dederat, excluſo indigniſſimo filio ſuo Adolpho, qui patrem in carcere diu detinuerat. Cum ita ditionem auxiſſet ſuam inducias cum Rege pactas prorogavit, & cum rixa ſuborta eſſet inter duos qui de Colonienſi Archiepiſcopatu contendebant, in hanc ſe ille diſſenſionem immiſcuit, ſperans ſe pro altero ex digladiantibus pugnantem, ſi qua oppida & caſtra caperet, ubi lis compoſita foret, ſibi eadem reſervaturum eſſe. Noveſium itaque obſidione cinxit, ibique diuturnos ſubiit labores. Fredericus tandem Imperator, aliique Germaniæ Principes copias collegerunt exercitu Ducis longe numeroſiores. Ille tamen in obſidione perſeverabat, etſi exercitus ejus ex quotidianis laboribus, & ex commeatus difficultate in dies minuebatur. Nulla poterat ratione adduci ut ſuſceptam rem miſſam faceret. Putabat enim, ſi ſolveret obſidionem id dedecori ſibi fore. Angli qui cum prævalido exercitu opem ipſi laturi veniebant, fruſtra monebant illum, quamprimum veniret, ut exſcenſu facto copias illi ſuas cum Burgundiorum exercitu jungerent.

Niſi tanta fuiſſet Ducis Burgundiæ pertinacia, & ſi ille ſtatim exercitum ſuum junxiſſet Anglorum copiis, queis numeroſiores vix unquam in Franciam tranſmiſerant ; Ludovicus tot hoſtes propulſare vix potuiſſet. Præter hos enim, alius formadabilior exſpectandus erat, nempe Dux Britanniæ, non ex viribus quidem ſuis, ſed ex clandeſtino cum multis Principibus & Regni primoribus, qui Ludovico Regi infenſi erant, conſenſu. Plura damna inferre poterat, in- Les mêmes.

mois que les Anglois & Bourguignons n'en feroient en ſix. Quoique le Duc de Bretagne eut fait ſa paix avec Louis ; cette paix n'étoit pas ſi ſtable, que le Duc ne fut prêt de ſe tourner contre le Roi, quand il y trouveroit ſon compte.

Tout ce grand appareil n'eut aucun effet, tant par la mauvaiſe conduite du Duc de Bourgogne, que par l'addreſſe & les intrigues du Roi Louis. Il lui ſuſcita d'abord René Duc de Lorraine, qui entra à main armée dans le Luxembourg & y prit une place appellée Pierre-Fort. Louis après avoir fait la paix entre les Suiſſes & les villes de Baſle & de Straſbourg, porta les Cantons à faire la guerre en Bourgogne. Il fit encore la paix entre les Suiſſes & Sigiſmond Duc d'Autriche, & lui perſuada de reprendre le Comté de Ferrete, qu'il avoit engagé au Duc de Bourgogne pour cent mille florins. Sigiſmond ſurprit une nuit Hengenbac que le Bourguignon avoit établi Gouverneur de ce Comté, & lui fit couper la tête à cauſe de ſes violences.

Guerre contre les Suiſſes.

Le Duc Charles fort irrité de la mort d'Hengenbac executé comme nous venons de dire, commanda au Maréchal de Bourgogne de ſe rendre au Comté de Ferrette avec des troupes, pour en tirer vengeance. Le Maréchal ſe mit en campagne, ſe rendit auprès de Montbeliard, & fit ſommer le Gouverneur de lui rendre la place, le menaçant que s'il ne la lui remettoit, le Duc ſon maître feroit un mauvais parti au Prince de Virtemberg, qu'il avoit fait prendre auprès de Luxembourg. Le gouverneur répond, que ce Prince n'étoit pas priſonnier de bonne guerre, & qu'il garderoit cette place pour ſes freres, ſans s'étonner des menaces qu'on lui faiſoit. Le Maréchal alla ravager le Comté de Ferrete. Ceux de Baſle & les autres Cantons des Suiſſes leverent des gens pour donner la chaſſe à ces Bourguignons. Ils déclarerent la guerre au Duc de Bourgogne, & allerent aſſieger Hericourt, qui appartenoit au Maréchal de Bourgogne. Le Maréchal vint avec dix mille hommes ; mais il fut battu par les Suiſſes & obligé de ſe retirer avec perte de plus de deux mille hommes. Etienne Hengenbach frere de celui qui avoit été décapité rendit la place par compoſition, & à condition que les aſſiegez auroient la vie ſauve : mais pluſieurs de ceux-ci furent conduits à Baſle, & brulez tout vifs, covaincus *de Sodomie, forcement de femmes, & pour avoir profané les Egliſes, foulé aux pieds le ſaint Sacrement,*

---

quit Comiræus, unius menſis ſpatio, quam Angli & Burgundiones per ſex integros menſes. Etſi namque Dux Britanniæ pacem fecerat cum Ludovico Rege, non ita firma erat pax illa, metuendumque erat ne Dux & arma & conſilia ſua illo converteret, ſi quid inde lucri ſibi obventurum ſperaret.

Les mêmes. Tantus autem ille belli apparatus in nihilum abiit, tum ex inconſiderata Ducis Burgundiæ agendi ratione, tum etiam ex arte & induſtria Ludovici Regis. Renatum enim ille Lotharingiæ Ducem in Burgundionem concitavit. In Luxemburgi tractum Renatus manu pugnatorum inſtructus ingreſſus eſt, & munitionem Petrum-Fortem appellatam expugnavit. Ludovicus etiam poſtquam pacem conciliaverat Baſileam Argentinamque urbem inter & Helvetios : hoſce poſtremos ad bellum in Burgundiam inferendum concitavit & induxit. Pacem etiam fecit inter Helvetios & Sigiſmundum Auſtriæ Ducem, ſuaſitque ipſi Sigiſmundo ut Ferretæ Comitatum quem Duci Burgundiæ, accepto centum millium florenorum pignore tradiderat, reſumeret. Sigiſmundus vero noctu & ex improviſo cepit Hengenbacum, quem Præfectum Comitatus iſtius Dux Burgundiæ conſtituerat; ipſique ob ea quæ violenter geſſerat, caput præcidi juſſit.

Les mêmes. Dux Carolus, audita Hengenbachi nece, ira ſuccenſus, Mareſcallo Burgundiæ mandavit, ut ejus ulciſcendæ necis cauſa Ferretæ Comitatum invaderet, Mareſcallus vero cum numeroſa manu movit, & prope Montem Belligardi ſe contulit, atque oppidi Præfecto denunciari juſſit, niſi ſibi caſtrum dederet, Ducem Burgundiæ malo affecturum eſſe Principem Virtembergium, quem prope Luxemburgum apprehendi curaverat. Reſpondit Præfectus, Principem Virtembergium non jure belli captum fuiſſe, ſeque Fratribus ipſius Principis oppidum ſervaturum, nec minis unquam ab hoc officio avocandum eſſe. Mareſcallus vero Ferretæ Comitatum devaſtare cœpit. Baſileenſes porro, aliique Helvetiorum pagi, collectis pugnatoribus, ad Burgundiones depellendos ſeſe appararunt, bellumque Duci Burgundiæ indixere, & Hericurtium oppidum Mareſcalli Burgundiæ obſederunt. Ille vero opem laturus venit cum decies mille armatis viris; ſed ab Helvetiis pulſus & duobus ſuorum millibus amiſſis, receptui canere coactus eſt. Stephanus de Hengenbacho frater illius, qui capite plexus fuerat, oppidum dedit, illa conditione, ut præſidianis vita concederetur. At ex illis complures Baſileam adducti ſunt, incendioque periere convicti ſcelerum, ſodomiæ, violatarum mulierum, profanatarum Eccleſiarum, pedibus calcati ſanctiſſimi Sa-

brûlé, aſſaſſiné, &c. Les Suiſſes prirent encore Blammont & quelques autres places, & les Bourguignons brûlerent autour de Montbeliard quarante villages.

Les Allemans & les Suiſſes ſe plaignirent de ce que le Roi Louis qui les ſollicitoit ſans ceſſe à faire la guerre au Duc de Bourgogne, demeuroit les bras croiſez, & les regardoit faire. Il n'y avoit que la treve, qui l'empêchoit d'agir, & comme elle expira bien-tôt après, il ſe mit auſſi en campagne, comme nous allons voir.

Au mois de Janvier un Franc-Archer qui étoit fort travaillé de la pierre, convaincu de pluſieurs crimes, fut condamné à être pendu. Les Médecins & Chirurgiens demanderent ce criminel pour inciſer ſon corps vivant, & mieux connoître par là les cauſes de ce mal, dont bien des gens étoient alors fort tourmentez. Cela leur fut accordé. Ils firent leurs inciſions & acquirent par là bien des connoiſſances. Après cela ils recouſurent les plaies, dont l'Archer fut guéri dans quinze jours. Il fut abſous de ſes crimes, & on lui donna même quelque argent. C'eſt je crois la premiere fois que nos Hiſtoriens parlent de ces ſortes d'operations.

Le Roi Louis fort devot à Charlemagne, ordonna qu'on célebreroit ſa Fête le 28. Janvier. Elle ſe célebre encore aujourd'hui en bien des Egliſes.

La treve étant expirée, le Roi prit Mondidier, Roye & Corbie, & tenta inutilement de prendre Arras. La garniſon fit une ſortie ſur les gens du Roi, qui la repoufferent vivement; mais la ville ne fut pas priſe. A cette ſortie fut pris le frere du Connétable Jâques de S. Paul, qui étoit au ſervice du Duc de Bourgogne. Le même Connétable reçut en ce tems-là ordre du Roi d'aſſieger Avêne en Hainaut. Il s'en acquita fort négligemment, & leva le ſiége au bout de deux ou trois jours. Il perdit en ce tems-là ſa femme, ſœur de la Reine, ce qui dérangea beaucoup ſes affaires, car la Reine en conſideration de ſa ſœur, le maintenoit toujours auprès du Roi. Le Comte de Rouſſi ſon fils gouverneur de Bourgogne fut auſſi pris vers le même tems. Les affaires tournoient mal pour lui. Malgré tout cela, il tâchoit toujours de tromper en même tems & le Roi & le Bourguignon, qui continuoit le ſiége de Nuis à la face d'une armée d'Ale- 1475.

---

cramenti, incendiorum, homicidiorum &c. Helvetii vero Album-montem etiam ceperunt, aliaque caſtra. Burgundiones quoque circa Montem Belligardi, quadraginta vicos incendio tradiderunt.

[...]thieu. Germani atque Helvetii de Ludovico Rege admodum conquerebantur, qui cum illos ſollicite & perpetuo urgeret ad bellum Duci Burgundiæ inferendum, otioſus illos pericula ſubeuntes & decertantes ſpectabat. At illum pactæ induciæ ne bella moveret cohiberet. Brevi autem poſtea induciarum tempus exiit, & tunc ille arma ſumſit, ut mox videbitur.

[Ch]ronique [...] Louis. Menſe Januario anni 1475. Sagittarius quiſpiam qui calculo admodum laborabat, multis ſceleribus obnoxius deprehenſus, ex Judicum ſententia ſuſpendio periturus erat. Medici porro & Chirurgi illum viventem tradi ſibi poſtularunt, ut inciſiones in corpore ejus facerent, & morbi naturam accuratius noſſe poſſent, quo morbo tunc temporis multi cruciabantur. Id illi facile impetrarunt. Inciſionibus autem factis mali naturam & modos melius intellexerunt, inflictaſque plagas poſtea conſuerunt; poſt quindecim vero dies Sagittarius ille convaluit & a patratis ſceleribus abſolutus, quadam etiam pecuniæ ſumma donatus eſt. Hac prima vice, ni fallor, apud Scriptores hiſtoriæ noſtræ talium operationum mentio occurrit.

Rex Ludovicus pio affectu erga Carolum Magnum commotus, ejus feſtum celebrari juſſit 28. Januarii. Qui feſtus dies hactenus in Eccleſiis multis celebrari ſolet.

Cum induciarum tempus deſiiſſet Rex Montem-Deſiderii, Roiam & Corbeiam cepit, etiamque Atrebatum occupare tentavit. Præſidiarii in Francos eruperunt; ſed cum cæde & jactura ſuorum repulſi ſunt; urbs tamen capta non fuit. In illa eruptione captivus abductus fuit Jacobus de S. Paulo, Conſtabularii frater, qui pro Burgundiæ Duce militabat. Idem vero Conſtabularius ab Rege juſſus eſt Avennam in Hannonia obſidere. Rem ille oſcitanter admodum egit, ac poſt duos treſve dies obſidionem ſolvit. Tunc autem uxorem ſuam, Reginæ Francorum ſororem, amiſit, qua re Conſtabularii conditio pejor evaſit; nam ſororis opera Regina ne Rex in Conſtabularium ſæviret, aliquantum impedire poterat. Comes etiam Ruſſiacenſis Conſtabularii filius, in Burgundia Præfectus, hoc tempore captus fuit. Hæc omnia ſiniſtrum quidpiam portendere videbantur. Attamen ille ſemper fallere conabatur, & Regem & Ducem Burgundiæ, qui in obſidione Noveſii jamdiu detinebatur, præſente Ger- C[...] Matthieu.

mans beaucoup plus grande que la ſienne. La place étoit réduite à l'extrêmité, après le ſiege de près d'une année.

Cependant il fut obligé de lever le piquet, vivement preſſé par le Roi d'Angleterre, qui venoit à ſon ſecours avec une grande armée, & qui comptoit de la joindre à celle du Duc après ſon débarquement. D'un autre côté apprenant que le Roi ſe ſaiſiſſoit tous les jours de ſes places de Picardie, il vit que ſa preſence y étoit néceſſaire pour empêcher qu'il n'y fit de plus grands progrès. Il fit donc ſa paix avec l'Empereur. Nuis fut mis entre les mains du Légat, pour en faire ce que le S. Siége ordonneroit.

Le Roi Edouard avec ſa grande armée arriva enfin & envoia déclarer la guerre à Louis, le ſommant de lui rendre le Roiaume de France. Le Roi tira à part le Heraut envoié par Edouard, lui fit beaucoup de careſſes & de preſens & lui dit d'avertir le Roi ſon Maître, que le Bourguignon, qui l'avoit fait venir à ſon ſecours, avoit ruiné ſon armée à un long ſiége, & étoit hors d'état de tenir la campagne; qu'il ne l'avoit fait venir que pour faire ſa condition meilleure avec le Roi de France, & qu'après qu'il auroit bien fait ſes affaires, il le laiſſeroit-là, que le Connétable qui lui promettoit de lui donner entrée dans les places qu'il occupoit, ne diſoit cela que pour le tromper lui & le Duc de Bourgogne: que la ſaiſon étant déja fort avancée, il ſeroit obligé de paſſer un hiver à ſe morfondre ſans rien faire, au lieu que s'il vouloit traiter dès à preſent avec lui, il lui feroit des avantages dont il ſeroit content.

Deſcente du Roi Edouard en France.

La Chronique de Louis XI. dit qu'il fit preſent au Roi Edouard du plus beau courſier, qu'il eut en ſon écurie, & qu'il lui envoia depuis un âne, un loup & un ſanglier. Cela étoit apparemment accompagné de quelque apologue ou fable, qui regardoit les affaires preſentes. Louis avoit alors plus de cent mille hommes ſur pied: mais comme il y avoit encore dans le Roiaume un grand nombre de mécontens prêts à lever l'étendard contre lui ſi l'occaſion s'en preſentoit, la prudence vouloit, qu'il renvoiât Edouard dans ſon Iſle autrement que par la force des armes. Il mande alors au Connétable de le venir joindre, pour l'aider à défendre ſon Etat, lui promettant de bien récompenſer ſes ſervices. Le Connétable qui n'avoit garde de s'y fier, lui répondit en des termes

---

manorum exercitu, Burgundionum copiis numero longe ſuperiore. Oppidum jam ad extrema deductum erat, poſtquam obſidio ad annum pene unum extracta fuerat.

Et tamen ille re infecta iſthinc proficiſci compulſus eſt, inſtante Rege Angliæ, qui cum grandi exercitu ad opem ipſi ferendam fretum trajiciebat, quique in exſcenſu Ducis exercitum cum ſuo jungere parabat. Aliunde etiam compertum habebat Ludovicum Regem quotidie Picardiæ urbes & oppida expugnare, expedireque ſibi videbat ut illo ſe conferret, ut Regi obſiſteret: quapropter cum Imperatore pacem fecit. Noveſium in manu Legati Pontificis depoſitum fuit, ut ſecundum Summi Pontificis placitum illo diſponeret.

Eduardus tandem cum exercitu ſuo Caletum appulit, & Ludovicum Regem ad bellum provocatum miſit, ac denunciatum ut ſibi Regnum Francorum reſtitueret. Rex præconem ab Eduardo miſſum ſeorſim duxit, verbis placidis ac muneribus delinivit, dixitque ei ut ſubmoneret Dominum ſuum Regem, quo pacto Burgundio qui ipſum ad opem evocaverat, exercitum ſuum pene totum attriviſſet in tam diuturna obſidione, & jam armatus vix prodire poſſet. Qui Burgundio ideo ipſum evocaverat, ut meliore conditione cum Rege Francorum paciſceretur: qua re ex voto peracta, Eduardum dimiſſurus erat. Comitem vero Sancti Pauli dicebat non alia de cauſa, polliceri ſe in oppida & urbes quas occupabat Anglos recepturum eſſe, quam ut Eduardum & Burgundionem deciperet: cum autem jam hiems appeteret, eo redactum iri Eduardum ut in otio hiberna tranſigeret: ſin vero jam ſecum paciſci vellet, eas ſe oblaturum eſſe conditiones, quæ haud dubie Eduardo eſſent placituræ.

In Chronico Ludovici XI. dicitur illum Eduardo miſiſſe elegantem veredum, & ſub hæc etiam, aſinum, lupum & aprum: hæc porro miſſa fuere, ut omnino videtur, cum quodam apologo ſeu fabula ad præſentem rerum conditionem ſpectante. Ludovicus vero tunc plus quam centum mille pugnatores paratos habebat; ſed quia multi adhuc in Regno, ſibi animo infenſi & movendi occaſionem captantes erant; id prudentia exigebat ut Eduardum alio quam pugnandi & belli fortunam tentandi modo in inſulam ſuam remeare provideret. Tunc jubet Conſtabularium ſe convenire, ut unà ſecum propulſandis Regni ſui hoſtibus advigilet, munera pollicens, ſi ſtrenue rem gerat. Conſtabularius neque abs re ſibi timens, demiſſioribus verbis reſpondet venturum ſe, ſi ſacramento

fort

fort humbles, qu'il viendroit pourvû qu'il lui jurât ſur la Croix de S. Laud, qu'il ne lui feroit ni ne permettroit qu'on lui fit aucun mal. L'opinion commune étoit, que qui juroit ſur la Croix de S. Laud, & ſe parjuroit, étoit ſûr de mourir avant la fin de l'année. Le Roi lui fit dire qu'il avoit juré de ne jamais faire un tel ſerment; mais qu'il étoit prêt de jurer en toute autre maniere. Le Connétable qui ſavoit qu'il avoit autrefois juré ſur cette Croix, ne voulut point ſe fier à tout autre ſerment.

Edouard vit bien-tôt qu'une bonne partie de ce que le Heraut lui avoit rapporté étoit vrai. Le Duc de Bourgogne vint le trouver à Calais en fort petite compagnie, laiſſant ſon armée toute délabrée dans le Barrois & dans la Lorraine: & à quelque tems de là les Anglois s'étant preſentez devant S. Quentin, le Connétable fit jouer l'artillerie ſur eux, & il y en eut pluſieurs de tuez.

Les diſpoſitions étant favorables, le Roi envoia à Edouard un Heraut qui lui repreſenta les mêmes choſes, & lui demanda un ſaufconduit pour les Ambaſſadeurs qui devoient traiter avec lui. L'Anglois reçut fort bien le Heraut, donna le ſaufconduit & nomma des Ambaſſadeurs pour traiter de la paix, ou d'une treve entre les deux Rois. La treve fut concluë à Pequigni pour neuf ans. Outre la ſomme de 72000. écus que le Roi Louis donna d'abord à Edouard; on arrêta le mariage du Dauphin Charles avec la fille du même Roi. Pour l'entretien de la future épouſe Louis devoit donner ou le Duché de Guienne, ou cinquante mille écus tous les ans, & il s'arrêta au dernier membre de l'alternative.

Treve faite entre Louis XI. & Edouard IV.

Ce Traité fut fait malgré les oppoſitions du Duc de Bourgogne. Le Roi Louis fit preſent à Edouard de trois cens chariots de vin le plus exquis: il fit dreſſer des tables dans Amiens, où l'on donnoit largement à manger & à boire à tous les Anglois qui s'y preſentoient. Les deux Rois s'entrevirent: Edouard en s'approchant du Roi Louis, *ôta ſa barrete, & s'agenouilla comme à demi pied de terre; le Roi lui fit auſſi grande reverence*, dit Comines. Après quoi ils ſignerent le Traité & s'entrejurerent foi & amitié. Edouard repartit avec ſon armée pour l'Angleterre.

Le Roi fit auſſi une treve pour neuf ans avec le Bourguignon. Les deux Princes s'accorderent enſemble de perdre le Connétable de S. Paul. Il en eut le vent,

---

ſupra crucem Sancti Laudi dato ſeſe obſtringeret ut ne ſibi quidpiam mali inferret vel inferri ſineret. Ea autem erat vulgaris opinio, eum qui ſupra crucem Sancti Laudi juraret ac pejeraret, ante ejuſdem anni exitum haud dubie moriturum eſſe. Renunciavit ipſi Rex ſe juramento facto teneri, ut tali ſacramento nunquam uteretur; ſed aliud quodvis ſacramentum ſe adhibiturum eſſe offerebat. At Conſtabularius cum ſciret Regem aliquando ſupra crucem iſtam ſacramentum emiſiſſe, alii ſacramento fidere noluit.

Les mêmes. Haud multum poſtea vidit Eduardus maximam partem eorum, quæ a Ludovico dicta preco retulerat, veram eſſe. Dux Burgundiæ ipſum Caletum convenit, paucis ſtipatus militibus. Exercitum namque ſuum attritum & imminutum in Barenſi tractu & in Lotharingia reliquerat, & modico deinde elapſo tempore, cum Angli verſus Sancti Quintini urbem acceſſiſſent, Conſtabularius tormentis ipſos bellicis impeti juſſit, illorumque plurimi cæſi ſunt.

Les mêmes. Cum Ludovico res pro voto cedere viderentur, mitit ille Eduardo preconem, qui eadem fere ipſa, quæ ſupra diceret, & ſecuritatis reſcriptum peteret, ut poſſent ipſi Oratores mitti ad tractandam pacem. Eduardus preconem perhumaniter excepit, reſcriptum dedit, & Oratores ipſe quoque nominavit, qui vel de pace vel de induciis agerent. Pactæ autem ſunt Pequimaci induciæ ad annos novem. Præter ſummam ſeptuaginta duorum millium ſcutorum, quam ſtatim Eduardo Ludovicus numeravit; ſtatutum fuit Delphini Caroli connubium cum filia Eduardi Regis. Futuræ autem ſponſæ aſſignabat Ludovicus aut Aquitaniæ Ducatum, aut annuam quinquaginta millium ſcutorum ſummam, quam poſtremam partem Ludovicus admiſit & aſſeruit.

Les mêmes. Sic inita pactio fuit, nequicquam repugnante Burgundiæ Duce. Rex autem Ludovicus Eduardo Regi trecentos carros exquiſiti vini obtulit. Menſas vero Ambiani apparari juſſit, omni cibariorum genere onuſtas, ubi Angli omnes, quotquot obvii erant vel accedebant, cibo & potu largiter ingurgitabantur. Ambo etiam Reges in mutuum conſpectum venerunt. Eduardus ad Ludovicum accedens, ad terram pene genua flexit. Rex quoque ipſum cum reverentia adiit, inquit Cominæus, poſteaque initæ pactioni ambo ſubſcripſere, & ſacramento adhibito fidem & amicitiam ſibi mutuo polliciti ſunt. Eduardus vero in Angliam iter ſuſcepit.

Les mêmes. Etiam cum Burgundiæ Duce Ludovicus inducias pepigit ad novem annos, unaque conſenſerunt ambo extremam perniciem eſſe Conſtabulario inferen-

& fut longtems en déliberation ſur le parti qu'il avoit à prendre. Il écrivit au Roi pour juſtifier ſa conduite : il tâchoit de lui perſuader que tout ce qu'il avoit fait contre le Duc de Bourgogne & contre le Roi Edouard lui avoit attiré la haine de ces deux Princes, qui n'avoient rien omis pour le noircir auprès de ſon Roi, auquel il avoit toujours été fidele, quoique ſes ennemis puſſent dire. Louis le connoiſſoit trop pour y être pris. Il lui fit réponſe ſur le même ton, en feignant qu'il étoit perſuadé de ſa droiture & de ſes bonnes intentions. Il ajoûtoit, dit un Hiſtorien, qu'il ſe trouvoit alors fort embarraſſé dans de grandes affaires, & que pour les démêler il auroit beſoin de ſa tête. Puis ſe tournant vers Havard député du Roi Edouard, qui étoit preſent lorſqu'il dictoit cette lettre : *je n'entens point que nous euſſions le corps, mais bien la tête*, lui dit-il. Son Meſſager ne comprit pas ce que cela vouloit dire. Mais le Connétable vit bien que le Roi avoit juré ſa perte.

Il penſa d'abord à s'enfuir en Alemagne avec ſon argent & ce qu'il avoit de plus précieux; ç'eût été le meilleur parti pour lui. Il ſe détermina enfin à ſe refugier dans les Etats du Duc de Bourgogne, qui faiſoit alors la guerre au Duc de Lorraine. Il ſe retira à Mons. Le Roi averti de ſa fuite, fit d'abord ſaiſir la ville de S. Quentin, occupée & mal défendue par les gens du Connétable; & envoia ſommer le Duc de Bourgogne qui aſſiegeoit Nanci de le lui remettre, comme ils en étoient convenus. Le Duc qui n'avoit nulle envie de le livrer au Roi, tergiverſa longtems : il le fit ſaiſir & transferer à Peronne. Enfin preſſé vivement par le Roi, il donna ordre qu'on le livrât à ſes gens, qui le menerent à Paris. Trois heures après que ſes gens l'eurent livré, ils reçurent défenſe de le faire; mais le contre-ordre vint trop tard. Il fut mis à la Baſtille. On lui fit promtement ſon procès; il fut convaincu de beaucoup de perfidies & de trahiſons, & condamné à avoir la tête coupée. La Sentence fut executée en Greve le 19. Décembre 1475. Cette execution eſt décrite fort au long par la Chronique de Louis XI.

Le Connétable de S. Pol eſt executé.

Le Duc Charles prend la Lorraine.

Le Duc de Bourgogne prit Nanci & conquit toute la Lorraine. Le Roi lui remit S. Quentin, Ham, Bouchain, & toute la dépouille du Connétable qui

---

dam. Ea ille de re ſubmonitus fuit, diuque deliberans, quid conſilii capturus eſſet cogitabat : literas Regi ſcripſit, queis ſeſe ſuaque geſta purgaret, ipſiſique ſuadere conabatur ea quæ ipſe contra Burgundiæ Ducem & contra Regem Eduardum fecerat, ambos Principes contra ſe exaſperaviſſe, & ſui odio ductos illos nihil non egiſſe ut Regi ſuo peroſum ipſum redderent, ſe tamen ipſi addictum & fidelem fuiſſe, etſi contraria inimici ſui affirmabant. Notior erat Ludovico Conſtabularius, quam ut hiſce verbis vel caperetur vel deliniretur; reſponditque illi, eadem ſimulandi arte uſus, ſibi probitatem ipſius, & ſinceram agendi rationem cognitam eſſe : addebatque, ut ait quidam hiſtoriæ Scriptor, ſe tunc negotiis ingentibus implicatum eſſe, atque ad illa expedienda ſibi ipſius Conſtabularii capite opus eſſe. Deinde Rex ad Havardum Eduardi Regis nuncium ſe convertens, qui præſens erat dum hanc Rex dictaret epiſtolam : Non corpus ejus, inquit, me optare dico, ſed caput. Nuncius autem Conſtabularii id non intellexit. At his auditis Conſtabularius ſibi perniciem moliri Regem non dubitavit.

Les mêmes. Statim autem fugam in Germaniam meditabatur, cum auro & cimeliis ſuis precioſioribus, & hæc cautio tutior fuiſſet; tandemque in terras ditionis Burgundiæ Ducis ſe recepit, qui tunc Lotharingiæ Duci bellum inferebat. Montes autem in Hannonia Conſtabularius venit. Cum fugam illum feciſſe Rex comperiſſet, ſancti Quintini urbem occupari juſſit, quam tenebant pro Conſtabulario milites quidam, qui invadentibus ſe vix obſtitere. Tunc Rex a Duce Burgundiæ, qui Nanceium obſidebat, poſtulavit, uti ſibi Conſtabularium traderet, prout ipſe pollicitus erat. Dux vero qui illum Regi dedere nolebat, diu diſtulit, moraſque traxit, ac denique illum Peronam transferri juſſit. Demum Rege vehementiſſime inſtante, juſſit Dux Conſtabularium miſſis ab Rege hominibus tradi, qui illum Lutetiam adduxere. Elapſis tribus horis poſtquam ille traditus fuerat, literæ Ducis advenere, queis vetabat ille ſuis ne Canſtabularium traderent, ſed tardius acceſſere nuncii. Conſtabularius igitur in caſtellum portæ Sancti Antonii truſus eſt : cauſamque coram Judicibus dicere compulſus cum oblata perfidiæ & proditionis crimina depellere non poſſet, damnatus, in platea, quæ Gravia dicitur, capite plexus eſt decima-nona Decembris anno 1475. Hæc hiſtoria fuſiſſime deſcribitur in chronico Ludovici XI.

Dux Burgundiæ Nanceium totamque Lotharingiam cepit. Rex vero ipſi, ut pollicitus erat, ſanctum Quin- *Les mêmes.*

lui avoit été promise. Le Duc mettoit toute sa confiance au Comte de Campobasse du Roiaume de Naples : c'étoit un traître qui venoit d'offrir au Roi de tuer le Duc, ou de le livrer entre ses mains, s'il vouloit lui faire un parti avantageux. Louis eut horreur d'une telle perfidie & en fit donner avis au Duc, qui n'y ajouta point de foi à son grand malheur. 1476.

Après avoir conquis la Lorraine il marcha contre les Suisses, qui craignant d'être accablez par un si puissant ennemi, lui firent toutes les offres imaginables pour avoir la paix. Guidé par son malheur il rejetta toutes ces propositions, prit quelques petites places & assiegea Granson, qui résista quelques jours, & se rendit à discretion. Le Duc fit tout tuer, ou selon d'autres il en fit pendre quatre-vingt, noier deux cens & mit les autres à rançon. Les Suisses qui s'étoient assemblez pour secourir Granson, donnerent sur son avantgarde, qui fit volte-face pour joindre l'armée qui étoit éloignée. Ceux qui venoient après ces premiers prirent cela pour une fuite. La terreur se mit dans toute l'armée qui alla en déroute sans presque aucune résistance.

Est défait par les Suisses.

Les Suisses reprirent Granson, dépendirent ceux de leur nation que le Duc avoit fait pendre, & pendirent avec les mêmes cordes autant de Bourguignons. Ils furent maîtres du champ de bataille & de tout le bagage. Le butin monta à plus de trois millions en or & argent, en pierreries & autres choses de prix. Les victorieux qui vivoient ci-devant dans une extrême simplicité, connoissoient si peu le prix de ces choses, qu'ils donnoient l'or pour du cuivre & l'argent pour de l'étain. Ils mettoient en pieces les pavillons de drap d'or pour en habiller leurs femmes & leurs enfans. Le gros diamant du Duc, qui étoit d'un prix inestimable fut donné pour un florin à un Prêtre, qui le vendit trois livres. Il tomba depuis entre les mains d'un Genevois de Lion qui le vendit onze mille florins ; enfin le Pape Jules II. l'acheta vingt mille. Les autres pierreries furent données à fort vil prix.

Le Roi Louis n'avoit garde d'oublier de châtier Jâques d'Armagnac Duc de Nemours, qui s'étoit joint aux Princes liguez pour le bien public, avoit plusieurs

---

tinum, Hamum, Buchanium, & quidquid ad Constabularium pertinuerat, tradidit. Dux vero Burgundiæ admodum fidebat Comiti Campobassio Neapolitani Regni procere. Hic autem proditor erat, qui Regi Ludovico promiserat se Ducem vel interfecturum, vel in manus ipsius traditurum esse, si tamen se mercede tanto officio debita donare vellet. Ludovicus tantæ perfidiæ horrore ductus, Ducem ea de re submonuit, qui in perniciem suam dictis Regis fidem non habuit.

Les mêmes

Cum Lotharingiam sibi Dux Burgundiæ subegisset, contra Helvetios movit, qui a tam potente adversario se mox obruendos esse metuentes, quæ offerri poterant omnia Duci obtulere ut pacem sibi conciliarent. Ille vero, invida fortuna suadente, oblata omnia rejecit, aliquot castra cepit, & Gransonium obsedit : quod oppidum postquam Burgundionibus aliquantum obstiterat, deditionem ad Ducis arbitrium fecit. Dux omnes internecione delevit : vel ut alii narrant, octoginta suspendio perire, ducentos in aquis demergi jussit, aliosque captivos abduxit, donec redemtionis precium solverent Helvetii, qui una convenerant ut Gransonio ferrent opem, in primam Ducis aciem irruperunt, quæ cum a reliquo exercitu procul esset, ut suis jungeretur retro conversa est. Qui post primam aciem sequebantur, conversionem illam esse fugam arbitrati sunt : hinc totum exercitum terror invasit, omnesque fere sine pugna, fugam fecere.

Helvetii Gransonium recuperarunt ; illos ex suis qui suspensi fuerant, ex patibulo demiserunt, atque iisdem funiculis totidem Burgundiones suspenderunt. Pugnæ locum obtinuere cum commeatu & sarcinis. Manubiarum precium ad plusquam tricies centena millia librarum pertingere existimatum est, aurum spectando, argentum, gemmas & cætera quæque preciosa. Helvetii victores, qui tenuissimo sumtu famem propulsabant, rerum preciosarum adeo rudes erant, ut aurum pro ære, argentum pro stanno darent, tentoriorum pannos auro intertextos discerpebant, ut ex iis vestes uxoribus & filiis pararent. Magnus ille Ducis Caroli adamas, qui immensi precii esse putabatur, floreno uno vænit, & a Presbytero, qui emerat, trium librarum precio venditus fuit. Quidam Genevensis Lugduni habitans, undecies mille florenorum precio ipsum emit, & postea Julius II. Papa pro illo acquirendo viginti florenorum millia numeravit. Cæteræ quoque gemmæ vilissimo precio venditæ sunt. Matthieu.

Non is erat Ludovicus Rex, qui injurias sibi a Jacobo Armeniacensi Nemoresii Duce illatas oblivisci posset. Is enim sese fœderatis *pro bono publico* Princi-

fois violé ſes Traitez, & qui ſelon Matthieu avoit conſpiré avec le Connétable de ſe ſaiſir de la perſonne du Roi & du Dauphin. Il envoia le Sire de Beaujeu avec des troupes l'aſſieger au château de Carlat en Auvergne. Le Duc ſe rendit au Sire de Beaujeu, ſur l'aſſurance que le Roi lui pardonneroit le paſſé. Le Roi ne ſe croiant pas obligé au traité fait par le Sire de Beaujeu, le fit mettre en priſon à Vienne, d'où il fut transferé au château de Pierre-Enciſe, & de là à la Baſtille de S. Antoine, où il fut un an entier. On lui fit ſon procès devant le Sire de Beaujeu commis par le Roi. Il fut condamné à avoir la tête tranchée, & fut executé aux Halles le 4. Août 1477.

Le 13. de Juin de l'an 1476. le Sire de Brezé Sénéchal de Normandie, qui avoit épouſé Charlotte fille naturelle de Charles VII. & d'Agnés Sorel, ſurprit ſa femme en adultere avec un nommé la Vergne ſon Ecuier, & maſſacra l'un & l'autre.

La défaite de Granſon fit grand bruit & en même tems grand deshonneur au Duc. Ses alliez l'abandonnerent, le Duc de Milan, le Roi René de Sicile, la Ducheſſe de Savoie ſœur du Roi Louis, ſe tournerent tous vers le Roi de France, laiſſant-là le Bourguignon.

Le Roi René s'étoit ci-devant tourné du côté du Duc de Bourgogne, & après avoir perdu ſes trois fils, il avoit promis au même Duc ſes droits ſur le Roiaume de Naples & le Comté de Provence, dont Charles ſe diſpoſoit déja à ſe mettre en poſſeſſion. Mais René voiant que les affaires du Bourguignon tournoient ſi mal, vint trouver le Roi à Lion accompagné de Jean Coſſa Sénéchal de Provence qui porta la parole, & avoüa franchement au Roi Louis, que ſon maître par reſſentiment de ce qu'il retenoit ſes châteaux de Bar & d'Angers, & de ce qu'il le traverſoit dans toutes ſes affaires, s'étoit jetté du côté du Duc de Bourgogne, & lui avoit fait ceſſion de ſes droits, bien réſolu pourtant de tout remettre au Roi, s'il vouloit bien lui faire juſtice. L'air de ſincerité qui paroiſſoit dans ce diſcours plût au Roi. Il reçut le bon Roi René avec toutes les démonſtrations poſſibles d'amitié, & lui fit ſatisfaction ſur tout. En ſorte que charmé de ſes manieres, il l'aſſura, diſent quelques-uns, qu'il ajouteroit la Provence à ſa couronne, ce qui ne fut fait qu'après ſa mort. Le Duc Charles eut le chagrin de voir que tous les Princes l'abandonnoient pour ſuivre le parti du Roi Louis.

---

pibus junxerat, pactiones cum Rege initas non ſemel violaverat, atque, ut narrat Matthæus, cum Conſtabulario conſpiraverat, ut Regem & Delphinum comprehenderet. Miſit ergo Rex Bellijocium cum manu pugnatorum valida, obſeſſum illum in caſtello Cartilatenſi in Arvernia. Dux autem ſeſe Bellijocio dedidit illa conditione, ut Rex ſibi præteritas injurias condonaret. Rex vero pacta ſe inſcio a Belli-jocio inita nulla habens, ipſum Viennæ in carcerem trudi juſſit. Poſtea in caſtellum Petræ-inciſæ, indeque in caſtellum portæ ſancti Antonii Pariſinæ tranſlatus ille eſt, ubi per annum integrum manſit, demumque cauſam dicere juſſus eſt coram Belli-jocio ad eam rem ab Rege deputato, & damnatus tandem capite truncatus eſt in foro venalium Pariſino, die quarto Auguſti anno 1477.

Chronique, Decima tertia Junii anno 1476. Brezæus Normanniæ Seneſcallus qui Carolam ſpuriam filiam Caroli VII. & Agnetis Sorellæ duxerat, illam in adulterio deprehenſam cum Vernio quodam Scutifero ſuo, unà cum adultero interemit.

Comines Matthieu. Granſoniana clades famâ undique perlata eſt, ac Duci Burgundiæ magno dedecori fuit. Fœderati omnes ab illo defecerunt, Dux Mediolanenſis, Renatus, Siciliæ Rex, Duciſſa Sabaudiæ ſoror Ludovici Regis ad partes ejuſdem Ludovici, Burgundione relicto, confugerunt.

Renatus Rex antehac ab Rege defecerat ut ad partes Burgundionis tranſiret. Poſteaque cum tres filios ſuos amiſiſſet, Duci pollicitus erat jura ſua in Regnum Neapolitanum & Gallo-Provinciam, quam jam occupare tentabat Carolus; ſed cum videret Renatus rem Caroli peſſum ire, Lugdunum ubi tunc Ludovicus erat, ſe contulit, comitante ſe Joanne Coſſa Gallo-Provinciæ Seneſcallo, qui Oratoris vice functus, ſine fuco & fallaciis faſſus eſt Renatum indigne ferentem quod Ludovicus caſtella ſua Barenſe & Andegavenſe occuparet, quodque in cæteris infeſtus ſemper ſibi eſſet, ad Burgundiæ Ducem deflexiſſe, ipſique jura ſua omnia conceſſiſſe; ſed eadem repetendi & Ludovico Regi concedendi animo accedere, ſi ille ſecum ut æquitatis ratio poſtulabat ageret. Placuit Ludovico ſincera illa conquerendi ratio; Renatum ille cum grandi amicitiæ ſignificatione excepit, querelarum cauſas omnes ſuſtulit. Delinitus ergo Ludovici blanditiis Renatus, pollicitus ipſi eſt, ut quidam narrant, ſe Gallo-provinciam Francico Regno adjecturum eſſe; quæ tamen attributio nonniſi poſt Renati obitum peracta fuit. Burgundiæ Dux itaque non ſine mœrore vidit, univerſos, ſe deſerto, ad Lu- *Matthieu.*

Lui-même l'envoia prier, & en des termes fort humbles contre son ordinaire, de maintenir toujours la treve, ce qu'il lui accorda volontiers.

Cet infortuné Prince s'obstinant contre sa mauvaise fortune ramassa ses gens débandez, & voulut encore une fois tenter le sort d'une bataille. Il alla assieger Morat. Les Suisses assistez d'une grosse cavalerie Alemande & du Duc de Lorraine, à qui le Roi avoit fourni des troupes, vinrent une seconde fois lui donner bataille : l'armée du Duc fit peu de défense, & fut mise en déroute; comme la premiere fois, avec cette difference qu'à la premiere il y eut fort peu de gens tuez du côté du Duc : parce que les Suisses n'aiant presque point de cavalerie, ils ne purent longtems poursuivre ; ils l'avoient fort nombreuse au second combat, où elle tomba sur les fuyards & en fit une grande boucherie. Le nombre des morts monta, disoit-on, jusqu'à près de dix-huit mille. Les Suisses reprirent toutes les places dont le Bourguignon s'étoit saisi. *Seconde défaite.*

Le Duc desesperé de cette défaite, déchargea sa colere sur la Duchesse de Savoie sœur du Roi Louis. Elle étoit son alliée, & jusqu'à ce tems-là avoit favorisé le Duc contre le Roi son frere. Mais se doutant qu'elle se tourneroit du côté du Roi, il la fit arrêter & conduire au château de Rouvre auprès de Dijon. Elle trouva moien de s'évader avec un de ses fils, & s'en alla voir son frere à Tours, avec lequel elle se raccommoda. Le Duc comme forcené ne pouvant soutenir ces deux défaites tomba dans une si grande mélancolie, que sa santé en fut fort alterée. Il se retira dans la Bourgogne, où il fut dans l'inaction pendant six semaines.

Au mois d'Octobre de cette année, selon la Chronique de Louis XI. un nommé Jean Bon du payis de Galles, à la sollicitation du Duc de Bourgogne, conspira d'empoisonner le petit Dauphin. Il fut découvert, & condamné à avoir la tête tranchée. Le Prevôt, sans doute par ordre du Roi, lui laissa l'option ou d'être executé, ou d'avoir les yeux crevez. Il choisit le dernier, & le Roi lui continua sa pension.

Alfonse Roi de Portugal vint en France demander secours au Roi contre Ferdinand & Isabelle. Louis le reçut magnifiquement, & lui representa, que dans l'état present de ses affaires, obligé de tenir toujours une armée sur pied pour

---

dovicum Regem deflectere : ipseque Carolus Regem, qui tum Lugduni erat, verbis contra morem suum demissis atque modestis rogari curavit inducias semper servaret, id quod Rex libenter concessit ipsi.

Le même. Infelix ille Princeps, priscis pertinaciter hærens, cum dispersos suos collegisset, prælii denuo fortunam tentare decrevit, & Moratum obsidione cinxit. Helvetii porro numerosum equitatum Germanicum nacti, juncto etiam Renato, cui Ludovicus Rex manum armatorum miserat, secundo movere, ut manus cum Burgundionibus consererent. Exercitus porro Ducis non diu hostium impetum tulit, profligati Burgundiones sunt ut altera vice fuerant, sed cum majori clade. In prima namque vice Helvetii equitatu fere destituti, non diu Burgundiones insequi potuere; sed in hac posteriore pugna cum equitatu valerent, fugacem turbam insequuti, magnam fecere stragem. Cæsorum numerus, ut ferebatur, ad octodecim fere millia pertigit. Helvetii porro castra omnia & oppida, quæ Burgundiones occupaverant, recepere.

Les mêmes. In desperationem post tantam cladem actus Burgundio, in Sabaudiæ Ducissam Ludovici Regis sororem iram suam effudit. Affinis illa Duci erat, & ad istud usque tempus illius partes sectata fuerat contra fratrem Regem ; sed cum suspicaretur ipsam jam fratri manus daturam esse, apprehendi Principem feminam jussit, & in castellum Roboræ prope Divionem adduci. Verum elapsa illa cum filiorum uno, fratrem Regem adiit, in Turonum urbe versantem, quicum res omnes suas composuit. Dux lymphato similis, binarum cladium infortunium non sustinens, in tantam incidit mœstitiam, ut læsa tandem valetudine in Burgundiam venerit, ubi per sex hebdomadas in otio mansit.

Mense Octobri hujusce anni, narrante Chronico Ludovici XI. quidam Gallensis Joannes Bonus nomine, instigante Burgundiæ Duce, Delphinum puerum veneno tollere conabatur ; sed deprehensus, capite damnatus est. Præpositus jubente sine dubio Ludovico Rege, optionem dedit ei ut vel caput sibi abscinderetur, vel oculi suffoderentur. Postremum ille supplicium delegit, Rexque illi tamen, annuam, qua prius gaudebat, pensionem solvi curavit. *Chronique*

Aldefonsus Lusitaniæ Rex in Franciam venit postulatum ab Rege auxilium contra Ferdinandum & Isabellam. Magnifice autem ille ab Rege Ludovico exceptus fuit, qui ipsi opem petenti dixit, se in præsenti rerum conditione cum semper sibi paratum exer- *La même.*

obſerver les démarches du Duc de Bourgogne, il ne pouvoit pas envoier une autre armée en Eſpagne. Alfonſe dans le deſſein d'établir une paix ferme entre ces deux Princes, alla joindre le Duc de Bourgogne, qui étoit alors en Lorraine. Il vit bien-tôt, qu'il n'avançeroit rien, & s'en retourna en ſon Roiaume.

Le Duc René profitant de l'occaſion ſe rendit en Lorraine avec quelques troupes, prit pluſieurs places, & aſſiegea Nanci, qui ſe rendit en peu de jours. Deux jours après cette priſe le Duc de Bourgogne arriva devant la place & l'aſſiegea de nouveau. Le Duc René ne ſe ſentant pas aſſez fort pour tenir la campagne contre lui, ſe retira, & alla ramaſſer des troupes d'Alemans & de Suiſſes pour faire lever le ſiége. Le traître Campobaſſe qui commandoit à ce ſiége, ne penſoit qu'à perdre ſon maître, à le tuer, ou à le livrer à ſes ennemis. La grande haine qu'il lui portoit venoit, diſoit-on, de ce qu'une fois le Duc en colere lui avoit donné un ſoufflet. Il avoit grand ſoin d'empêcher qu'on ne l'abordât pour lui découvrir ſes menées.

La famine étoit déja dans la ville: les habitans étoient réduits à manger les chevaux, les chiens & les chats. Le Duc René tâcha d'y faire entrer des ſacs de farine eſcortez d'une compagnie de gendarmes. Une partie paſſa, l'autre fut priſe. Tous ceux qui furent pris furent pendus par ordre du Duc de Bourgogne. Entre ceux-ci un Gentilhomme Provençal nommé Ciffron, dit qu'il ſouhaitoit avant que de mourir de déclarer au Duc quelque choſe qu'il lui importoit beaucoup de ſavoir. Il étoit informé de la trahiſon de Campobaſſe, qu'il vouloit lui reveler. Mais Campobaſſe, qui s'en doutoit, tourna ſi bien le Duc, qu'il fut envoié à la potence ſans être entendu. Le Duc René à qui le Roi Louis fournit bien de l'argent pour lever des gens de guerre Alemans & Suiſſes, vint avec une armée conſiderable, & ſe campa à Saint Nicolas à deux lieuës de Nanci.

Campobaſſe voiant qu'il ne pouvoit executer ſon premier projet qui étoit de livrer le Duc aux ennemis, ou de le tuer, ſe retira de ſon camp avec environ 160. hommes d'armes, pour aller ſe joindre au Duc de Lorraine, & aux Alemans. Il laiſſa dans le camp des Bourguignons douze ou quatorze hommes,

---

citum eſſe oporteret, qui Ducis Burgundiæ conatus obſervaret, non poſſe exercitum alium in Hiſpaniam mittere. Aldefonſus vero ut pacem inter ambos Principes conciliaret, Ducem Burgundiæ, qui tunc in Lotharingia erat, convenit. Continuo autem vidit ſe nihil impetraturum eſſe, quapropter in Regnum ſuum remigravit.

Comines. Matthieu. Occaſione arrepta Renatus Dux in Lotharingiam cum armatorum manu venit, aliquot oppida cepit, & Nanceium obſedit: quæ urbs paucis poſtea diebus deditionem fecit. Biduo elapſo poſt captam urbem Dux Burgundiæ cum exercitu advenit, ut ipſam denuo obſideret. Renatus vero Dux impar viribus, cum nollet pauciori armatorum numero inſtructus cum Burgundione congredi, receptum habuit, profectuſque eſt ut Germanorum & Helvetiorum copias colligeret, poſteaque ut ab obſidione Carolum dimoveret regrederetur. Campobaſſus proditor, qui in hac obſidione omnia moderabatur, nihil aliud meditabatur, quam quo pacto Dominum ſuum perderet, illumque aut occideret, aut traderet inimicis: odium porro illud tantum conceperat in Ducem, quod aliquando iratus alapa illum percuſſiſſet. Id vero maxime curabat, ut ne quis Ducem Burgundiæ adiret, qui machinamenta ſua detegere illi poſſet.

Jam fames urbem invaſerat: præſidiarii cives & populus carnibus equorum canum & felium veſcebantur. Renatus farinæ ſaccos, comitante militum turma in urbem immittere tentavit. Pars altera intravit; altera vero intercepta in Burgundionum manus incidit. Qui capti ſunt omnes juſſu Burgundiæ Ducis ſuſpendio periere. Inter hos autem vir quidam nobilis erat Gallo-provincialis nomine Ciffro, qui antequam ſuſpenderetur, rogavit ſibi liceret Ducem Burgundiæ alloqui, quædam dicturo, quæ comperiſſe Ducem intererat. Campobaſſi enim proditionem noverat ille, quam Duci revelare peroptabat. At Campobaſſus hæc dicturum Ciffronem eſſe ſuſpicatus, id apud Ducem egit, ut inauditus Ciffro ad patibulum mitteretur. Dux vero Reratus, cui Ludovicus Rex grandes pecuniæ ſummas dederat, ut Germanorum & Helvetiorum copias colligeret, cum numeroſo exercitu venit, & ad ſanctum Nicolaum caſtra poſuit, qui locus duabus leucis Nanceio diſtat.

Campobaſſus videns non poſſe ſe optatum aſſequi, nec vel Ducem inimicis prodere, vel interimere, ex caſtris ejus ſeceſſit cum viris armorum circiter centum ſexaginta, ut ſeſe Duci Lotharingiæ & Germanis adjungeret. In caſtris autem Burgundionum duodecim quatuordecimve homines reliquit, qui Carolum Du-

qui avoient ordre de tuer le Duc Charles en cas qu'il voulut prendre la fuite. Sa trahiſon étoit ſi connue, que s'étant approché des Alemans pour ſe joindre à leur troupe, il lui firent dire qu'il ſe retirât & qu'ils ne vouloient point de traître avec eux. Il ſe retira & alla ſe retrancher auprès de là.

Le Duc de Bourgogne voiant l'ennemi ſi près de ſon camp, tint conſeil pour déliberer ſur le parti qu'il avoit à prendre. Les plus ſages étoient d'avis qu'il ſe retirât au Pont à Mouſſon pour lever de nouvelles troupes, l'aſſurant que les Alemans ſe retireroient après qu'ils auroient ravitaillé Nanci, & qu'après leur retraite, il pourroit revenir dans la belle ſaiſon faire le ſiége avec une puiſſante armée. Le Duc s'obſtina à continuer le ſiége, & à attendre l'armée ennemie, quoiqu'il n'eut dans tout ſon camp qu'environ quatre mille hommes, dont à peine y en avoit il douze cens en état de combattre. René vint l'attaquer la veille des Rois ; ſa petite armée fut d'abord défaite. Le Duc fut tué ſur le champ, par les gens du traître Campobaſſe. On eut aſſez de peine à trouver ſon corps parmi les morts : on le reconnut enfin, & le Duc René le fit enterrer honorablement à Nanci.

Derniere défaite & mort du Duc de Bourgogne.

1477.

Le Roi Louis, qui avoit établi des poſtes dans ſon Roiaume, fut bien-tôt averti de la défaite & puis de la mort du Duc de Bourgogne. Il ne pût diſſimuler ſa joie. Il penſa à ſe ſaiſir des Etats du Duc, & mit tout en œuvre pour cela. Il ſe rendit d'abord le maître d'Abbeville, Ham, Bouchain, S. Quentin & Peronne, quelques autres villes tomberent enſuite entre ſes mains. Il envoia à Gand Maître Olivier ſon Barbier, qui ſe faiſoit fort de perſuader à cette grande ville de ſe mettre ſous l'obéiſſance du Roi. Olivier ne réuſſit point à Gand ; mais il trouva moien de faire entrer les gendarmes du Roi dans Tournai.

Le Roi ſe ſaiſit de pluſieurs villes du Duc de Bourgogne.

Bien des gens ſollicitoient Louis de porter la guerre en Italie, lui faiſant eſperer que dans la conjoncture preſente il pourroit ſe rendre maître de grands Etats & du Roiaume de Naples. Mais il étoit trop bien inſtruit, que dans la ſituation des affaires ce ſeroit chercher ſa ruine que d'envoier & d'entretenir des armées dans un payis éloigné. Les Gennois envoierent au même tems lui dire qu'ils ſe donnoient à lui : *Et moi*, leur répondit-il, *je vous donne au diable.* Il ſe ſouvenoit du tour que les Gennois avoient joué à ſon pere, lorſqu'après

---

cem occiderent, ſi fugam capeſſere vellet. Proditionis nomine ita notus erat, ut cum ad Germanos accederet, quo cum illis adjungeretur, jubetent illi hominem alio migrare, nolle ſe dicentes proditorem ſecum habere. Receſſit igitur & haud procul caſtra poſuit.

es mêmes. Burgundiæ Dux tam vicinum cernens hoſtem, cum ſuis conſilium habuit, ut quid facto opus eſſet deliberaretur. Qui rerum peritiores erant, dixere Muſſipontum ſecedendum eſſe, ut novæ colligerentur copiæ : Germanos quippe receſſuros eſſe, poſtquam Nanceium annonam immiſiſſent ; ſemotiſque illis & adveniente commodiore tempeſtate, obſideri urbem denuo poſſe cum numeroſo exercitu. Adverſa concitante fortuna Dux pertinaciter in obſidione perſiſtere voluit, & hoſtium exercitum exſpectare. Quamvis in exercitu ſuo vix quater mille viri eſſent, ex quibus mille ducenti tantum pugnare valebant. Renatus ergo in vigilia Epiphaniæ adortus illum eſt, ſtatimque in fugam verſus fuit tam exiguus exercitus. Dux Burgundiæ peremtus eſt. Corpus ejus vix inter cæſos dignoſci potuit; deprehenſumque & agnitum tandem fuit, Renatuſque Dux ipſum Nanceii honorifice ſepeliri curavit.

Ludovicus Rex, qui curſores per totum Regnum conſtituerat, primo cladem, poſteaque necem Ducis Burgundiæ edidicit, neque gaudium comprimere ſuum potuit. Statim ditiones urbeſque ipſius invadere ſtuduit, nihilque non egit ut quot quantaſque urbes poſſet caperet. Primo Abbatis-villam cepit, Hamum, Buchanium ; urbs ſancti Quintini & Peronæ ſub poteſtatem ejus redactæ ſunt. Gandavum vero miſit Olivarium tonſorem ſuum, qui pollicebatur ſe Gandavenſibus ſuaſurum, ut ſeſe Regi Francorum dederent. Gandavi nihil perficere potuit Olivarius, ſed Tornacum Regis copias induxit.

Multi Regi Ludovico auctores erant, ut in Italiam bellum inferret, ſpemque faciebant illum in præſenti rerum Italicarum conditione multas poſſe ſibi regiones, imo etiam Regnum Neapolitanum acquirere. At ille, ut rerum peritiſſimus erat, probe noverat, ſi in remotam regionem exercitus mitteret, ac foveret, id ſibi & Regno ſuo perniciem inducturum eſſe : quapropter tale conſilium rejecit. Eodem tempore Genuenſes Regi nuncium miſerunt, qui diceret illi civitatem ſuam ſeſe Regi dedere velle. Et ego, reſpondit Ludovicus, diabolo vos dedam. Non immemor erat eorum quæ Genuenſes geſſerant, cum patri ſeſe ſuo dediderat; Ma- *Matthieu.*

s'être donnez à lui, ils chasserent les Magistrats qu'il leur avoit envoiez.

Marie de Bourgogne fille du Duc & son unique heritiere, envoia des Ambassadeurs au Roi, dont les principaux étoient le Chancelier Hugonet & le Sire d'Imbercourt, pour lui demander sa protection, & lui proposer le mariage de cette Princesse avec le Dauphin Charles. Le Roi ne répondit rien sur le dernier article; mais il tâcha de gagner les Ambassadeurs & de les attirer à son parti : ils ne paroissoient pas éloignez de se mettre du côté du Roi, supposé que le mariage se fit. Il extorqua d'eux qu'ils donneroient des lettres de décharge au Seigneur Desquerdes, que d'autres appellent de Cordes, qui s'entendoit avec lui, par lesquelles ils consentoient qu'il lui remît la Cité d'Arras : ce qu'il fit d'abord. Le Roi mit bonne garnison dans la cité, prit aussi Hesdin, Therouenne, Montreuil & Boulogne, & se rendit encore maître de la ville d'Arras, alors séparée de la cité.

Ce qui se passa à cette prise mérite d'être rappotté ici. Ceux de la ville se voiant puissamment attaquez demanderent un Passeport au nombre de 22. ou 23. pour aller à Boulogne trouver le Roi; mais quand ils furent sortis, ils prirent le chemin de Flandres. » Ceux dudit Arras, dit Louis XI. dans une Lettre à M. de Bressiure, » étoient assemblez bien 22. ou 23. pour aller en Ambas» sade devers Mademoiselle de Bourgogne, ils ont été pris & les instructions » qu'ils portoient, & ont eu les testes tranchées, car ils m'avoient fait une fois » le serment. Il y en avoit un entre les autres, Maistre Oudard de Bussy, à qui » j'avois donné une Seigneurie en Parlement, & afin qu'on connut bien sa teste, » je l'ay fait atourner d'un beau chaperon fourré, & est sur le marché d'Hesdin, » là où il préside. Le Roi arriva sur cette execution & empêcha qu'on n'achevât. Arras se rendit par composition. Le Roi voiant ce grand panchant de ceux de la ville pour la Maison de Bourgogne, en fit sortir la plûpart des habitans, & y mit des François en leur place.

Ce qui resta d'anciens habitans dans la ville donna bien-tôt des marques éclatantes de son aversion pour la domination Françoise : car le Roi aiant envoié le Cardinal de Bourbon, le Chancelier d'Oriole & Desquerdes gouverneur de la ville, pour recevoir le serment de fidelité, ils furent assaillis au Monastere de S. Vast d'Arras, où ils dînoient, d'une populace furieuse, qui crioit,

---

gistratus enim quos ille in eam urbem miserat, eliminavere.

Comines. Matthieu. Maria Ducis Burgundiæ Caroli unica filia & heres, Oratores ad Regem misit : horum præcipui erant Hugonetus Cancellarius & Imbercurtius, qui Regis patrocinium implorarent, & connubium Caroli Delphini cum Maria Burgundica proponerent. Ad rem ultimo propositam nihil Ludovicus respondit; sed Oratores allicere & ad partes suas trahere conatus est, neque illi abnuebant, ac Regis partes sequuturi videbantur, dummodo propositum connubium perficeretur. Ab illis autem literas extorsit, quibus declarabant Cordæum, qui Regi studebat, & Atrebatensem civitatem ipsi traditurus erat, se consentientibus id fecisse. Nec mora civitatem ille tradidit Regi, qui valido illam præsidio munivit : cepitque etiam Hedenum & Bononiam, itemque Atrebatensem urbem occupavit, quæ a civitate tunc separata erat.

Les mêmes. Quod accidit cum Rex Atrebatum occupavit hic enarrare operæ precium fuerit. Cum cives urbem fortiter impeti viderent, viginti duo aut viginti tres ex illis rogaverunt, sibi rescriptum securitatis dari, ut Regem Bononiæ versantem adire tuto possent. At semel egressi versus Flandriam iter capessierunt. Attrebatenses, inquit Ludovicus Rex in epistola quadam ad Dominum de Bressura : » Ad viginti duos vel viginti » tres congregati ut Burgundicam Principem Legati » adirent, capti sunt, cum rescriptis ad illam missis, » & capite truncati fuerunt, quia mihi sacramentum » fidei præstiterant. Inter illos unus erat Magister Au» dardus de Bussiaco, cui in Curia Senatus dignitatis gradum contuleram. Utque caput ejus internosci posset, duplicato & eleganti caputio caput » ejus obtegi curavi : sicque ille præsidet Hedeni in » foro venalium. Dum autem damnati illi capite plecterentur, adveniens Rex a cæde cessari jussit, residuique servati sunt. Atrebatum certis conditionibus sese dediderat. Videns autem Rex quam Burgundicæ familiæ studerent Atrebatenses, maximam civium partem solum vertere jussit, eorumque loco Francos induxit. *Brantome.*

Qui in urbe supererant Atrebatenses veteres haud diu postea signa dederunt quam abhorrerent a Francico dominatu. Cum enim misisset Rex Cardinalem Borbonium, Doriolum Cancellarium & Cordæum urbis Præfectum, qui sacramenta fidei ab Atrebatensibus acciperent, furibunda plebs prandentes illos in Monasterio sancti Vedasti invasit, *Occide, perime,*

tue,

tue, tue. Mais plusieurs d'entre eux furent tuez, des maisons pillées, & la ville fut condamnée à soixante mille écus d'amende.

Bien des gens ont blâmé le Roi Louis, & plusieurs le blâment encore aujourd'hui de n'avoir pas fait le mariage de son fils avec la Princesse Marie, par lequel il réunissoit tous ces grands Etats de Bourgogne avec la couronne de France. Les Historiens qui sont venus depuis, entrent dans les vûës des premiers, & prétendent que Louis manqua beaucoup en laissant passer cette occasion d'élever la France à un si haut degré de puissance. Mais outre que le Dauphin Charles étoit encore trop jeune pour épouser la Princesse, déja nubile depuis quelques années; réunir à la France toutes ces Provinces, c'étoit s'attirer une guerre perpetuelle avec l'Angleterre qui regardoit cette réunion comme le plus grand malheur qui pouvoit lui arriver, & avec l'Allemagne qui confrontoit la plûpart de ces Provinces, & qui n'auroit pas souffert volontiers cet accroissement de forces sur une seule tête couronnée. De plus le Duc de Bretagne, & plusieurs autres Princes & Seigneurs du Roiaume, qui vivoient dans une espece d'independance, & qui levoient souvent l'étendard contre le Roi, craignant d'être accablez, n'auroient pas manqué de se liguer avec les Princes Etrangers, & de susciter dans la France même une guerre plus dangereuse que celle des frontieres. Ajoutez à cela la difficulté qu'il y auroit eu de contenir tant de nouveaux peuples sous le joug de la domination Françoise.

Ce furent apparemment ces raisons qui porterent ce grand Politique à tâcher de réduire seulement sous sa puissance les payis qui relevoient de sa couronne, & à destiner les autres à des Princes Alemans dont il vouloit se concilier ainsi l'amitié. Car son dessein étoit, dit Comines, de détruire absolument la Maison de Bourgogne.

La Princesse étoit entre les mains des Gantois, qui après la mort de leur Duc usurperent toute l'autorité, tuerent la plûpart de leurs Magistrats & plusieurs personnes des plus considerables de la ville. Ils députerent des Ambassadeurs au Roi, qui venoient, disoient-ils, de la part de la Princesse & des trois Etats: ils prioient le Roi de ne pas porter la guerre dans les Etats du Duc, & ajoutoient des choses qui n'étoient pas conformes à ce que le Chancelier Hugonet

---

clamans. Verum ex illis plurimi cæsi sunt, domus direptæ, urbique indicta mulcta fuit sexaginta millia scutorum.

Plurimi olim & non pauci hodieque id Ludovico Regi vituperio vertunt, quod connubium Caroli Delphini cum Maria Burgundica non admiserit: quo pacto amplissimas illas Burgundicæ familiæ subditas regiones Regno Francorum adjunxisset: qui postea venere historiæ Scriptores priscorum vestigiis hærentes, abs re Ludovicum aiunt, hanc Regni Francici in tantam potentiam evehendi occasionem prætermisisse. At præterquam quod Carolus junior erat, quam ut Mariæ Principi jam ab aliquot annis nuptias appetenti, connubio jungeretur, si tot regiones provinciæque cum Francorum Regno conjunctæ fuissent, hinc bellum perpetuum cum Anglis consequuturum erat, qui conjunctionem illarum quasi extremum sibi illatum infortunium habebant. Germani etiam in quorum confinio sita erat regionum illarum pars maxima, non libenter vidissent tantam in uno sibi finitimo Rege accumulatam potentiam. Dux Britanniæ item & plurimi alii Principes & primores Regni, qui fere sui juris ac potestatis erant, ac sæpe vexillum contra Regem erigebant, ne gradu dejicerentur metuentes, cum extraneis Principibus fœdere juncti, bellum in ipsa Francia excitavissent, longe periculosius illo, quod in Regni finibus illatum esset. Ad hæc considerandum etiam cum quanta difficultate tot novi populi sub jugo Francicæ dominationis contineri potuissent.

His permotus, ut verisimile est, Princeps ille politica instructus scientia, eas solum provincias sibi subigere tentavit, quæ Regem Francorum ut supremum Dominum agnoscebant; alias autem Burgundicæ ditionis regiones, Germanis Principibus destinabat, quorum sibi amicitiam conciliaret. Nam ea mente, illo animo erat, inquit Cominæus, ut Burgundicam domum penitus abolere studeret. *Comines.*

Maria autem Princeps a Gandavensibus detinebatur, qui post Ducis sui necem totam sibi auctoritatem usurpaverant, Magistratuum partem maximam & optimates plurimos trucidaverant. Oratores porro ad Regem miserunt, qui se a Principe Maria & a tribus Ordinibus deputatos dictitabant, Regemque rogabant, ut ne in defuncti Ducis regiones bellum inferret, aliaque addebant, quæ nullo modo consonabant cum iis quæ Cancellarius Hugonetus & Imbercurtius, a Ma-

& le Sire d'Imbercourt lui étoient venus dire de la part de la Princesse, qui y étoit signée elle-même.

Le Roi leur montra ces Lettres & les laissa entre leurs mains. Dès qu'ils furent retournez à Gand, ils firent le procès au Chancelier & à d'Imbercourt, & les firent condamner à avoir la tête tranchée sur un échaffaut dressé au Marché. La Princesse qui alloit perdre ses deux meilleurs serviteurs, vint à ce Marché au tems qu'on alloit faire l'execution. Elle étoit toute échevellée, fondant en larmes, & prioit humblement la populace de donner la vie à ses deux serviteurs, une partie du peuple mûë par les prieres de la Princesse, vouloit qu'on leur fit grace, mais le plus grand nombre de ces furieux l'emporta & ils furent executez. Après cela ils chasserent les Bourguignons de leur ville, & écarterent les anciens serviteurs de leur Duc.

Violence des Gantois.

Ils tirerent de prison Adolphe Duc de Gueldres, dont il a été parlé ci-devant, leverent une armée composée de gens de Gand, de Bruges & d'Ypre, & la donnerent à conduire à ce Prince pour aller brûler les fauxbourgs de Tournai. Ils y allerent en effet & y mirent le feu; mais il s'y trouva trois ou quatre cens hommes d'armes, qui firent une sortie sur eux, les mirent en fuite, & tuerent le Duc de Gueldres: ce qui fit grand plaisir à la Princesse. Car ces furieux vouloient l'obliger par force à l'épouser. Le Roi tenoit en ce payis-là une puissante armée commandée par le bâtard de Bourbon. Les Flamans avoient toujours du pire dans les rencontres. Un grand convoi d'argent qu'ils amenoient à Douai, escorté par une nombreuse cavalerie fut attaqué & pris par deux cens lances Françoises, & toute cette cavalerie fut mise en déroute.

Défaite des Flamans.

Tandis que le Roi étoit occupé à réduire sous sa puissance les villes de Picardie, d'Artois & de Flandres, son armée conduite par le Seigneur de Crân travailloit à lui soumettre la Bourgogne. Il avoit gagné le Prince d'Orange ennemi du feu Duc de Bourgogne; qui lui aida bien à se rendre maître du Duché & de la plus grande partie de la Franche-Comté. Le Roi avoit promis de lui donner de beaux Etats, & de lui faire remettre toutes les places de la Comté, qui avoient appartenu à son grand pere. Quand ces places furent prises il envoia ordre au Seigneur de Crân de les rendre au Prince: quoique les ordres du Roi fussent sin-

Guerre en Bourgogne.

---

ria Burgundica missi, Regi dixerant, cujus literas illius manu subscriptas attulerant.

Le même. Literas illas Ludovicus Gandavensium Oratoribus ostendit, ipsasque in manibus eorum deposuit. Hi Gandavum reversi, Cancellarium & Imbercurtium in jus vocarunt, qui capite damnati, in tabulatum ad forum venalium structum ascendere jussi sunt, ut ibi capite plecterentur. Maria vero Princeps, quæ fidissimos sibi famulos amissura erat, cum jam illi ad supplicium ducerentur, in forum venalium venit passis capillis, perfusa lacrimis, obnixe plebem supplicans, ut ne famulos suos obtruncaret. Pars populi, ejus cedendum precibus & vitam ambobus illis servandam censebant; verum alii majore numero ardentiores scelere & furore, susceptam rem exsequuti sunt, sicque illi miseri periere. Posteaque a Gandavensibus Burgundiones omnes ex urbe pulsi, prisci que Ducis Burgundiæ Ministri famulique disjecti sunt.

Le même. Sub hæc Gandavenses Adolphum Gueldriæ Ducem, de quo jam supra mentio fuit, ex carcere eduxerunt, exercitumque collegerunt Gandavi, Brugis & Hypræ, cujus ducem constituerunt ipsum Adolphum & Tornaci suburbia incensum profecti sunt, reveraque ignem injecerunt; sed eo loci trecenti quadringentive armorum viri erant, qui in Flandros illos erupere, totum agmen profligarunt, ducemque Gueldriæ interfecerunt, id quod Mariæ Burgundicæ Principi pergratum accidit; nam Gandavensibus furibundis is animus erat, ut cogerent illam ad nuptias cum Adolpho contrahendas. Numerosum Rex exercitum in regiones istas miserat duce Borbonio notho. Flandri vero semper cum Francis infausto marte pugnabant. Grandis pecuniæ commeatus, quem Duacum mittebant cum numerosa præsidiariorum equitum manu, a ducentis Francorum lanceis captus, & equitatus ille profligatus est.

Dum Rex Ludovicus urbes Picardiæ, Artesiæ & Flandriæ in potestatem redigere suam conabatur, ejus exercitus, duce Cratumno Toparcha, Burgundiam ipsi subigere tentabat. Ludovicus Arausicanum Principem, defuncti Ducis Burgundiæ inimicum, ad partes suas allexerat, cujus opera & industria Burgundiæ Ducatum & magnam Comitatus partem acquisivit. Pollicitus Rex fuerat, se ipsi ditionem collaturum amplam, redditurumque castra omnia & oppida, quæ avus ipsius in Burgundiæ Comitatu possederat. Cum autem illa castra oppidaque capta fuerunt, præcepit Rex Cratumnio ut oppida ipsi & castra illa restitueret. Etsi Rex sincero tum animo hæc mandabat, *Le même.*

ceres, le Seigneur de Crân refuſa de les remettre au Prince. Louis fut alors fort embarraſſé, car quoiqu'il voulût tenir parole au Prince, il craignoit auſſi de mécontenter le Sire de Crân. Nous verrons bien-tôt la ſuite de cette affaire.

Les Anglois ne voioient pas ſans peine que le Roi Louis ſe ſaisît ainſi peu à peu des Etats du Duc de Bourgogne. Le Parlement de Londres preſſoit le Roi Edouard d'envoier du ſecours à la Princeſſe Marie : elle le ſollicitoit auſſi fort ſouvent. Edouard ſe contentoit d'envoier lui faire des remontrances, & le preſſoit de faire ſa paix ou du moins treve avec elle. Mais Louis avoit ſoin d'empêcher qu'il ne ſe mêlât des affaires de la Bourgogne autrement que par des remontrances, en lui paiant exactement les cinquante mille écus promis, & gagnant tous ſes Miniſtres par les grands preſens qu'il leur faiſoit. Il le leurroit encore de l'eſperance qu'il marieroit le Dauphin ſon fils avec la fille d'Edouard, comme il l'avoit promis au Traité de Pequigni. Tous les Ambaſſadeurs qui venoient d'Angleterre s'en retournoient chargez de grands preſens, & ne pouvoient ſe laſſer de louer ſa liberalité. Il les mettoit ainſi dans ſes interêts, & ils étoient comme obligez de le favoriſer dans ſes entrepriſes. On peut dire qu'il étoit maître dans l'art de gagner les Miniſtres des Cours Etrangeres, comme auſſi dans celui de ſéparer les Princes liguez contre lui.

La Princeſſe Marie étoit fort recherchée ; c'étoit le meilleur parti de la Chrétienté. Le Duc de Cleves qui ſouhaitoit fort qu'elle épousât ſon fils, ſe tenoit auprès d'elle, & n'oublioit rien pour la porter à prendre ce parti. L'Empereur la demandoit auſſi pour ſon fils Maximilien Duc d'Autriche. Elle auroit fort ſouhaité de s'allier à la Maiſon de France ; le Dauphin qui n'avoit que neuf ans, étant de beaucoup trop jeune pour elle, qui en avoit 22. elle auroit volontiers épouſé Charles Comte d'Angoulême qui fut depuis pere de François I. Mais le Roi ne vouloit point que ce mariage ſe fît. Il voioit par ſon experience que bien loin que ce fût un avantage pour ſon Roiaume que ces grands Etats tombaſſent entre les mains d'un Prince du Sang Roial ; il y avoit beaucoup plus à craindre de ces Princes revêtus d'une ſi grande puiſſance, que des étrangers, parce que ceux-là avoient des grands partis, & auſſi des Etats dans le Roiaume, & la liaiſon du ſang les retenoit peu dans l'union avec le Roi, quand l'interêt les portoit à lui faire la guerre. La Princeſſe ſe détermina enfin pour Maximi- Marie de Bourgogne épouſe Maximilien.

Cratumnius illa Arauſicano Principi reddere noluit. Tum incertus Rex animo, quid conſilii caperet neſciebat. Licet enim vellet promiſſis ſtare, & Arauſicano Principi facere ſatis : ne Cratumnium etiam offenderet metuebat. Quid hinc ſequutum ſit mox videbitur.

Le même. Non tranquillo Angli animo videbant, Ludovicum Regem ſic ſenſim urbes provinciaſque defuncti Burgundiæ Ducis invadere & occupare. Curia Senatus Londinenſis Eduardum Regem ſollicite urgebat ut Mariæ Principi auxilia mitteret : id illa quoque frequenter Eduardum rogabat. Eduardus vero id unum curabat ſæpe monita Ludovico dare, & verbis urgere, ut vel pacem vel ſaltem inducias cum illa faceret. At id unum curæ erat Ludovico, nempe Eduardum eo deducere, ut nonniſi monitis ſeſe rebus Burgundicis immiſceret ; quod ut aſſequeretur, quinquaginta ſcutorum millia annua promiſſa accurate ipſi numerare non deſiſtebat, Miniſtroſque ipſius amplis muneribus ad partes ſuas trahebat. Ad hæc lactabat Eduardum ſpe futuri filiæ ipſius cum Carolo Delphino connubii, ut in Pequiniacenſi pactione pollicitus erat. Oratores autem Angli omnes muneribus onuſti revertebantur Ludovici Regis liberalitatem prædicantes, & ſic ejus conſilio qui ſe tot tantiſque affecerat donis, favere vel inviti cogebantur. Vereque dicatur illum ea in arte doctorem fuiſſe, ut peritus etiam artifex fuit inſeparandis Principibus adverſum ſe fœderatis.

Maria Burgundica a multis expetebatur, dotis ſuæ cauſa, cui nulla par in orbe Chriſtiano erat. Dux Cliviensis, illam filio ſuo uxorem obtinere cogitans, nihil non agebat ut optatum aſſequeretur, peneſque illam aſſidue verſabatur. Imperator illam Maximiliano filio Auſtriæ Duci poſtulabat. Maria vero Regii Francici generis affinitatem ambiebat : verum Carolus Delphinus novennis, junior erat, quam ut Mariam, tunc viginti duos annos emenſam, ducere poſſe videretur. Libenter illa manum dediſſet Carolo Engoliſmenſi Comiti, qui poſtea Franciſci I. pater fuit. At Rex Ludovicus a matrimonio hujuſcemodi longe alienus erat. Expertus quippe noverat metuendum magis eſſe a Regii ſanguinis Principe tanta ditione, totque viribus inſtructo, quam ab extraneo. Nam qui regii generis erant in Francia ditionem, amicos & ſocios Principes proceresque obtinebant, quibuſcum facile conſilia miſcebant, nec continebat illos Regia cognatio ut ne contra Regem arma moverent ſiquando id e re ſua fore putarent. Maria vero demum Maxi- Le même.

lien, & le mariage ſe fit à Gand. Il vint de ce mariage avant la fin de l'année un fils, qui fut appellé Philippe.

1478. Le Prince d'Orange, mécontent de ce qu'on ne lui avoit pas tenu parole, ſoutenu des Suiſſes & des Alemans, fit revolter une partie de la Bourgogne, qui s'étoit ci-devant ſoumiſe au Roi de France. Le Seigneur de Crân, c'étoit George de la Trimoüille, aſſiegea la ville de Dole: les aſſiegez firent une ſortie ſur lui, prirent une partie de ſon artillerie & lui tuerent du monde. Ce ſiege aiant mal-tourné, il eut depuis quelque avantage contre une troupe d'Alemans & de Bourguignons, & s'y porta vaillamment. Mais comme il étoit fort gros & peſant, le Roi jugea à propos de lui donner un ſucceſſeur. Ce fut Charles d'Amboiſe Seigneur de Chaumont, qui eut ordre de gagner les Cantons Suiſſes.

Il négotia heureuſement cette affaire: il aſſigna vingt mille livres de penſion annuelle aux Cantons de Berne, Lucerne, Zuric & Fribourg, & en donna autant à pluſieurs particuliers, qui s'intereſſoient pour faire le Traité. Les Cantons s'obligeoient de fournir au Roi ſix mille Suiſſes, qui devoient être continuellement à ſon ſervice. Avec ces ſecours le Sire de Chaumont reprit toutes les places qui s'étoient revoltées. Beaune, Semur & quelques autres villes qui ſe revolterent depuis, furent bien-tôt remiſes dans le devoir par ce ſage gouverneur. Beſançon ville Imperiale fut maintenue en ſes libertez, & ne fut obligée à d'autres devoirs qu'à ceux qu'elle rendoit ci-devant aux Ducs de Bourgogne. Le Prince d'Orange outré de ce que les places qu'il avoit fait revolter étoient ainſi retournées ſous l'obéiſſance du Roi, voulut le faire empoiſonner. Mais ſon deſſein fut découvert. Cette Hiſtoire eſt rapportée fort au long par Matthieu.

En cette même année un Cordelier ſe mit à prêcher à Paris contre les vices & les deſordres qui regnoient en ce tems-là. Il eut une grande vogue, & par l'efficace de ſes Sermons, un grand nombre de gens, & ſur tout de femmes de mauvaiſe vie, ſe convertirent. Ne ſe contentant point de prêcher contre les vices du commun des gens; il n'épargnoit point la Cour, les Princes, le Gouvernement, les Miniſtres. Le Roi envoia Olivier le Dain pour y mettre ordre. La populace craignant qu'on ne fît quelque injure à ce Prédicateur, s'aſſembla

---

miliano nupſit, & Gandavi nuptiæ celebratæ ſunt; necdum elapſo a nuptiis anno filium peperit, qui Philippus appellatus eſt.

Comines. Arauſicanus Princeps, animo offenſus & ab Rege alienatus, quod promiſſis non ſtetiſſet, partem Burgundiæ quæ nuper Regi ſeſe dediderat, Helvetiorum & Germanorum ope fultus ad rebellionem induxit. Cratumnius vero, is erat Georgius de Trimollia, Dolam obſedit. Oppidani in Francos eruperunt, tormentorum bellicorum partem cepere, & ex obſidentibus non paucos interfecere. Cratumnius obſidionem ſolvere coactus, haud diu poſtea contra Germanos & Burgundiones feliciter fortiterque pugnavit; ſed cum nimia obeſus pinguedine eſſet, revocato illo Rex, Carolum Ambaſienſem Calvi-montis Toparcham ſucceſſorem miſit, quem juſſit cum Helvetiis pactiones bellique ſocietatem inire.

Le même. Rem Calvomontius ſolerter feliciterque exſequutus eſt. Pagis Bernenſi, Lucerino, Tigurino & Friburgenſi annuum viginti mille librarum ſtipendium aſſignavit, paremque ſummam plurimis diſtribuit, qui pactioni ineundæ ſecum dabant operam. Helvetii ſex millia ſuorum Regi ſubminiſtrabant, qui illi ſemper ad ingruentia bella ſubſidio eſſent. Hac fultus ope Calvomontius, urbes & oppida omnia quæ rebellaverant recepit. Belna, Semurium, aliaque oppida, quæ jugum excuſſerant, a ſolerte Præfecto brevi in ordinem redacta ſunt. Veſuntio urbs Imperialis in libertate & privilegiis ſuis manſit, nihilque aliud obſequii Regi exhibere coacta fuit, quam quod Burgundiæ Ducibus antea præſtabat. Tum Arauſicanus Princeps in furorem actus, quod oppida illa quæ ipſe ad rebellionem impulerat, tam cito ſub Francorum jugum redacta fuiſſent, Regem veneno de medio tollere tentavit. At re deprehenſa fruſtra ceſſit conatus. Res autem iſthæc pluribus a Matthæo hiſtoriæ Scriptore narratur. *Matthieu.*

Hoc ipſo anno Franciſcanus quiſpiam Concionatoris officio functus, corruptos iſtius ævi mores & vitia vehementer exagitavit, ita ut confluente ad illum multitudine, plurimos ad meliorem frugem, maximeque mulieres revocaret. Neque ſatis habens plebeiorum geſta excutere & vituperare, Regiam quoque aulam carpebat, Principes, Miniſtros Regios, Regnique adminiſtrationem. Rex Olivarium Damum miſit, qui talem Concionatorem coerceret. Plebs vero metuens ne Concionatori vis inferretur, ad Franciſ- *Chronique.*

aux Cordeliers. Enfin ce Cordelier dont le nom étoit Antoine Fradin fut banni du Roiaume.

Quelque tems après un ſpectacle tout nouveau apprêta à rire à bien des gens. 1479. Un nommé Laurent Garnier de Provins fut pendu par Arrêt du Parlement, pour avoir tué un Collecteur des Tailles. Après que ſon corps eut demeuré un an & demi à la potence, ſon frere eut permiſſion de le dépendre & de le faire enterrer. Il s'y rendit bien accompagné, fit mettre le corps dans une biere, qu'on porta par la ville de Paris, entourée de douze hommes vêtus de deuil, chargez des armes de Laurent Garnier. Devant la biere marchoient quatre Crieurs, dont l'un diſoit tout haut: *Bonnes gens dites vos patenoſtres pour l'ame de feu Laurent Garnier, de ſon vivant demeurant à Provins, qu'on a nouvellement trouvé mort ſous un chêne.* Après avoir promené ce corps par les rues de Paris, ils s'en allerent à la porte Saint Antoine, où ils le mirent ſur un chariot, pour l'enterrer à Provins.

La guerre ſe continuoit vers la Picardie: le Duc Maximilien aiant aſſemblé une armée d'environ vingt mille Flamans & de quelque peu d'Alemans & d'Anglois alla aſſieger Terouenne. Deſquerdes, que quelques-uns appellent des Cordes, qui commandoit pour le Roi en Picardie ramaſſa tout ce qu'il pût d'hommes d'armes, & huit mille Francs-Archers pour ſecourir la place. Maximilien leva le ſiege & vint à ſa rencontre, la bataille ſe donna à Guinegaſte. La cavalerie de Maximilien fut d'abord miſe en déroute, & Deſquerdes la pourſuivit juſqu'à Aire, laiſſant l'armée qui étoit aux mains avec les Flamans. Cette infanterie Flamande voiant la cavalerie en fuite fut fort ébranlée. Mais les Francs-archers François s'étoient mis à piller le bagage des ennemis, les Comtes de Romont & de Naſſau ranimerent l'infanterie Flamande, donnerent ſur ces pillars & en tuerent un bon nombre. Maximilien perdit beaucoup plus de gens ou tuez ou pris que les François; il demeura pourtant maître du champ de bataille; mais il n'oſa remettre le ſiege devant Terouenne. Le Roi Louis qui ne vouloit point qu'on hazardât de bataille, fut d'abord très fâché, & craignit que le ſuccès n'eut été plus deſavantageux qu'on ne lui avoit dit; mais quand il eut appris la verité du fait, il s'appaiſa.

Bataille de Guinegaſte.

---

canos convolavit. Tandem Concionator ille, cui nomen Antonius Fradinus, extra Regnum exſulare juſſus eſt.

Cronique. Nec multo poſtea ſpectaculum novum Pariſinam civitatem & plebem ad riſum concitavit. Quidam nomine Laurentius Garnerius, quod vectigalium exactorem interfeciſſet, a Curia Senatus damnatus ſuſpendio vitam finierat, corpuſque ejus per annum & dimidium in patibulo ſuſpenſum manſerat. Demumque frater ipſius, corporis auferendi & ſepeliendi facultatem impetravit. Multis autem ſtipatus contribulibus illo ſe contulit, ſublatumque corpus in ſandapilam demitti curavit, quam per totam urbem Lutetiam circumferri juſſit, duodecim circumdatam viris pullatis, Laurentii Garnerii inſignia geſtantibus. Ante ſandapilam incedebant quatuor precones ferales, quorum unus clamabat: *Boni quique & pii homines, quotquot eſtis, precamini pro anima defuncti Laurentii Garnerii, qui dum viveret Provini ſedes habebat, quique nuper defunctus ſub quercu repertus eſt.* Poſtquam autem per vicos Pariſinos ſandapilam cum corpore circumtulerunt, ad Sancti Antonii portam venere, ubi cadaver in curru depoſitum fuit, ut Provinum deferretur ſepeliendum.

Bellum ſemper in Picardia gerebatur. Maximilianus autem collecto exercitu viginti millium circiter virorum Flandrorum paucorumque Germanorum, Teruanam obſedit. Cordæus vero qui pro Rege in Picardia imperabat, armorum viros quotquot potuit, & octies mille ſagittarios collegit, ut præſidiariis opem ferret. Soluta obſidione Maximilianus in occurſum ipſi venit. Commiſſa pugna fuit Guinægaſtæ. Equitatus Maximiliani ſtatim profligatus fuit, illumque Ariam uſque inſequutus eſt Cordæus, relicto exercitu reſiduo qui contra Flandros concertabat. Flandri vero pedites equitatus ſui fugam conſpicientes, incerti neque ita firmi conſiſtebant; ſed cum ſagittarii Franci ſeſe ad hoſtium ſarcinas diripiendas convertiſſent, tunc Comites Romontius & Naſſavius animos fecere Flandris, qui in prædones illos erumpentes multos interfecerunt. Maximilianus ſuorum longe plures vel captos, vel cæſos amiſit, quam Franci, ipſeque prælii locum obtinuit: neque tamen Teruanam denuo obſidere auſus eſt. Ludovicus Rex, qui pugnæ fortunam tentare nolebat, ſtatim rem ægre tulit, timuitque ne majus illatum fuiſſet damnum, quam ſibi narrabatur, ſed poſtea ubi res accuratius edidiciſſet, ſedatus eſt animo. *Comines.*

Après la bataille Maximilien & le Comte de Romont vinrent devant une petite place nommée Malaunoi, où commandoit le cadet Remonnet Capitaine, aiant avec lui environ cent cinquante arbaletriers Gaſcons, qui ſe défendirent vaillamment & furent la plûpart tuez ; les autres ſe jetterent dans les foſſez. Le cadet Remonnet fut fait priſonnier, & trois jours après Maximilien le fit pendre. Le Roi Louis choqué de cette barbare execution, fit choiſir cinquante des priſonniers, & fit marcher le Prevôt des Marêchaux accompagné de huit cens lances & ſix mille archers, pour les faire pendre, dix ſur le lieu même où le cadet Remonnet avoit été pendu, dix devant Douai, dix devant Saint Omer, dix devant Arras & autant devant l'Iſle. Après quoi le Prevôt & ſa troupe firent de grands ravages dans la Flandre, prirent dix-ſept places ou châteaux, porterent le fer & le feu dans les campagnes & emmenerent quantité de beſtiaux.

Vers le même tems un nommé Coulon & d'autres Ecumeurs de mer de Normandie prirent quatre-vingts vaiſſeaux Flamans, chargez de ſeigle, qu'ils étoient allez chercher dans la Pruſſe pour ravitailler leurs places. Ils prirent auſſi tout le haran, qu'ils avoient pêché cette année. On diſoit que depuis cent ans les Flamans n'avoient fait une telle perte.

En ce tems-ci ſe fit un Traité entre le Roi Louis XI. & le Roi de Caſtille. Les Ambaſſadeurs de part & d'autre s'aſſemblerent pour cela à S. Jean de la Luz. Ceux de France étoient le Sire de l'Eſcut & l'Evêque de Lombés Abbé de Saint Denis ; ceux de Caſtille, Jean de Gamboa Capitaine de Fontarabie, & Jean de Médina Conſeiller du Roi. Les anciens Traitez d'alliance entre les deux couronnes y furent confirmez, & pour quelque different qu'il y avoit ſur le Rouſſillon, il fut reſolu, que la ville de Perpignan ſeroit remiſe au Cardinal d'Eſpagne, & que les deux Rois nommeroient des arbitres pour décider dans cinq ans ſur cette affaire. Louis déja avancé en âge penſoit auſſi à faire ſa paix avec Maximilien.

Il avoit une autre choſe fort à cœur ; c'étoit d'établir une bonne police dans ſon Roiaume, de corriger les abus qui ſe commettoient dans l'exercice de la juſtice, de remedier à la longueur des procès, de faire mettre en François les

---

Chronique Poſt pugnam illam Maximilianus & Romontius Comes ante Malam-nodam oppidulum venerunt, præſidio munitum. Præſidiariorum Præfectus erat Remonetus centum quinquaginta circiter ſagittarios Vaſcones ſecum habens, qui fortiſſime pugnarunt, ac maxima pars cæſi ſunt; alii vero ſeſe in foſſas conjecerunt. Remonetus autem captus eſt : ac poſt tres elapſos dies ſuſpendio periit. Quam immanitatem tam indigne tulit Ludovicus, ut ex captivorum Burgundionum numero quinquaginta delegerit, miſeritque Præpoſitum Mareſcallorum cum octingentis lanceis & ſex mille ſagittarios, qui juſſu Regis quinquaginta illos ſuſpendio necavit, decem nempe in ipſo loco ubi Remonetus ſuſpenſus fuerat, decem ante Duacum, decem ante S. Audomarum, totidem ante Atrebatum, parem numerum ante Inſulas. Præpoſitus poſtea cum agmine ſuo in Flandriam vaſtitatem intulit, ſeptemdecim caſtra vel oppida cepit, igni ferroque agros depopulatus eſt, & multa pecora abduxit.

Le même. Idem circiter tempus quidam nomine Colonus & Piratæ alii Normanni, octoginta Flandrorum naves cepere ſecale onuſtas, quod ex Pruſſia advehebant, ut oppida ſua cibariis munirent. Halecium quoque copiam quam per totum annum Flandri collegerant, abduxere. Fama erat Flandros ab annis centum nullam tantam feciſſe jacturam.

Matthieu. Hoc tempore inita pactio fuit Regem inter Ludovicum XI. & Ferdinandum Caſtellæ Regem. Oratores ex utraque parte convenerunt ad Sanctum Joannem Luiſium. Oratores Franciæ erant D de Scuto & Epiſcopus Lumbarienſis, Abbas ſancti Dionyſii in Francia ; Oratores Caſtellæ, Joannes de Gambone, Præfectus Fontarabiæ, & Joannes de Medina Regi a Conſiliis. Hic confirmatæ ſunt veteres inter ambas coronas pactiones, & quia circum Comitatum Ruſcinonenſem aliqua ſuborta diſſenſio erat, ſtatutum fuit, ut Perpinianum urbs Cardinali Hiſpaniæ conſignaretur, & arbitri ab ambobus Regibus nominarentur, ut intra quinque annorum ſpatium hac de re deciderent. Ludovicus jam ad ſenium vergens, de pace etiam cum Maximiliano facienda cogitabat.

Comines. Res altera ipſi admodum cordi erat, ut optimis inſtitutis ac legibus Regnum ſuum exornaret, corruptelæ, quæ in juſtitiæ exercitium irrepſerat, manum medicam admoveret, cauſarum quæ ad Judices deferebantur longiorem tractationem, ex quæſtus amore partam, cohiberet, deſcriptas latine conſuetudines in Francicum idioma converti curaret, &

Coutumes, pour éviter ainsi *les pilleries des Avocats.* Il vouloit établir dans tout son Roiaume les mêmes Coutumes, les mêmes poids & mesures, & souhaitoit aussi fort de soulager le peuple, ci-devant opprimé par des taxes & des impôts extraordinaires. Mais la maladie qui survint l'empêcha de mettre tout cela en execution. *Si Dieu lui eut donné la grace*, dit Comines, *de vivre encore cinq ou six ans, sans être trop pressé de maladie, il eut fait beaucoup de bien à son Roiaume.*

Etant aux Forges près de Chinon il eut un accident d'apoplexie, qui lui fit perdre la connoissance & la parole. Revenu de cet accident, il fit sortir de prison le Cardinal de la Ballue, qui y avoit été enfermé quatorze ans. Il avoit fait une taxe extraordinaire pour entretenir toujours dix mille hommes de pied, deux mille cinq cens pionniers & quinze cens hommes d'armes. Tout cela devoit faire un camp à la maniere des anciens Romains. Il cassa les Francs-archers, & mit en leur place des Suisses & des Piquiers. 1480. Maladie de Louis XI.

En ce tems-ci Charles Comte du Maine, à qui le Roi René venoit de donner la Provence avant que de mourir, tomba malade, & institua le Roi Louis son héritier en la Comté de Provence : il trépassa peu de tems après. Ainsi cette belle Province fut réunie à la couronne.

Louis de Bourbon Evêque de Liége étoit fort haï des Liégeois, qui le regardoient comme la cause de tous les malheurs qui leur étoient arrivez & de la désolation de leur ville, ci-devant réduite en cendres par le Duc de Bourgogne. Guillaume de la Mark surnommé le Sanglier des Ardennes & pensionnaire de la Maison de Bourgogne, d'intelligence avec eux, résolut de se défaire de l'Evêque pour faire élire son fils en sa place. Il ramassa une troupe de scélerats, leur mit à chacun pour marque une hure de sanglier sur la manche, & se mit avec eux à ravager les vignes des Liégeois. Ceux de la ville qui conjointement avec ce Sanglier des Ardennes conspiroient la perte de l'Evêque, l'avertirent des ravages que Guillaume de la Mark & ses gens faisoient dans les vignes de ses Diocesains. L'Evêque promt à la main part avec eux pour leur donner la chasse. Dès qu'ils furent arrivez sur les lieux, les Liégeois l'abandonnerent, les gens du Sanglier des Ardennes le massacrerent inhumainement, & exposerent son corps tout nud devant la grande Eglise de Liége. Un si L'Evêque de Liege massacré.

---

causidicorum frænaret rapacitatem. In toto Regno suo easdem consuetudines, eadem pondera, easdemque mensuras constituere peroptabat, populumque antehac vectigalibus, tributis & exactionibus pene obrutum allevare, & in meliorem conditionem reducere meditabatur; sed superveniens morbus ne his omnibus operam daret cohibuit. *Si Deus ipsi vitam ad quinque sexve annos prorogasset*, inquit Cominæus, *nec morbis gravibus oppressus fuisset, multa Regno suo intulisset bona.*

Comines. Cum in Ferrariis Fabricis esset prope Cainonem, in apoplexiam incidit, ita ut & rationis & loquelæ usum ad aliquod tempus amitteret, in valetudinem autem restitutus Balluensem Cardinalem ex carcere, in quo per annos quatuordecim inclusus fuerat, liberum emitti jussit. Vectigal novum & grande indixerat, ut exercitum cogeret decies mille peditum, bis mille quingentorum fossorum, & mille quingentorum virorum, quos tunc armorum vocabant; nam Francis sagittariis abrogatis, in ipsorum locum Helvetios & hastatos instituit. Hæc agmina in castris more veterum Romanorum stationem habitura erant.

Matthieu. Hoc tempore Carolus Comes Cenomanensis, cui paulo ante moriturus Renatus Rex Siciliæ Gallo-provinciam dederat, in morbum incidit, & Ludovicum Regem hæredem sibi in Provinciæ Comitatu instituit, pauloque postea vitam clausit, sicque pulcra illa Regio ad coronam Francicam accessit.

Ludovicus Borbonius Episcopus Leodiensis in Leodiensium odium incurrerat, quod illum causam fuisse putarent & cladium & excidii urbis suæ, quæ a Duce Burgundiæ flammis tradita & in cinerem redacta fuerat. Guillelmus vero de Marca, Aper Arduennarum cognominatus, qui stipendium a Principibus Burgundicis accipere solebat, cum Leodiensium multis consentiens, Episcopum de medio tollere decrevit, ut filium suum in ejus locum substitui curaret. Facinorosorum autem hominum turmam collegit, in singulorum manicis aprugni capitis imaginem insigne posuit, & cum ipsis Leodiensium vineas devastare cœpit. Leodienses qui cum Apro Arduennarum in Episcopum conspirabant, ipsi nunciatum venere quantam Aper ille in vineis Leodiensium vastitatem inferret. Episcopus in consiliis promtus cum illis proficiscitur, ut Aprum & suos dispellat; sed cum illo pervenissent, Leodienses Episcopum deseruere, quem Apri turma immaniter peremit, corpusque ipsius nudum ante majorem Leodii Ecclesiam ex- Matthieu.

grand crime ne demeura pas impuni, Maximilien fit peu de tems après couper la tête à Guillaume de la Mark.

1481. Le Roi Louis alla voir son camp au Pont de l'Arche, & s'en revint à Tours, où il eut un autre accident, qui lui ôta le sens & la parole. Ceux qui étoient presens le vouerent à S. Claude. Il revint à lui, & après qu'il se fut un peu fortifié, il se mit en chemin pour accomplir le vœu. Dans ce voiage il fit saisir & amener en France Philibert Duc de Savoie. Après qu'il eut fait ses devotions à S. Claude, il vint à Beaujeu en Beaujolois, où il apprit la nouvelle de la mort de Marie Duchesse d'Autriche, qui étant tombée de cheval, ne survêcut à cette chûte que peu de jours.

Après son retour Louis alla voir son fils Charles au château d'Amboise, où il l'avoit laissé dès sa naissance, sans le voir, ni souffrir que toute sorte de gens le vissent. Comme il étoit extrêmement soupçonneux, il craignoit qu'on ne le mit un jour à la tête de quelque parti contre lui, comme il s'étoit mis lui-
1482. même dans sa grande jeunesse à la tête des Princes & des Grands du Roiaume contre son pere. Il lui recommanda sur-tout de ne point changer les Officiers qu'il trouveroit établis, comme il avoit fait lui-même au commencement de son Regne, en destituant les vieux Officiers pour en mettre d'autres; changement qui avoit pensé ruiner ses affaires, ce qui devoit le porter à ne pas suivre son exemple. Il lui donna encore quelques autres bons avis. Il voulut que les remontrances qu'il lui fit en presence de ses plus confidens serviteurs, fussent publiées en forme d'Edit, & enregistrées aux Cours Souveraines, afin que son peuple connut, que si le Regne de son fils ne répondoit pas à ses esperances, il n'avoit pas tenu à lui, qu'il ne se mit sur les bonnes voies. L'acte est datté du 21. Septembre 1482. Il est rapporté au long par Matthieu, qui fait voir que Comines s'est trompé en le mettant en 1483.

Les Gantois après la mort de la Duchesse s'étoient saisis du Prince Philippe & de la Princesse Marguerite ses enfans, & disoient à Maximilien que la garde & la tutelle leur en appartenoit. Le Roi qui souhaitoit le mariage du Dauphin avec la Princesse Marguerite, persuadé que les Gantois qui gouvernoient tout, le favoriseroient, les fit solliciter par Des Cordes, qui trouva les dispositions favorables au dessein du Roi. Les Gantois dirent brusquement à Maximilien,

---

posuit. Tantum vero scelus non impunitum mansit. Maximilianus enim haud diu postea comprehensum Guillelmum de Marca capite plecti jussit.

Comines. Ludovicus castra sua invisit ad Pontem-Arcus posita, indeque in Turonum urbem concessit, ubi denuo apoplexia correptus, sensu voceque aliquanto tempore caruit. Qui aderant, ipsum Sancto Claudio commendarunt, & voto adstrinxere. Recreatus a morbo & confirmata valetudine, ad sanctum Claudium profectus est, & iter agendo Philibertum Sabaudiæ Ducem apprehendi & in Franciam adduci jussit. Postquam sancto Claudio vota solverat, Bellijovium venit in Bellojoviensi tractu, ubi Mariæ Burgundicæ Austriæ Ducissæ mortem edidicit, quæ ex equo delapsa, paucis postea diebus interiit.

Matthieu. Post reditum suum Carolum filium in Ambasiæ castello versantem invisit, quem ab ortu ibi reliquerat, nec postea viderat, nec cuivis licebat illum invisere. Cum enim admodum suspiciosus esset, metuebat ne aliqui rebelles ipsum sibi Ducem constituerent, ut & ipse admodum juvenis, Principum & procerum dux contra patrem suum Carolum VII. constitutus fuerat. Ipsi vero hoc monitum ante omnia dedit, ut ne Ministros Regni & Regiæ mutaret, quod ipse initio Regni sui fecerat, cum Ministros veteres deturbavit, novosque adscivit, quare in extremum perniciei periculum deductus est. Ne vero hac in re exemplum patris sequeretur hortatus est. Alia quoque ipsi monita dedit, voluitque ut ista quæ filio præsentibus iis, quibus magis fidebat, dixerat, Edicti more publicarentur, atque in Supremis Senatorum Curiis in acta publica referrentur, ut scirent populi, si filius suus non tam probe regnaret, quam sperabatur, id ideo evenire quod monitis suis non attendisset. Rescriptum datum fuit 28. Septembris anno 1482. totumque cusum exstat in historia Matthæi, qui probat errasse Cominæum, cum hæc in annum 1483. consignavit.

Gandavenses post Mariæ Principis suæ obitum, Philippum & Margaritam infantes natos ipsius apprehenderant, & Maximiliano dicebant se illorum tutelam & curam suscipere, illamque vere ad se pertinere. Rex vero Ludovicus, qui Delphinum filium cum Margarita connubio jungi cupiebat, cum probe sciret Gandavenses qui tum omnia administrabant, secum consensuros esse, Cordæi ministerio id desiderare se ipsis insinuavit, quos ad eam rem pronos esse Cordæus comperit. Gandavenses porro audacter *Comines.*

qu'ils

qu'ils ne vouloient plus de guerre avec la France. Le Pape Sixte IV. envoia dans le même tems à ces deux Princes le Cardinal de Saint Pierre aux Liens, pour les exhorter à faire la paix, & à joindre leurs forces contre les Turcs ennemis communs des Chrétiens. Il fallut donc traiter : les Députez de part & d'autre s'aſſemblerent à Arras. Les François demandoient la reverſion à la Couronne de toutes les provinces qui dépendoient de la France. On diſputa long-tems ſur cet article ; mais on convint enfin que le mariage du Dauphin avec la Princeſſe Marguerite ſe feroit, & qu'on lui donneroit pour dot la plûpart de ces provinces que les François avoient demandées. La condition fut beaucoup meilleure, que le Roi Louis n'avoit d'abord eſperé. Les gens du Roi accorderent que le Prince d'Orange, le Comte de Joigni, Leonard de Chalon, Guillaume de la Baume Sieur d'Ilain, Claude de Toulongeon Sieur de la Baſtie, & d'autres ſeroient compris dans la paix, & prendroient poſſeſſion de leurs biens en Bourgogne, Dauphiné, & dans d'autres parties du Roiaume. Pluſieurs familles repaſſerent de la Franchecomté dans le Roiaume de France ; les Seigneurs de la Maiſon de Chalon, Jean d'Andelot, Jâques de Coligni, qui fut pere de Gaſpard de Coligni, Amiral de France, Gui de Rochefort & quelques autres.

Paix faite à Arras.

Louis vint enſuite à Tours, & ſe retira au Château du Pleſſis-les-Tours, qu'il fit bien fortifier. Devenu extrêmement ſoupçonneux, il fit bien garder le Château, empêchant que perſonne ne vînt le voir ſans ſa permiſſion. Il n'étoit viſité que de peu de gens choiſis. Il vouloit qu'on crût au dehors qu'il ſe portoit bien, craignant que pendant ſa longue maladie, quelqu'un ne s'emparât du Gouvernement. Accablé de langueurs comme il étoit, il fut plus jaloux de ſon autorité qu'il n'avoit jamais été : il ſembloit, dit un Auteur, qu'il voulût embraſſer & ſerrer ce qu'il falloit neceſſairement quitter. Pour faire croire qu'il ſe portoit bien, il envoioit dans toutes les parties de l'Europe pour acheter ce qu'il y avoit de plus rare & de plus ſingulier dans chaque payis.

La crainte de la mort eſt fort naturelle à l'homme : mais il eſt incroiable juſqu'à quel point elle dominoit dans ce Prince : tout ce que ſon imagination

---

Maximiliano dixerunt nolle ſe ulterius cum Francorum Rege armis concertare. Eodemque tempore Sixtus IV. utrique Principi Cardinalem ſancti Petri ad vincula miſit, qui ambos ad pacem faciendam cohortaretur, ut poſtea conjunctis copiis, contra Turcas Chriſtianorum omnium hoſtes arma converterent. Ad pacta igitur ineunda ventum eſt. Oratores utriuſque partis Atrebatum venere. Franci petebant, ut provinciæ illæ, quæ ex Francorum Regno pendebant, ſub ejus dominationem reverterentur. Hac de re diu diſceptatum eſt : tandemque ſic res compoſita fuit, ut Delphinus Margaritam Maximiliani & Mariæ filiam duceret, cui in dotem daretur magna pars provinciarum, quas Franci poſtulaverant : quæ conditio longe melior fuit, quam Ludovicus ſperaverat. Regiis autem Oratoribus conſentientibus ſtatutum fuit ut Princeps Arauſicanus, Comes Juniacenſis, Leonardus de Cabilone, Guillelmus de Balma Ilani Toparcha, Claudius de Tulongone & alii conciliata pace fruerentur, & bona prædiaque ſua repeterent in Burgundia, Delphinatu, in aliiſque Regni provinciis. Multæ tunc familiæ ex Burgundiæ Comitatu in Francorum Regnum reverſæ ſunt, qui ex Cabilonenſium genere erant, Joannes Andelotius, Jacobus de Coliniaco, qui pater fuit Gaſpari de Coliniaco in Francia maris Præfecto, Guido de Rupeforti, & quidam alii.

Poſtea Ludovicus in Turonum urbem venit, & in Pleſſeium caſtellum prope urbem ſitum ſe recepit, illudque propugnaculis cinxit, jam ſuſpectos fere omnes habens, caſtelli aditus accurate cuſtodiri præcepit, ut ne quis injuſſu ſuo ſe adiret : paucos autem eoſque ſelectos viros admittebat. Se bene valere palam publicari volebat, metuens ne quis morbo diutius perſeverante, Regni adminiſtrationem invaderet. Tamdiu æger auctoritatem ſuam cautius tuebatur, quam unquam alias fecerat. Ut ſe bene valere crederetur, procul & in remotiſſimas Europæ partes viros mittebat, qui quod vel ſingularius vel precioſiſſimum in illis regionibus erat, emerent. Utque circumſtantes perſuaſum haberent ipſum amplis gerendis negotiis perinde idoneum eſſe, atque cum optime valeret, literas ſibi maximi momenti afferri jubebat quas legebat, vel ſe legere ſimulabat, cum inverſas ſæpe teneret, quod ſi quis animadverteret, monere nunquam auſus eſſet, ne pœnas daret.

Comines.

Mortis metus homini cuilibet a natura inſitus fuit. At vix credatur quantum in Ludovici animo imperium obtineret : quidquid ſeſe menti vel imaginationi offerebat, quod arbitraretur aliquid momenti ad vitæ

lui ſuggeroit, il le mettoit en pratique pour prolonger ſes jours. » Il fit venir, » dit la Cronique, grand nombre de joueurs de bas & doux inſtrumens qu'il » fit loger à Saint Coſme près Tours, où illec ils s'aſſemblerent juſqu'au nombre de ſix-vingts, entre leſquels y vint pluſieurs Bergers du payis de Poitou, » qui ſouvent jouerent devant le logis du Roi, mais ils ne le voioient point, afin » qu'auxdits inſtrumens le Roi y print plaiſir, & pour le garder de dormir. Et » d'un autre coſté y fit auſſi venir un grand nombre de bigots, bigotes & » gens de devotion, comme Hermites & ſaintes créatures, pour ſans ceſſer prier » à Dieu qu'il permit qu'il ne mourut point, & qu'il le laiſſât encore vivre. » Il vouloit perſuader qu'il étoit auſſi en état que jamais de manier les plus grandes affaires, & ſe faiſoit apporter des lettres d'Etat, & les liſoit, ou faiſoit ſemblant de les lire, les tenant quelquefois à rebours. Ceux qui s'appercevoient de ſa mépriſe n'auroient oſé l'en avertir, de peur de s'attirer ſa diſgrace.

Il fit venir François de Paule Fondateur des Minimes, fort renommé pour ſa ſainteté. Il ſe mit à genoux devant lui, le priant d'obtenir de Dieu; qu'il revînt en ſanté. Le ſaint homme lui répondit fort ſagement, l'exhortant à ſe ſoumettre aux ordres de la Providence, ce qui ne le ſatisfit gueres. Peu de tems après arriverent les Ambaſſadeurs des Gantois qui gouvernoient tout dans le payis de Maximilien, apportant le traité du mariage de Marguerite d'Autriche ſa fille avec le Dauphin de France. Le Roi Louis n'avoit d'abord demandé pour la dot de la Princeſſe que l'Artois, ou la Franche-Comté: mais Meſſeigneurs les Gantois (ainſi les appelloit Louis) lui firent donner l'un & l'autre, & y ajoûterent le Maſconnois, le Charolois & l'Auxerrois, & s'ils avoient pû, ils y auroient encore ajouté les Comtez de Hainaut & de Namur. Ils vouloient ainſi diminuer la puiſſance de leur Prince pour être toujours les maîtres.

1483. Le Roi Edouard à qui le Roi Louis avoit ſouvent promis de marier le Dauphin ſon fils avec ſa fille, qu'il appelloit Madame la Dauphine, ſe voiant ainſi trompé & baffoué de ſes ſujets, en eut un ſi cuiſant déplaiſir qu'il en mourut. Son frere Richard Duc de Glocestre fit mourir ſes deux fils, & s'empara de la Couronne d'Angleterre.

La maladie minoit & conſumoit tous les jours le Prince, qui ſe recomman-

---

ſpatium producendum allaturum eſſe, id ille ſtatim experiebatur. » Tibicines fidicineſque magno numero » evocavit, inquit Chronici Scriptor, » quos ad ſanctum Coſmam prope Turonum conſidere juſſit, illoque confluxere multi donec ad centum viginti numerum pertingerent, inter quos erant plurimi Pictavi Opiliones, qui ſæpe pulſaturi ante Regias ædes ſe contulere, ut inſtrumentorum modulis, Regem, quem non videbant, delectarent, & ab illo ſomnum averterent. Accerſiri juſſit etiam quam plurimos tum viros tum mulieres pietatis ſpeciem præ ſe ferentes, atque Eremitas, Religioſoſque homines, qui perpetuo Deum precarentur, ut ab ſe mortem averteret, ſeque inter vivos ſineret.

Comines. Franciſcum Paulanum Ordinis Minimorum Fundatorem ſanctitate celeberrimum advocavit, & genibus flexis precatus illum eſt ut valetudinem ſibi a Deo impetraret. Sapienter ille reſpondit, hortatuſque illum dixit, Providentiæ divinæ omnia committenda eſſe, ejuſque imperio ſubjici oportere: quæ res non admodum grata Ludovico fuit. Paulo poſt advenere Gandavenſium Oratores; qui Gandavenſes in tota Maximiliani ditione tunc imperium obtinebant, ferebantque Oratores illi pacta connubii Margaritæ filiæ ipſius Maximiliani cum Delphino Regis Ludovici filio; qui Ludovicus initio nonniſi Artеſiam vel Burgundiæ Comitatum in dotem Principis puellæ petierat: Verum Domini Gandavenſes (ita enim compellabantur a Ludovico) utramque dedere, etiamque addidere tractus Matiſconenſem, Caroleſium & Antiſiodorenſem: ac ſi potuiſſent Comitatus quoque Hannoniæ & Namurci addituri erant. Sic illi, ut ſemper imperio potirentur, Principis ſui potentiam minuere conabantur.

Eduardus Angliæ Rex, cui Ludovicus ſæpe pollicitus erat, ſe Delphinum filium connubio juncturum cum filia ipſius, quam ipſe Eduardus Dominam Delphinam appellabat, ſe deluſum & Anglorum contumeliis exagitatum videns, tanto affectus mœrore eſt, ut in morbum delapſus fato functus ſit. Ricardus vero Dux Glocestriæ frater ejus, duos Eduardi filios enecavit, & Angliæ Regnum invaſit. Comines.

Morbo interea quotidie abſumebatur Ludovicus, qui Sanctorum omnium opem implorabat, ut ſibi Le même.

doit à tous les Saints pour obtenir la ſanté, faiſoit venir des Reliques de tous côtez, & juſqu'à la ſainte Ampoule de Rheims dont il vouloit ſe faire oindre une ſeconde fois. Il veut ſe recommander à Saint Eutrope : on lui compoſe une oraiſon pour ce Saint, où on lui faiſoit demander la ſanté du corps & de l'ame. Oſtez ce mot *de l'ame*, dit-il, pourquoi importuner le Saint en lui demandant tant de choſes à la fois. Il faiſoit faire des prieres publiques pour appaiſer le vent de biſe, qu'il croioit contraire à ſa ſanté, & donnoit d'autres marques de foibleſſe, qui faiſoient la fable du genre humain.

Le Lundi 25. jour du mois d'Août il eut une rechûte de ſon mal, & l'on crût qu'il ne paſſeroit pas la journée. Le Medecin Jâques Cothier, auquel il donnoit dix mille écus par mois pendant le tems de ſa maladie, & quelques autres l'avertirent que ſon heure approchoit, & qu'il falloit ſe diſpoſer à la mort. Il répondit qu'il eſperoit que Nôtre-Dame lui feroit la grace de vivre encore juſqu'au Samedi ſuivant. Il vêcut en effet juſqu'à ce jour, aiant toujours le ſens & la parole libre, reçut tous ſes Sacremens, & témoigna juſqu'au dernier ſoupir des ſentimens fort chretiens. Il mourut le Samedi 30. Août âgé de ſoixante un ans, après en avoir regné vingt-deux. Mort de Louis XI.

Le caractere de Louis XI. eſt des plus extraordinaires : on y remarque des traits qui ſemblent ſe contrarier ; de-là vient que ceux qui ont fait ſon portrait varient beaucoup entre eux. Tous conviennent que c'étoit un grand politique ; mais ils le caracteriſent très-differemment pour le reſte. Les uns le font un très-mauvais Prince, dont toute la fineſſe tournoit au malheur de ſes plus proches, de ſes Officiers & de ſes ſujets ; d'autres juſtifient preſque toutes ſes actions : il s'en trouve encore aujourd'hui qui le propoſent comme le modele d'un grand Prince. Caractere de Louis XI.

Après avoir écarté tous les préjugez, je conviens premierement avec eux, que c'étoit un très-habile politique, mais qui dementoit quelquefois ce caractere : infiniment plus adroit à ſe tirer d'un mauvais pas, que prudent pour ne s'y pas engager ; eſprit fort remuant ; dès ſa premiere jeuneſſe il ſe mit à la tête d'un parti contre ſon pere, & ſe retira depuis de ſa Cour pour n'y plus

---

bona valetudo reſtitueretur : undique etiam Reliquias Sanctorum ſibi comportari curavit, & ſacram Ampullam Rhemenſem, qua unguntur & inaugurantur Reges, & qua iterum inungi cupiebat. Cum ſancti Eutropii auxilium ſibi impetrare vellet, quidam precationis ipſi formam concinnarunt, qua ſalutem corporis & animæ poſtularet. Tollite, inquit ille, vocem illam, *& animæ*, ne tot petitionibus Sancto importuni ſimus. Preces etiam publicas indici mandabat, ut boreas ventus, ſibi languenti, ut ipſe putabat noxius, ſedaretur, & alia demiſſi & formidoloſi animi ſigna dabat, quæ omnia in riſum & fabulam generis humani vertebantur. Saiſſel.

Vigeſima ſecunda menſis Auguſti feria ſecunda, in graviorem lapſus eſt ægritudinem ; ita ut extremus ille fore vitæ dies putaretur. Jacobus autem Cotherius Medicus ejus, cui dum ægrotaret decem millium ſcutorum ſtipendium ſingulis menſibus numerabat, & quidam alii qui aderant, extremam vitæ horam inſtare dicebant illi, & ut jam ſeſe ad exitum appararet monebant. Ille vero reſpondit, ſperare ſe, Beatam Virginem ad uſque Sabbatum proximum vitam ſibi prorogaturam eſſe. Et revera ille ad uſque diem illum vixit, ratione ſemper & voce libere utens, extremis vero ſacramentis uſus, & pium ſemper ac chriſtianum exhibens affectum, die Sabbati mortuus eſt 30. die Auguſti, annos natus 61. poſtquam 22. regnaverat. Comines.

Ludovici Undecimi indoles, animi dotes, rei gerendæ ratio ſingulariſſimæ ſunt, & aliquando inter ſe pugnare videntur. Inde autem accidit ut ii, qui ejus genium vitam atque mores depinxere, diverſam omnino illius imaginem proferant. Conſentiunt omnes illum in publicæ rei gerendæ arte atque aſtutia cum primis numerandum eſſe ; ſed in cæteris depingendis motibus ejus mirum quantum inter ſe differant. Alii illum quaſi improbum virum & Principem repræſentant, cujus ars & calliditas in damnum vertebatur uxori, filio, cognatis, miniſtris ſubditiſque. Alii omnia fere geſta ejus purgare nituntur, & ſunt hodieque qui ut magni optimique Principis exemplar ipſum proponant.

Eliminata quavis præjudicata opinione, primum hac in re cum cæteris conſentio, illum in arte politica inter præcipuos cenſendum eſſe ; ſed aliquando ab hac animi dote deflexiſſe, longeque majori aſtutia valuiſſe, ut ſe a difficillimis negotiis & caſibus expediret, quam prudentia, ut ne ſeſe in illa conjiceret. Rerum ſemper novarum molitor, adoleſcens rebellium Principum & procerum ſeſe contra patrem Carolum ducem conſtituit, poſteaque ab aula Regia ſe ſubdu-

revenir. Après la mort de Charles VII. il destitua les meilleurs Officiers de la Couronne, & s'en fit autant d'ennemis. Toutes les démarches qu'il fit les trois premieres années de son Regne sembloient ne tendre qu'à en multiplier le nombre. Il irrita les Ducs de Bretagne, de Bourgogne & de Bourbon, exigeant des droits qui lui étoient peut-être dûs, mais qu'il ne falloit pas demander si-tôt, crainte d'augmenter le nombre des mécontens, qui leverent enfin l'étendard, & firent cette formidable ligue dont il pensa être accablé.

Ce fut alors qu'il donna des preuves de son adresse ; il sépare d'abord ces Princes en accordant à chacun tout ce qu'il demandoit, rappelle tous les Officiers destituez, & leur fait de si grands avantages, qu'ils lui demeurerent toujours attachez depuis. Pour reprendre ensuite ce que les Princes liguez l'avoient forcé d'accorder, il gagne les uns comme le Duc de Bourbon, met la division parmi les autres, oblige son frere de se contenter d'un partage fort inferieur à celui qu'il avoit extorqué, resserre le Duc de Bretagne dans de plus étroites limites, dresse toutes ses machines contre le Duc de Bourgogne le plus puissant de tous, à qui il suscite tant d'ennemis de tous côtez qu'il le met hors d'état de lui nuire, tourne si bien le Roi Edouard, qui étoit descendu en France avec une grande armée pour secourir le Bourguignon, que gagné par ses presens & ses caresses, il s'en retourne en Angleterre sans tirer l'épée ; & le Duc de Bourgogne aiant été défait & tué par les ennemis que Louis lui avoit suscitez, il s'empare d'une bonne partie de ses Etats. Je ne dis rien de l'affaire de Peronne, qui prouve encore ce que nous avons remarqué plus haut, que Louis étoit beaucoup plus habile à se tirer d'un mauvais pas, que prudent pour ne s'y pas engager.

Il étoit brave de sa personne, & joignoit la prudence à la valeur, comme il parut à Dieppe, en Alsace, en Gascogne & à Mont-le-heri. Mais dès qu'il fut monté sur le thrône, la reflexion le porta à suivre la maxime de Charles V. son bisaieul, le plus sage des Rois, de ne point hazarder de batailles dans son pays ; mais de chercher d'autres moiens de ruiner plus surement les armées des ennemis. La bataille de Mont-le-heri où il se trouva, fut engagée contre son ordre.

On l'accuse d'avoir été cruel & vindicatif ; mais quand on examine la chose

---

xit, non illo reversurus vivente patre. Post Caroli patris obitum præstantiores aulæ Regiæ & Regni Ministros dejecit, & sic sibi totidem inimicos paravit. Quæ per tres primos Regni sui annos designavit omnia ad hostes sibi comparandos tendere videbantur ; Duces Britanniæ, Burgundiæ & Borbonii exasperavit, illa vehementius exigens, quæ sibi fortasse debebantur ; sed quæ in illa rerum conditione petenda non erant, ut ne novos sibi accerseret hostes, qui tandem armis assumtis, formidandam illam belli societatem iniere, qua pene obrutus Ludovicus fuit.

Tunc ille quanta polleret astutia & calliditate comprobavit. Societate junctos Principes cuique petita concedendo separat : destitutos antea Ministros revocat & tot muneribus allicit, ut sibi fidi postea manserint. Deinde vero illa quæ ab se, in angustia constituto, fœderati Principes extorserant, arte repetere tentat ; alios sibi devincit, ut Borbonium Ducem ; inter alios dissentiones movet, fratrem Carolum ad partem accipiendam extortæ longe inferiorem adigit ; Ducem Britanniæ in angustiores limites comprimit : in Burgundiæ Ducem, omnium potentissimum, nulla non artificia intentat, totque ipsi hostes undique suscitat, ut contra se Francorum Regem nihil ultra movere posset : Eduardum Angliæ Regem, qui cum grandi exercitu Burgundioni opem laturus in Franciam exscensum fecerat, tot muneribus atque blanditiis delinit, ut sine bello in Angliam remeare ipsi suaserit : & cum postea Dux Burgundiæ ab hostibus, quos illi Ludovicus suscitaverat, victus & cæsus fuisset, partem non spernendam ditionis ejus Ludovicus invasit & occupavit. Hic vero rem Peronensem prætermisi, qua etiam asseritur id quod superius dixi, Ludovicum multo plus valuisse astutia ut sese a difficillimis negotiis expediret, quam prudentia, ut ne sese in illa conjiceret.

In bello strenuus Ludovicus fuit, & fortitudini prudentiam copulavit ; ut ex gestis Dieppæ, in Alsatia, in Vasconia & ad Montem-leherium comprobatur. At ubi in solium regium evectus fuit, re secum deliberata, Caroli V. abavi sui Regum sapientissimi more, a pugnæ fortuna tentanda in regione sua semper abstinuit ; sed alia ratione, & cum minore periculo hostium exercitus minuere & dissipare conatus est. Pugna quippe Montis-leherii, injussu ipsius suscepta fuit.

Ut immitis & vindictæ cupidus a multis insimulatur : at ubi res accuratius examinatur, in illos ut plu-

de près, on trouve que la plûpart de ceux dont il s'est vangé en les punissant, avoient bien merité d'être envoiez au supplice. Tels étoient le Connétable de S. Pol & le Duc de Nemours, qui ne furent executez qu'après avoir été convaincus de plusieurs trahisons. S'il y en a quelqu'un dont le crime ne fut pas si manifeste, peut-être avoit-il des raisons que les Historiens ne disent pas. Quoi qu'il en soit, on ne peut le justifier de l'empoisonnement de Charles son frere ; dont la plûpart des Historiens le disent auteur. Aucune raison d'Etat ne peut excuser une action si détestable.

Il étoit simple dans ses habits, liberal & magnifique, souvent jusqu'à la prodigalité : ce qui fit qu'il chargea son peuple de tailles & d'impôts plus que n'avoient fait ses Prédecesseurs ; & quelquefois pour enrichir des malheureux, comme Olivier le Daim, & autres gens de la plus basse condition.

Fort devot, & sur-tout à la Sainte Vierge, il faisoit souvent des pelerinages d'une Notre-Dame à l'autre ; de Notre-Dame de la Victoire à Notre-Dame d'Escoui ; de celle-là à Notre-Dame de Cleri, de Behuart, & à tant d'autres dedans & dehors le Roiaume, comme pour éprouver laquelle de ces Notre-Dames lui étoit plus favorable. Quelques-uns ont dit que c'étoit par hypocrisie, ce qui n'a nulle apparence ; car il étoit sincerement devot à la Vierge, & même jusqu'à la superstition. Par ce même principe son bonnet étoit toujours chargé d'images de differente espece. Son serment ordinaire étoit *Paque-Dieu.*

Jamais Prince ne fut plus adonné à l'Astrologie judiciaire. Il avoit toujours des Astrologues auprès de lui, & envoioit querir tous ceux qu'on croioit exceller dans l'art de predire l'avenir. L'an 1466. dit la Chronique, *mourut Maistre Arnoul Astrologien du Roi, qui estoit homme de bien, sage & plaisant.* Il paroît qu'en ces tems-là cet art, si tel on doit l'appeller, n'étoit point deffendu. Charles V. si bon Chretien, consultoit les Astrologues ; Charles VI. & Charles VII. suivirent son exemple.

Louis les surpassa tous en cela. Il en avoit ordinairement plusieurs auprès de lui. Sa naissance avoit été prédite au Roi Charles VII. par Jean Marende de Bourg en Bresse. Le même Astrologue prédit au Roi Charles que le Dauphin Louis se révolteroit contre lui, & que son regne futur seroit *émerveillable aux*

---

rimum vindictam exercuisse deprehenditur, qui supplicium extremum promeruerant. Hujusmodi fuere Comes S. Pauli & Dux Nemoresius, qui capite damnati sunt, postquam proditionum plurimarum convicti fuerant. Si qui vero sint quorum scelera non ita conspicua fuerint, forsan ille sic agendi causam a Scriptoribus non memoratam habuerit. Ut ut res est, purgari nunquam Ludovicus poterit a fratris sui veneno sublati nece, quam ipsi adscribunt Scriptorum maxima pars. Tam immane scelus illud est, ut nulla possit componendæ reipublicæ ratione defendi.

Etsi in vestibus simplex, liberalis tamen ac magnificus erat, sæpeque ad nimiam usque effusionem. Indeque factum ut populos tributis & vectigalibus obrueret plusquam decessores sui, ac nonnunquam ut infimæ sortis homines ditaret, Olivarium nempe Damum & alios ejusdem farinæ homines.

Pium se ac religiosum semper exhibuit, maximeque erga Sanctam Virginem Mariam, peregrinationesque pietatis causa suscipiebat, a sancta Maria de Victoria ad sanctam Mariam Scuisianam ; abilla ad sanctam Mariam Cleriacensem, Behuartiensem, aliasque multas tam in Regno Francorum, quam extra Regnum cultas, quasi experturus quænam istarum magis sibi faveret. Putavere quidam ipsum simulate hæc sectatum esse : at verisimilius est ipsum non ementire, sed sincere pium fuisse, & usque ad superstitionem. Eadem vero de causa pileum piis atque variis imaginibus onustum semper gestabat. Hac voce ceu sacramento uti solebat, *Pascha Dei.*

Nemo Principum astrologiæ, quam *judiciariam* vocant, studiosior fuit. Astrologos semper penes se habuit, illosque evocari curabat, quos fama erat in hujusmodi arte præstare. Anno 1466. ut narratur in Chronico, *obiit Magister Arnulphus Astrologus Regis, qui vir probus erat, sapiens & facetus.* Ars isthæc, si tamen ars sit appellanda, temporibus illis non prohibita fuisse videtur. Carolus V. vere pius Rex, Astrologos consulebat, ejusque etiam exemplo Carolus VI. & Carolus VII.

At illos omnes longe superabat Ludovicus. Complures ille simul Astrologos frequentabat. Ortus ejus Regi Carolo patri prænunciatus fuerat a Joanne Marendo Burgi in Bressia oppidano : qui etiam Carolo prædixit fore Delphinum patri rebellem, Regnumque illius fore apud homines mirum atque stupendum.

hommes. Durant le tems que Louis fut en Flandres, il consultoit perpetuellement les Astrologues sur l'avenir : & ces imposteurs étoient toujours à ses oreilles. Manassès Juif de Valence, lui prédit tout jusqu'à la bataille de Montle-heri. Arnoul, *Astrologien du Roi*, dont nous venons de parler, étoit auprès de lui jusqu'en 1466. Jean Colleman qui vivoit au même tems qu'Arnoul, *apprit à Louis à connoître le grand Almanac ; & sur la grande conjonction de Saturne & de Mars, qui fut le huitième Avril à dix heures & environ dix-huit minutes de l'an* 1464. *il parla clairement des troubles de la Ligue pour le bien public :* ce qui fut confirmé par Pierre de Graville Normant. Mais alors on pouvoit sçavoir autrement que par les astres, que cette Ligue alloit éclater. Conrad Hermgarter Alleman, Astrologue fameux, quitta le Duc de Bourbon, pour venir auprès du Roi Louis, qui lui assigna de gros appointemens. Mais sur-tout il faisoit grande estime d'Angelo Catho Napolitain, qui prédit aux Ducs de Bourgogne & de Gueldres les malheurs qui leur devoient arriver. Il crut le pouvoir légitimement récompenser en lui donnant l'Archevêché de Vienne. Catho fut si mal reçu des Dauphinois, qu'il fut obligé de se retirer à Rome : mais il fut rétabli depuis. Ces gens prédisoient ordinairement des choses, qui selon toutes les apparences devoient arriver ; & enveloppoient tellement leurs prédictions, qu'il étoit difficile de les convaincre de faux.

Louis étoit d'un naturel si remuant & si ennemi du repos, que malgré les grandes affaires qu'il a toujours euës, & dont un autre auroit été accablé, malgré sa grande inclination pour la chasse, où il emploioit une partie de son tems, il entroit dans un détail prodigieux, & vouloit être instruit des plus petites choses. Informé qu'un nommé Husson avoit mal-versé dans une commission, il écrivit qu'on le lui envoiât bien garroté, *pour faire les préparatifs des nôces du galand avec une potence.* Ce même naturel l'entraînoit quelquefois à des actions basses & indignes de la Majesté Roiale. Pendant que les Bourguignons étoient devant Paris, un nommé Casin Cholet s'avisa de crier par les ruës que les Bourguignons étoient entrez dans la ville : ce qui causa une si grande terreur, que plusieurs femmes grosses avorterent. Cholet fut pris & condamné à être fouetté par les carrefours de Paris. Pendant l'execution, le Roi crioit

---

Quo tempore Ludovicus in Flandria degebat, Astrologos perpetuo consulebat circa ea quæ sibi eventura erant, qui deceptores ipsi semper quidpiam ad aurem insusurrabant. Manasses Judæus Valentinus omnia ipsi ad pugnam usque Montisleherii prædixit. Arnulphus Astrologus, de quo supra penes illum erat ad usque annum 1466. Joannes Collemanus, quem eodem, quo Arnulphum, tempore videbat Ludovicus, *docuit ipsum magnum Almanachum, & ex magna conjunctione Saturni cum Marte, quæ accidit die octavo Aprilis, hora decima & octodecim minutis anno* 1464. *de tumultibus, qui a fœderatis pro bono publico postea illati sunt clare loquutus est.* Idque confirmatum fuit ab alio Astrologo Petro de Gravilla Normanno; sed illo tempore sine astrorum ope prospici poterat fœderatos brevi erupturos esse. Conradus Hermgarterus Germanus celebris Astrologus, deserto Duce Borbonio, apud Ludovicum se recepit, qui amplum ipsi annuum reditum constituit. Sed pluris etiam faciebat Angelum Cathum Neapolitanum, qui Ducibus Burgundiæ & Gueldriæ extrema infortunia prædixit. Huic se in mercedem legitime dare posse putavit Ludovicus Archiepiscopatum Viennensem. At Cathus a Delphinensibus asperrime exceptus, statim Romam se recipere coactus est; sed postea Archiepiscopalem sedem occupavit. Hi vero Astrologi ut plurimum res prænunciabant, quæ ex præsenti rerum conditione eventuræ videbantur, vel prædictiones suas tam obscuris involvebant dictis, ut vix falsi unquam convinci possent.

Usque adeo remotus ab otio & a tranquilla vita erat Ludovicus, ut tametsi dum regnaret, ingentibus semper distentus erat negotiis, quorum mole alius obrutus fuisset, tametsi venatui frequentem & diuturnam dabat operam, rerum etiam minutissimarum notitiam & tractationem ambiret. Cum comperisset quemdam Hussonem nomine, cui levium rerum cura demandata fuerat, in iis gerendis perperam versatum fuisse, scripto jussit vinctum sibi transmitti hominem, ut ejus cum patibulo nuptias appararet. Hac impulsus inclinatione voluntatis, ad vilia nonnunquam & Regia majestate indigna declinabat. Dum Burgundiones, castris ante Lutetiam positis, pro bono publico, ut aiebant, bellum gererent, quidam nomine Casinus Choletus per vicos urbis discurrens, exclamabat, infestos Burgundiones in urbem ingressos esse; quæ res tantum in civitate terrorem incussit, ut plurimæ prægnantes mulieres abortum facerent. Comprehenditur Choletus, exque Judicum sententia per vicos flagris a Tortore cæditur. Rex vero post

Comines.

Cronique.

après le bourreau : *Frappez bien ce paillard qui a mérité encore pis.*

On dit de lui qu'il mit les Rois hors de page, c'eſt-à-dire, qu'il ſe rendit ſi abſolu, qu'il étoit bien le maître. Il réduiſit tous les Princes & Seigneurs qui avoient des Etats dans le Roiaume, & qui mettoient tout en œuvre pour ſe maintenir dans une eſpece d'indépendance. Il les domta ſi bien, que dans les Regnes ſuivans depuis que Charles VIII. eut réduit le Duc de Bretagne, on n'entendit plus parler de ces guerres inteſtines que des Vaſſaux du Roi excitoient dans la France, liguez ſouvent avec des Princes étrangers. Il réunit à la Couronne beaucoup de Provinces : & s'il eût vécu encore quelques années, dit Comines, ſon deſſein étoit de ſoulager le peuple fort opprimé pendant ſon regne.

Carnificem clamabat, *Feri, feri Scortatorem, qui graviorem pœnam promeruit.*

Fertur Ludovicus Reges ex ephebis eduxiſſe; id eſt, Regiam poteſtatem ad ſupremum extuliſſe gradum; ita ut omnes vel inviti imperio ſuo parerent. Principes omnes & primores, qui ditiones in Francorum Regno obtinebant, quique nullas non machinas adhibebant, ut a Regia ſeſe poteſtate ſubducerent, ac libere dominarentur, ita in ordinem redegit, ut ſub ſequentibus Regibus, poſtquam Carolus VIII. Ducem Britanniæ repreſſit, nuſquam viſa fuerint inteſtina hujuſmodi bella, quæ Principes & proceres Regi Domino parere detrectantes concitabant, evocatis ſæpe in opem exteris Principibus. Multas vero provincias & tractus Ludovicus in Francorum Regum poteſtatem reduxit. Et ſi aliquot annos, inquit Cominæus, vitæ ſuæ addere potuiſſet, populum, tributis ac vectigalibus antehac pene obrutum, allevare, & feliciorem in ſtatum reducere decreverat.



MONUMENS DU REGNE
DE LOUIS XI.

PL. LXII. LE portrait original de Louis XI. qui commence la Planche, fut tiré par M. de Gagnieres de l'Hôtel de Soiſſons, où il étoit alors dans l'appartement de la Ducheſſe de Nemours. Il fut fait après qu'il eut fondé l'Ordre de
1. Saint Michel, dont il porte la marque. [1] Sa caſaque rouge eſt de velours : ſa calote eſt auſſi rouge & le bonnet qu'il porte par deſſus, de même. Il tient de la main gauche un petit billet, & a la droite appuyiée ſur une table. Ses pantoufles ſont d'une forme ſinguliere, & laiſſent le deſſus du pied dé-
2. couvert. Le portrait ſuivant [2] qui ne le repreſente qu'en buſte, eſt tiré d'un tableau qui appartenoit à M. de Gagnieres. L'habit chargé de la marque de l'Ordre, la calote & le bonnet y ſont les mêmes. Il paroît ici plus vieux que dans le tableau précedent.

Charlotte de Savoie qui ſuit, fut la ſeconde femme de Louis XI. Il avoit épouſé en premieres nôces l'an 1436. Marguerite d'Ecoſſe, lorſqu'il n'étoit encore que Dauphin & fort jeune, comme nous avons vû ſous le Regne précedent. Cette Princeſſe mourut peu de tems après ſans lignée, & Louis épouſa en 1457. Charlotte fille puînée de Louis Duc de Savoie, & d'Anne de Chypre. Elle mourut peu après ſon mari à Amboiſe le 1. Decembre 1483, âgée
3. de 38. ans. La voici [3] comme elle eſt repreſentée ſur une vitre derriere le grand Autel des Religieuſes de l'*Ave Maria* à Paris. Elle eſt couronnée en Reine de France. Ses cheveux treſſez ne deſcendent que juſqu'au cou. Sur ſon corſet elle a un ſurcot à la maniere de ces tems-là. Sa juppe eſt chargée des armes de France, parti de Savoie, de gueules à la croix d'argent.

Nous nous ſervons de la place vuide pour mettre Philippe Premier dit le Hardi Duc de Bourgogne, qui commença la derniere race de Bourgogne. Son portrait nous eſt venu trop tard & n'a pu être mis en ſa place. Il eſt tiré d'un tableau original peint ſur bois qui ſe trouve preſentement chez M. Moreau de

---

MONUMENTA REGNI
LUDOVICI XI.

QUÆ prima profertur imago Ludovici XI. ex ædibus Principum Sueſſionenſium educta fuit, ubi tunc erat in aula Duciſſæ Nemoreſiæ. Depicta autem fuerat tabula ipſius Ludovici ævo, poſtquam Sancti Michaelis Ordinem, cujus hîc notam & ſymbolum præ ſe fert, inſtituerat. Sagum ejus rubrum ex ſerico panno villoſo concinnatum eſt. Pileolus quoque ruber, ut & ſuperpoſitus pileus. Siniſtra manu ſchedulam tenet, dexteramque menſæ ſuperpoſitam habet. Caligæ ipſius formæ ſingularis, ſupernam pedis partem detectam exhibent. Imago ſequens, quæ protomen tantum ejus exhibet, delineata fuit ex depicta tabula, quæ olim D. Gagnerii fuit. Sagum Ordinis ſancti Michaelis ſymbolo ornatum. Pileolus & pileus, ejuſdem in hac & in priore imagine formæ ſunt. In hac vero ſenior videtur.

Carola Sabaudica ſequens ſecunda uxor fuit Ludovici XI. qui primo duxerat anno 1436. cum adhuc Delphinus & junior eſſet, Margaritam Regis Scotiæ filiam, ut in Regni ſuperioris Monumentis vidimus. Hæc vero paulo poſtea tine prole obiit. Duxitque Ludovicus anno 1457. Catolam Ludovici Sabaudiæ Ducis & Annæ Cypriæ filiam. Hæc vero paulo poſt conjugem obiit Ambaſiæ 1. Decembris anno 1483. annos nata 38. En illam, ut exhibetur in vitreis feneſtris pone aram majorem Eccleſiæ Pariſienſis Monialium, quæ de *Ave Maria* appellantur. Coronam Reginarum Franciæ geſtat. Coma decuſſatim implexa & reducta non infra collum defluit. Supernæ veſti id ſuperponitur, quod olim *ſurcotium* vocabant, inferna veſtis inſignibus Franciæ ornatur, adjunctis etiam Sabaudiæ inſignibus, in quorum campo rubro crux argentea viſitur.

In vacuo tabulæ ſpatio poſuimus Philippum I. Audacem cognominatum, Burgundiæ Ducem, qui poſtremam Burgundicam ſtirpem iniit. Ejus imago tardius acceſſit, quam ut poſſemus illam in loco ſuo proferre. Delineata autem fuit ad fidem Tabulæ ligneæ ævo Philippi depictæ, quæ nunc habetur penes D. Morellum de Mautour. Mortis autem ipſius tem-


PORTRAITS DE LOUIS XI. ET DE LA REINE SA FEMME.
LXII. Pl. du Tom III.
pa. 344.
1
2
3
Philippe dit le Hardi Duc de Bourgogne.
4



Mautour. Il fut fait au tems de sa mort, comme porte l'inscription qu'on voit en grosse lettre sur le même tableau : AUDACES MORS CÆCA NECAT : la mort est aveugle & enleve les plus hardis, ce qui fait allusion à son surnom de Hardi. Il mourut l'an 1404. âgé de 63. ans. La peinture[4] le represente en cet âge. Il porte 4. un grand bonnet noir orné d'un rubis enchassé. Il a aussi un autre rubis sur la poitrine. Son habit est rouge doublé d'une peau veluë. Son collier chargé de pierreries est caché en partie par la peau veluë, qui déborde : ses manches sont aussi chargées de pierreries.

Celui qui commence la planche suivante est Jean Duc de Calabre, fils du PL. Roi René, Prince fort brave, & qui eut d'abord quelques bons succès au LXIII. Roiaume de Naples contre Ferdinand ; mais qui fut obligé de quitter la partie depuis, & de s'en revenir en France. Il suivit le parti des Princes mécontens dans la guerre du bien public. Il fit depuis la guerre en Aragon, où il remporta plusieurs grands avantages, & prit la ville de Gironne : mais la mort qui survint interrompit le cours de ses victoires. Il mourut à Barcelonne l'an 1471. [1] Il est representé à genoux & priant Dieu dans la vitre qui est derriere l'autel 1. de la Chapelle de S. Bonaventure dans l'Eglise des Cordeliers d'Angers. On le voit ici fort jeune dans un tems où le Roi René son pere ne prenoit pas encore les armes d'Aragon. Son écusson est chargé d'Hongrie, d'Anjou-Sicile & de Jerusalem, soutenu d'Anjou, de Bar & de Lorraine, au lambel de gueules à trois pendans : au bas de son écusson est representé le Croissant marque de l'Ordre fondé par le Roi René son pere, avec l'inscription LOS EN CROISSANT.

Sur les vitres de la même chapelle de S. Bonaventure à l'Eglise des Cordeliers d'Angers se voit Iolande d'Anjou, sœur de Jean Duc de Calabre, fille du Roi René, & femme de Ferri de Lorraine II. du nom, Comte de Vaudemont, qui succeda depuis aux Duchez de Lorraine & de Bar par la mort de Nicolas son neveu. Iolande après la mort de Charles d'Anjou son cousin germain, prit la qualité de Reine de Jerusalem & de Sicile, & chargea son écusson de tous les quartiers que nous voions dans celui de Jean d'Anjou Duc de Calabre son frere. On voit ici ce même écusson. La Princesse [2] est à genoux, ses man- 2. ches fort étroites couvrent toute la main jusqu'aux doits. Sa couronne est ornée

---

pore depicta prior tabula fuit, ut ex inscriptione ibidem posita magno charactere exarata argui videtur, AUDACES MORS CÆCA NECAT ; quod ad cognomen ejus refertur ; *Audax* enim dicebatur. Obiit autem anno 1404. annos sexaginta tres natus, quam circiter ætatem refert imago. Pileum magnum capite gestat, pyropo ornatum, aliumque pyropum in pectore prominentem habet. Vestis rubra est, cui assuitur pellis villosa. Torques ejus gemmis decoratus partim tegitur a villosa pelle. Manicæ quoque ipsius lapillis preciosis sunt onustæ.

Qui in sequenti tabula primus ponitur est Joannes Dux Calabriæ, Renati Regis filius, Princeps utique strenuissimus, qui in Regno Neapolitano contra Ferdinandum feliciter bellum gesserat ; sed postea rebus non prospera fortuna cadentibus, solum vertere & in Franciam redire compulsus est. Ibi vero fœderatorum pro bono publico Principum partes sequutus est, posteaque bellum in Aragonia gessit, ubi pluries victor, Gerundam etiam cepit ; sed victoriarum cursum mors intercepit. Obiit autem Barcinone anno 1471. Genuflexus conspicitur in vitrea fenestra pone aram Capellæ sancti Bonaventuræ in Ecclesia Franciscanorum Andegavensium. Hic porro junior depictus fuit, quo tempore pater ipsius Renatus Rex nondum insignia Regni Aragoniæ suis adjunxerat. Scutum ejus onustum est insignibus Hungariæ, Andium, Siciliæ & Jerosolymæ, subjunctis Andegavensibus, Barensibus & Lotharingicis, cum limbo rubro ac tribus pendentibus tæniis. In ima scuti parte Crescens Luna exhibetur, quæ insigne est Ordinis a Renato Rege Joannis patre fundati, cum inscriptione, LAUS CRESCENDO.

In vitrea ejusdem capellæ S. Bonaventuræ fenestra, visitur Iolanda Andegavensis, soror Joannis Calabriæ Ducis, Renati Regis filia ; uxorque Federici hujus nominis II. Valdemontii Comitis, qui postea defuncto Nicolao fratris filio Dux Lotharingiæ & Bari fuit. Iolanda defuncto Carolo Andegavensi cognato suo, sese Reginam Jerosolymæ & Siciliæ postea dixit, scutoque insignia omnia & singula apposuit, quæ in scuto Joannis Andegavensis Ducis Calabriæ, fratris ipsius, conspicimus : ut in scuto in tabula apposito observare possis. Iolanda hîc flexis genibus precari videtur. Manicæ ejus strictiores pugnum ipsius ad usque digitos operiunt. Corona ejus globu-

de petits globes. Ses longs cheveux, qui lui flottent ſur les épaules, deſcen-
dent fort au deſſous de la ceinture : ce que nous avons déja remarqué ſur les
deux femmes du Roi René, Planche XLVII. de ce Tome. L'habit d'Iolande
n'a rien que nous n'ayions ſouvent vu ci-devant.

Sur les mêmes vîtres eſt ſa ſœur puînée Marguerite d'Anjou fille du Roi
René, qui fut mariée en 1444. à Henri VI. Roi d'Angleterre. Elle ſe porta
fort courageuſement dans les diſgraces du Roi ſon mari, qui fut détrôné, remis
3. ſur le thrône & enfin tué. On voit ici [3] l'écuſſon d'Angleterre, parti de tous les
quartiers du Roi René ſon pere. Il n'y a rien dans ſon habit qui n'ait été expli-
qué ci-devant.

Charles d'Artois Comte d'Eu, Seigneur de S. Valeri, fils de Philippe d'Ar-
tois Comte d'Eu Connétable, & de Marie de Berri, fut le dernier Prince de la
Maiſon d'Artois, iſſu de Robert d'Artois frere de S. Louis. Il fut pris à la ba-
taille d'Azincourt, & demeura priſonnier en Angleterre juſqu'en l'an 1438. Il
4. mourut ſans enfans l'an 1472. le 25. Juillet. Il eſt [4] repreſenté en relief de mar-
bre blanc *coloré*, dit M. de Gagnieres, ſur ſon tombeau de marbre noir, à main
droite dans le chœur de l'Egliſe du Château d'Eu. On le voit ici armé revêtu
de ſon blaſon d'Artois, mis ſur le devant de ſon habit : ſes armes ſont repetées
ſur les deux manches ; il n'a que trois fleurs de lis, different en cela de la Mai-
ſon de Bourgogne qui conſerva les fleurs de lis ſans nombre. Il a ſur la tête
une eſpece de couronne, & porte ſa longue épée en arriere, du côté gauche,
& ſon poignard du côté droit.

Jeanne de Saveuſe qui vient après, eſt premiere femme de Charles d'Ar-
tois Comte d'Eu, Pair de France, Seigneur de S. Valeri, qui l'épouſa en 1448.
5. Elle mourut fort peu de tems après : on [5] la voit repreſentée en marbre blanc
auprès de ſon mari, ſur un tombeau de marbre noir dans l'Egliſe de S. Laurent
du Château d'Eu. Elle porte une eſpece de couronne, & eſt revêtuë du blaſon
de ſon mari, parti de Saveuſe, de gueules à la bande d'or accompagnée de ſix
billetes de même, trois en chef & trois en pointe ; ici il n'en paroît que deux
en chef & deux en pointe, qui ſont extraordinairement larges.

Helene de Melun ſeconde femme de Charles d'Artois, étoit fille de Jean

---


his exornatur : longiſſima coma humeros obtegens longe infra zonam defluit, idipſum jam obſervavimus in ſchematibus ambarum Renati Regis conjugum Tabula XLVII. hujuſce tomi. Iolandæ veſtes nihil exhibent antehac non ſæpe obſervatum.

In iiſdem vitreis feneſtris depicta viſitur minor ipſius ſoror Margarita Andegavenſis, filia Renati Regis, quæ anno 1444. Henrico VI. Angliæ Regi nupſit. Hæc in cunctis conjugis ſui infortuniis virilem animum fortitudinemque magnam exhibuit. Henricus ex regio ſolio decuſſus, poſteaque reſtitutus, cæſus tandem fuit. Hic viſuntur inſignia Angliæ, adjunctis omnibus Renati Regis ſcutulis. In veſte nihil niſi tritum & antehac ſæpius obſervatum deprehenditur.

Carolus Arteſius Comes Augæ, ſancti Valarici Toparcha, Philippi Arteſii Augæ Comitis, Franciæ Conſtabularii, & Mariæ Bituricenſis filius, poſtremus Princeps fuit Regiæ Arteſiæ familiæ, quæ ex Roberto Arteſio S. Ludovici fratre originem duxit. In Azincurtia pugna captus fuit Carolus anno 1415. & in Anglia captivus manſit ad uſque annum 1438. Sine liberis obiit anno 1472. 25. Julii. Schema ejus in marmore albo viſitur prominente corpore & coloribus depicto, inquit Gagnerius, ſupra tumulum ex marmore nigro concinnatum ad dexteram Chori in Eccleſia Caſtelli Augenſis. Hic armatus conſpicitur cum inſignibus ſuis, quæ ad Arteſiam ſtirpem pertinent. Illa autem inſignia in anteriore veſtis parte poſita, in ambabus manicis repetuntur. Tres tantum lilii flores inſignia ejus præ ſe ferunt, qua in re a Burgundica poſtrema familia differt, quæ ſemper lilii flores ſine aſſignato numero adhibuit. Aliquam ceu coronam capite geſtat, & oblongum ad ſiniſtrum latus retroverſum gladium : pugionem autem ad ſiniſtrum latus exhibet.

Joanna de Savoſia, quæ ſequitur, prima uxor fuit Caroli Arteſii Comitis Augenſis, Paris Franciæ, ſancti Valarici Toparchæ, qui illam duxit anno 1448. Illa breviſſimo poſt connubium elapſo tempore defuncta eſt. Viſitur autem in marmore albo inſculpta juxta conjugem ſuum ſupra tumulum nigri marmoris in Eccleſia ſancti Laurentii, quæ eſt in caſtello Augenſi. Quamdam ceu coronam capite geſtat, atque inſignia viri ſui in veſte præfert, queis adjuncta ſunt Savoſienſia inſignia hujuſmodi. In campo rubro tænia aurea conſpicitur cum ſex ſchedis aureis, tribus ſuperne & tribus inferne poſitis. Hic porro duæ tantum ſuperne & totidem inferne ponuntur, quæ admodum latæ ſunt.

Helena de Meloduno ſecunda uxor Caroli Arteſii,




PRINCES ET PRINCESSES DES
1
LOS EN CROISSANT
4


SONS D'ANJOU ET D'ARTOIS.
L XIII. Pl. du Tom. III.
pa. 346.
3
6

de Melun Seigneur d'Antoing & d'Eſpinoi, & de Jeanne d'Abbeville. Elle eſt figurée [6] en marbre blanc, ſur un tombeau de marbre noir, au côté gauche du grand Autel de l'Abbayie de S. Antoine des Champs, d'où M. de Gagnieres l'a fait tirer telle que nous la donnons ici.

Charles Comte de Charolois, qui fut depuis Duc de Bourgogne, ſe voit ainſi peint avec ſa ſeconde femme Iſabel de Bourbon, à la tête d'un livre d'Heures faite de leur tems, d'où M. de Gagnieres les a fait deſſiner. La peinture fut fait par Jaques Undelot en 1465. comme il eſt porté dans les Heures mêmes. Charles Comte de Charolois étoit fils de Philippe le Bon Duc de Bourgogne, & nâquit en 1433. Il ſucceda à ſon pere en 1467. Il fut ſurnommé le Hardi, & par d'autres *le Temeraire*. Ce fut effectivement ſa temerité qui le fit perir; comme nous avons dit aſſez amplement ci-deſſus. Il avoit épouſé en premieres noces Catherine de France fille de Charles VII. laquelle étant morte ſans lignée peu de tems après ſon mariage, il ſe maria en ſecondes noces en 1454. avec Iſabelle de Bourbon, fille de Charles Premier du nom Duc de Bourbon. Il eſt ici [1] repreſenté à genoux, avec une robe noire bigarrée de blanc, fourrée d'une peau blanche, qui reſſemble aſſez à une robe de chambre. Il porte à ſa ceinture une grande eſcarcelle noire, & au côté droit un poignard. PL. LXIV. 1.

Iſabelle [2] de Bourbon ſa femme à genoux tient des Heures entre ſes mains. Elle porte un de ces ornemens de tête, qui a preſque la forme d'un pain de ſucre, d'où deſcend une gaze ſi fine & ſi deliée, que quoiqu'elle lui couvre les yeux & la plus grande partie du viſage, on n'en voit pas moins diſtinctement tous les traits. La robe d'Iſabelle eſt ſi prodigieuſement longue, que ſi elle étoit debout elle traineroit à terre de près d'une aune. Iſabelle mourut en 1465. & laiſſa une fille nommée Marie, qui ſucceda à ces grands Etats de Bourgogne. Charles ſe remaria pour la troiſieme fois en 1467. avec Marguerite d'Angleterre ſœur du Roi Edouard quatriéme, qui ſurvecut long-tems à ſon mari. 2.

Le portrait [3] ſuivant du même Charles dernier Duc de Bourgogne, eſt tiré d'un tableau original, dont l'inſcription eſt telle: *Karolus Valeſius dictus pugnax, Philippi filius, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Comes Flandriæ. Anno Domini inauguratus* 1467. *obiit anno* 1476. *imperii nono, ætatis quadrageſimo tertio abſoluto, natus anno* 1433. *Autographum ex familia DD. de Taxis.* Charles de Valois ſurnommé le Bel- 3.

---

filia erat Joannis de Meloduno, Antoniaci & Spinolii Toparchæ, & Joannæ de Abbatis-villa. Ejus ſchema in marmore albo, marmoreo tumulo nigro ſuperponitur ad dexteram aræ majoris in Abbatia ſancti Antonii de Campis. Ipſam D. Gagnerius delineari curavit, qualem hîc repræſentamus.

Carolus Comes Caroleſii, qui poſtea Dux Burgundiæ fuit, ſic depictus viſitur cum ſecunda ſua uxore Iſabella Borbonia in frontiſpicio libri diurnas preces complectentis, & illo ævo exarati: indeque Gagnerius hoc ſchema delineari curavit. Concinnata autem fuit pictura illa a Jacobo Undelotio anno 1465. ut in ipſo diurno libro ſcribitur. Carolus Comes Caroleſii filius erat Philippi Boni Burgundiæ Ducis, natuſque eſt anno 1433. Patri ſuo ſucceſſit anno 1467. Pugnax ab aliis, & a quibuſdam *Temerarius* cognominatur, & revera ille temeritate ſua periit, ut pluribus ſupra narravimus. Primo dux erat ille Catharinam Regis Caroli VII. filiam, quæ paulo poſt connubium ſine prole defuncta eſt. Secundam anno 1454. duxit uxorem Iſabellam Borboniam Caroli I. Borbonii Ducis filiam. Hîc flexis genibus repræſentatur cum veſte nigra, albo colore intermixta, aſſuta pelle alba, quæ veſtis cubiculares, talareſque veſtes refert. Ad zonam marſupium nigrum grande appenſum geſtat, & ad dexteram, pugionem.

Iſabella Borbonia uxor Caroli genibus flexis, Horarum diurnarum librum manibus tenet. Ornatum vero capitis geſtat miræ longitudinis in conum deſinentem, ex cujus culmine tela defluit ita tenuis & pellucida, ut etſi oculos & maximam vultus ejus partem obtegat, non minus tamen diſtincte oris & oculorum forma conſpiciatur. Iſabellæ veſtis tantæ longitudinis eſt, ut ſi ſtaret illa, veſtis extrema ad ulnæ fere longitudinem terram contingerent. Obiit Iſabella anno 1465. filiamque reliquit nomine Mariam, quæ illius tantæ Burgundicæ ditionis heres fuit. Carolus anno 1467. tertiam duxit uxorem Margaritam Eduardi IV. Angliæ Regis ſororem, quæ diu poſt conjugis ſui mortem ſuperſtes fuit.

Schema ſequens Caroli poſtremi Burgundiæ Ducis ad fidem tabulæ depictæ, illius ævo concinnatæ delineata fuit: cujus tabulæ inſcriptio hæc eſt: *Karolus Valeſius, dictus Pugnax, Philippi filius, Dux Burgun-*

liqueux, Duc de Bourgogne & de Brabant, Comte de Flandres, ſucceda à ſon pere l'an 1467. & mourut en 1476. neuf ans aprés, âgé de quarante-trois ans. Il étoit né l'an 1433. Cet original eſt de la Maiſon de Taxis. Il mourut au mois de Janvier de l'an 1476. ſelon le ſtyle de ce tems-là : mais ſelon la maniere de compter d'aujourd'hui, c'étoit le commencement de l'an 1477. Il porte le collier de l'Ordre de la Toiſon d'or inſtitué par ſon pere.

4. Anne de Bourgogne 4 qui ſuit, devoit être miſe dans le regne precedent. Elle étoit fille de Jean Duc de Bourgogne & de Marguerite de Baviere, fut mariée l'an 1423. avec Jean d'Angleterre Duc de Bethford Regent de France : & mourut à Paris ſans lignée le 14. Novembre l'an 1432. Elle eſt repreſentée en marbre blanc ſur ſon tombeau de marbre noir dans le mur de l'Egliſe des Celeſtins de Paris. Elle eſt couronnée : ſa coeffure eſt aſſez ſinguliere.

Pl. LXV. La planche ſuivante eſt fort curieuſe. Elle montre un Parlement tenu par Charles Duc de Bourgogne, tiré d'un tableau original & fait dans le tems même, qui appartenoit autrefois à M. de Gagnieres, & qui eſt preſentement au cabinet de M. le Marechal Duc d'Etrées, de la même grandeur qu'on le voit ici. L'aſſemblée eſt fort remarquable, & faite pour des affaires qu'on ne ſait pas. Le Duc eſt aſſis ſur un Thrône, où l'on monte par trois marches, & orné d'un dais. Son nom eſt écrit au deſſus, *Carolus Dux Burgundiæ.* Il porte une couronne fermée par le haut, ce que nous n'avons pas encore vû dans ces bas ſiecles. Il tient d'une main un rouleau, & eſt couvert d'un long manteau au grand collier d'hermines : par l'ouverture du devant on voit ſa cuiraſſe & tout ſon habit de guerre. A ſes pieds eſt aſſis un Seigneur la tête nue, tenant ſon épée élevée en la même poſture que nous avons vu ci-devant le Connétable de France aſſis devant le Roi. Les Ducs de Bourgogne de la race précedente avoient un Connétable ; mais ceux de cette derniere race, quoique beaucoup plus puiſſante, n'en avoient point ; c'eſt peut-être le Maréchal de Bourgogne, ou le grand Ecuyer. Je ſuis ſurpris de ne pas trouver ici ſon nom, quoiqu'on y mette les noms des plus bas Officiers. Au bas des degrez ſont deux Maſſiers, qui tiennent leurs maſſes appuyées ſur l'épaule.

Ceux qui tiennent ſeance, & comme il eſt à croire en qualité de Juges, ſont aſſis ſur un banc plus élevé. Du côté plus honorable on voit le Chancelier,

---

diæ, Brabantiæ, Comes Flandriæ. Anno Domini inauguratus 1467. *Obiit anno* 1476. *Imperii nono, ætatis quadrageſimo tertio abſoluto, natus anno* 1433. *Autographum ex familia DD. de Taxis.* Obiit menſe Januario anni 1476. ſecundum veterem computandi morem ; ſecundum hodiernum autem erat tunc principium anni 1477. Torquem Ordinis Velleris aurei geſtat ; qui Ordo a Philippo ipſius patre inſtitutus fuerat.

Anna Burgundiæ quæ ſequitur, in ſuperiore Caroli VII. regno locum habere debuit. Erat enim filia Joannis Burgundiæ Ducis & Margaritæ Bavaricæ ; nupſitque anno 1423. Joanni Bethfordienſi Regis Angliæ fratri, Franciæ Regenti, & ſine prole obiit Lutetiæ 14. Novembris 1432. In ſepulcro ſuo repræſentatur ſupra tumulum ſuum marmoreum nigrum in muro Eccleſiæ Cæleſtinorum Pariſienſium, coronam geſtat & ſingularem ornatum.

Tabula ſequens ad ſui ſpectaculum evocat : Senatus enim frequentiam & curiam monſtrat a Carolo Burgundiæ Duce coactam, ex tabula ipſius ævo depicta exceptam, quæ olim erat Domini de Gagneriis, hodieque inter cimelia D. Mareſcalli & Ducis d'Etrées viſitur, eadem qua hic exhibetur forma & magnitudine. Spectatu dignus conſeſſus eſt, ignoraturque quid negotii tractetur. Dux in ſolio ſedet, in quod per tres gradus aſcenditur : umbella ſolium tegitur & ornatur : nomen ejus ſupra ſcribitur, *Carolus Dux Burgundiæ.* Coronam geſtat ſuperne clauſam, id quod in hiſce poſterioribus ſæculis nondum obſervavimus. Rotulum altera manu tenet ; longoque pallio tegitur, cum collari muris pontici pellibus inſtructo. Inter apertas & ſemotas pallii anteriores oras, ejus lorica conſpicitur, cæteraque arma Principis corpus obtegentia. Ad ejus pedes ſedet aliquis ex primoribus nudo capite, erectum gladium manu tenens, qua forma ſupra vidimus Conſtabularium ſedentem ante Regem. Duces Burgundiæ ſuperioris ſtirpis Conſtabularium habebant : hi autem poſterioris ſtirpis, etſi longe potentioris, nullum habuere. Hic forte fuerit Burgundiæ Mareſcallus, vel magnus Scutifer. Miror quod nomen ejus hic adſcriptum non fuerit, cum tamen hic omnes vel infimi gradus Miniſtri, nomen adſcriptum habeant. Poſt infimum gradum duo adſtant *Maſſarii*, ſeu clavam geſtantes, qui illam manu tenent & humero ſuſtinent.

Qui adſunt, Judicum officio, ut credere eſt, functuri, in altiori ſcamno ſedent. Ad latus, quod honore præſtare videtur, comparent Cancellarius, tres


CHARLES DIT LE BELIQUEUX DUC DE BOURGOGNE, SA FEMME ET SA TANTE.
1
2
3
4

trois Presidens, quatre Chevaliers, & huit Conseillers Ecclesiastiques; & dans le parquet, du même côté, quatre Procureurs Generaux assis, & trois Greffiers assis qui écrivent sur une table. De l'autre côté sont assis deux Seigneurs, six Maîtres des Requêtes, & douze Conseillers laïcs. Au parquet de leur côté on voit quatre Secretaires debout. Au banc qui termine le parquet, opposé au Duc, sont assis les bas Officiers : hors du parquet, du même côté, sont sept personnes qui semblent demander justice, & un Huissier.

Le côté qui paroît le plus honorable se trouve à la gauche du Duc. Peut-être a-t-on voulu le mettre à la droite des spectateurs, ce qui n'est pas sans exemple. A côté du thrône du Duc on voit d'abord cette inscription, *Chancelier chef du Conseil.* Ce Chancelier est nommé là même G. Hugonet, Guillaume Hugonet, qui fut fait Chancelier l'an 1471. & fut decapité par les Gantois l'an 1476. selon le vieux style, & 1477. selon le nouveau, peu de tems après la mort du Duc Charles.

Sur la tête des trois suivans on lit ce mot, *Presidens.* Ces Presidens au nombre de trois sont E. de Glunigny, I. Carondelet. Il se trouve un Jean Carondelet Conseiller de Philippe le Bon Duc de Bourgogne. Le troisiéme est J. Bouverie : ce dernier étoit Avocat Fiscal, comme marque l'inscription mise sur son habit à la Flamande, *Advocaet Viscael.* Ces quatre premiers & tous les suivans sont en robe longue avec un bonnet de même forme.

L'inscription porte ensuite 4. *Chevaliers.* Ces quatre Chevaliers ont tous la Toison d'or. Le premier est le sieur d'Aucy; le second le sieur d'Hubercourt : ce pourroit bien être ce Seigneur d'Hymbercourt que les Gantois firent decapiter en même tems que le Chancelier Hugonet. Il est toujours appellé Humbercourt dans le recueil des Officiers des Ducs de Bourgogne imprimé depuis peu; le troisiéme est le sieur de Lalaing. Plusieurs de la Maison de Lalain ont été au service des Ducs de Bourgogne. Le quatriéme est M. A. de Meotte.

L'inscription des suivans est, *Huit Conseillers d'Eglise.* Leurs noms sont 1. A. de Poitiers : plusieurs de ce nom ont été Conseillers des Ducs de Bourgogne. 2. E. de Brimeu; ceux de Brimeu se trouvent aussi quelquefois parmi leurs Officiers. 3. J. Vincent. Entre les Officiers de Philippe le Bon il y a un Jean Vincent Con-

---

Præsides, quatuor Equites, & octo Consiliarii Ecclesiastici, & in inferiore aula eodem in latere quatuor Procuratores Generales sedentes, & tres Scribæ item sedentes, qui in mensa scribunt. In altero latere sedent duo primores, sex libellorum supplicum Magistri, & duodecim a consiliis Laïci; in aula vero inferiori stant quatuor *Secretarii.* In scamno alio, quo aula inferior terminatur, & quod Duci Burgundiæ oppositum est, inferiores Ministri sedent. Extra septum autem septem cum viri tum mulieres, qui causas litesve suas referunt, & Ostiarius unus.

Quod honorabilius videtur esse latus ad sinistram Ducis est, forteque ad dexteram spectatorum positum fuerit; id quod exemplo confirmari posset. Ad latus solii Ducis statim visitur hæc inscriptio, *Cancellarius consilii caput.* Hic Cancellarius ibidem inscribitur G. Hugonetus, Guillelmus scilicet Hugonetus, qui anno 1471. Cancellarii munere donatus est, atque a Gandavensibus capite plexus fuit anno 1476. secundum veterem computandi morem, & 1477. secundum hodiernum.

Trium sequentium capitibus imminet hæc inscriptio *Præsides.* Hi vero Præsides numero tres sunt E. de Glunniaco. J. Carondeletus : Joannes quidam Carondeletus occurrit alibi a Consiliis Philippo Bono Burgundiæ Duci. Tertius autem est J. Bouverie. Hic vero postremus erat Advocatus Fiscalis, ut inscriptio Flandrico more posita, & in veste ejus exarata docet, *Advocaet Viscael.* Hi quatuor primi & qui sequuntur omnes oblonga teguntur veste, omnesque pileum gestant similis formæ.

Inscriptio sequens sic habet, *Quatuor Equites.* Hi vero quatuor Equites Velleris aurei insigne singuli gestant. Primus est D. de Auciaco; secundus de Hubercurte, videturque esse ille D. de Humbercurte, qui a Gandavensibus capite plexus est cum Cancellario Hugoneto. De Humbercurte autem semper vocatur in collectione Ministrorum Ducum Burgundiæ, quæ nuper typis data fuit. Tertius est D. de Lalanio : complures istius nominis inter Ministros Ducum Burgundiæ occurrunt. Quartus est D. A. de Meotte.

Inscriptio sequens est, *Octo a consiliis Ecclesiastici.* Horum nomina sunt 1. A. de Pictavis, hujusce nominis plurimi a consiliis Ducum Burgundiæ fuere. 2. E. de Brimevo. Hujusce nominis etiam aliqui in eadem collectione occurrunt. 3. J. Vincentius. Inter Ministros Philippi Boni, quidam Joannes Vincentius a consiliis & libellorum supplicum Magister dicitur. 4. A. Ge-

ſeiller & Maître des Requêtes. 4. A. Geraert. 5. P. de Lalaing. 6. J. Rolin. On en trouve pluſieurs de ce nom parmi ces mêmes Officiers. 7. Jean Vuri. 8. R. de la Chapelle.

A l'autre côté on voit d'abord deux Officiers, G. de Glunigni, nous en avons vu ci-devant un autre de ce nom; & Ar. de Bourbon, qui n'eſt pas de la Maiſon royale de Bourbon, ni même bâtard; mais un autre Bourbon. Un de même nom ſe trouve entre les Officiers de Philippe le Bon Duc de Bourgogne. Après viennent ſix Maîtres des Requêtes, dont voici les noms. 1. J. Jacquelin, qui ſe voit dans l'Etat des Officiers de Charles Duc de Bourgogne p. 260. *Maître Jean Jacquelin, Licentié en loix, Conſeiller Maître des Requêtes de l'Hôtel du Duc, & Gouverneur de la Chancellerie, avoit 200. francs de gages en cette qualité.* 2. G. de Rochefort, duquel il eſt ainſi parlé au même livre p. 262. *Meſſire Guillaume de Rochefort Seigneur de Pluvoſt, Conſeiller, Maître des Requêtes ordinaire de M. le Duc.* 3. L. de Pottos. *Maître Lienart de Pototz, Maître des Requêtes*, dit le même livre, p. 268. 4. T. de Pleine: il y a pluſieurs *de Pleine* parmi les Officiers de Philippe le Bon. 5. Jean de Jali. 6. B. de Clunigni. Il y en a deux ci-devant appellez de Glunigni: ſelon toutes les apparences c'eſt le même nom confondu par la reſſemblance du C & du G, & parce que la prononciation de l'un approche fort de l'autre. Parmi les Officiers des Ducs de Bourgogne on ne trouve ni Clugnini, ni Glugnini, mais on y trouve ſouvent Clugni: il pourroit y avoir faute ou dans ce tableau, ou dans le livre où ſe trouve ſouvent Clugni, n'y aiant nulle apparence que ce nom Clunigni ou Glunigni, qui ſe voit ici ſur trois des principaux Officiers, ne ſe trouve pas une fois dans ce livre où ſont marquez exactement tous les Officiers des quatre Ducs de Bourgogne.

Après viennent les 12. *Conſeillers lais.* Le premier eſt H. d'Ameronge. 2. R. de Bera. 3. L. D. Bois. On en trouve pluſieurs de ce nom parmi les Officiers des Ducs de Bourgogne. 4. H. de Lignara. 5. P. Wirlant. 6. H. de la Ferté. 7. P. D. Clervaux. 8. F. Reucens. 9. I. Lion. 10. P. D. Gorges. Il n'y en a là que dix, quoique l'inſcription porte douze Conſeillers lais, mais la place a manqué pour mettre les deux qui reſtoient.

Dans le parquet il y a ſous le Chancelier trois Greffiers qui écrivent ſur une table. Leur emploi eſt marqué ſur le devant de la table, *Greffiers.* L'un eſt nom-

---

rartius. 5. Petrus de Lalanio. 6. J. Rolinus: complures hujus nominis occurrunt inter Ducum Burgundiæ Miniſtros. 7. Joannes Vurius. 8. Robertus de Capella.

In alio latere ſtatim viſuntur duo clientes vel Miniſtri Ducis, G. de Gluniniaco: alium jam hujuſce nominis vidimus; & Ar. de Borbonio, qui non ex Regia Borbonia ſtirpe, nec vel nothus ejuſdem erat; ſed alterius ejuſdem nominis familiæ, quo nomine unus inter Miniſtros Philippi Boni Burgundiæ Ducis occurrit. Sequuntur poſtea ſex libellorum ſupplicum Magiſtri, quorum hæc ſunt nomina. 1. J. Jacquelinus. In catologo clientium & Miniſtrorum Caroli Burgundiæ Ducis, p. 260. legitur: *Magiſter Joannes Jacquelinus Licentiatus in Legibus, a conſiliis libellorum ſupplicum Magiſter in ædibus Ducis, & Gubernator Cancellariæ, horumce officiorum gratiâ ducentas libras percipiebat.* 2. *G. de Rupeforti* cujus mentio talis habetur in eodem libro, p. 262. *Dominus Guillelmus de Rupeforti, Pluvoſtii Toparcha, a conſiliis, libellorum ſupplicum Magiſter ordinarius D. Ducis.* 3. L. de Pottoſo: *Magiſter Leonardus de Pottoſo Libellorum Supplicum Magiſter.* Sic dicitur in eodem libro p. 268. 4. T. de Plana. Complures ſunt hujus nominis inter Miniſtros Philippi Boni. 5. Joannes de Jaliaco. 6. B. de Cluniniaco. Duos jam vidimus de Gluniniaco: omninoque videtur idipſum nomen eſſe ſic varians ob ſimilitudinem literarum *C* & *G*, quæ pari fere modo hic pronunciantur. Inter Miniſtros Burgundiæ Ducum, nec Cluniniacum nec Gluniniacum occurrit; ſed Cluniacum ſæpe memoratur; fortaſſeque mendum irrepſerit aut in hanc tabulam, aut in librum illum. Veriſimile quippe non eſt nomen quod hic tribus ex præcipuis Miniſtris Caroli Ducis tribuitur, ne ſemel quidem occurrere in libro illo ubi omnes quatuor Burgundiæ Ducum Miniſtri accuratiſſime recenſentur.

Sequuntur poſtea *duodecim Laici a Conſiliis.* Primus eſt H. Amerungius. 2. R. de Bera. 3. L. D. Bois. Complures hujus nominis inter Miniſtros Ducum Burgundiæ memorantur. 4. H. de Lignara. 5. P. Wirlantius. 6. H. de Feritate. 7. P. D. Claravalle. 8. F. Reucenſius. 9. J. Leo. 10. P. D. Gorgiis. Hic decem tantum occurrunt, etſi inſcriptio duodecim a Conſiliis Laïcos numerant. Verum locus in tabula depicta defuit, in quo duo poſtremi ponerentur.


In inferiori loco ſub Cancellario tres Scribæ ſunt, qui ſupra menſam ſcribunt. Officium illorum ante menſam deſcriptum viſitur, *Scribæ.* Primus nomina-



PARLEMENT DE CHARLES



Duc de Bourgogne.



mé N. D. Ruter, celui du milieu N. D. Habout, le troiſiéme J. D. Longeville.

Dans le même parquet, ſous les Conſeillers eccleſiaſtiques ſont les *Procureurs Generaux* au nombre de quatre. 1. J. Caudet. 2. J. Daufray. 3. Thomas de la Pappoire. 4. R. Durret.

De l'autre côté, ſous les Maîtres des Requêtes ſont quatre Secretaires debout. Ils ne ſont debout que parce qu'ils parlent, ce qu'on connoît à leurs geſtes. Il y a auprès d'eux un banc couvert de quatre carreaux, pour s'y aſſeoir quand ils auront fini, ou quand on le leur ordonnera. Leurs noms ſont 1. G. Batault. 2. D. Poulaert. 3. P. D. Poulin. 4. L. Coulin.

Au banc le plus reculé ſont aſſis les bas Officiers, l'un deſquels eſt nommé dans l'inſcription *J. Lemeut, Receveur des Exploits.* De ces bas Officiers quelques-uns ſont aſſis, & ont la face tournée vers le Duc & les autres Juges. D'autres leur tournent le dos, & parlent à des gens qui ſont hors du parquet, & qui viennent pour faire juger leurs cauſes. Deux de ceux-ci conſultent enſemble, & l'un tient un papier où eſt contenuë l'affaire en queſtion. Un autre parle à un de ceux de dedans au ſujet de ſa cauſe qui doit être rapportée. Une femme couverte d'un voile noir, qui ſe termine en une longue pointe, parle à un de ces Officiers qui tient une verge. Un autre Officier qui eſt dans le parquet écrit actuellement ce que lui dit un homme qui vient faire juger ſa cauſe. A l'extremité on voit un Huiſſier à verge aſſis, qui tient un papier. L'Inſcription nous apprend & ſon nom & ſon office, *Huiſſier, Robert de Heſdin.*

Il paroît certain que ce Parlement eſt aſſemblé pour juger les affaires de particuliers. On ne ſait en quelle ville : l'année n'y eſt pas marquée : mais comme ce Parlement s'eſt tenu depuis que Hugonet eut été élevé à la Charge de Chancelier, ce qui arriva l'an 1471. il ſe ſera aſſemblé depuis ce tems-là juſques vers le milieu de 1475. où Charles s'engagea dans des guerres qui l'occuperent toujours depuis, & où il périt malheureuſement, au commencement de l'an 1477.

François II. du nom Duc de Bretagne qui [1] commence la Planche ſuivante, étoit fils de Richard Duc de Bretagne & de Marguerite d'Orleans. Il eut de grands demêlez avec Louis XI. comme nous avons vû, & mourut l'an 1488. Il eſt ainſi repreſenté à genoux ſur les vitres de l'Egliſe des Corde- PL. LXVI. 1.

---

tur N. D. Ruter qui in medio eſt. N. de Habutio; tertius N. de Longavilla.

In eadem inferiori aula ſub iis Eccleſiaſticis qui a Conſiliis ſunt Procuratores Generales viſuntur numero quatuor. 1. F. Caudetius. 2. J. Daufræus. 3. Thomas de Paporia. 4. R. Durretius.

In altero latere ſub libellorum ſupplicum Magiſtris comparent quatuor Secretarii ſtantes. Stant autem illi, quia Senatum alloquuntur, ut ex illorum geſtu deprehenditur. Nam prope eſt ſcamnum, quatuor pulvinis opertum; in quo illi ſederent, vel poſt completam orationem, vel cum juberentur. Nomina illorum ſunt, 1. G. Bataltius, 2. P. Pulartius. 3. P. de Pulino, 4. L. Culinus.

In remotiore ſcamno ſedent inferioris gradus Miniſtri, quorum unus hanc habet inſcriptionem: *J. Lematius dicarum Exceptor.* Hi infimi gradus Miniſtri ſunt; alii verſus Ducem & Judices faciem convertunt: alii ipſis terga vertunt, & quoſdam alloquuntur, qui negotiorum & dicarum cauſa Judices adeunt. Ex his autem duo ſimul conſilia miſcent, alterque chartam tenet, in qua deſcriptum eſt negotium quo de agitur. Alius quemdam eorum, qui intra ſeptum ſunt, alloquitur, de cauſa ſua videlicet Judicibus referenda. Mulier quædam velo nigro operta, quod in longum acumen deſinit, Miniſtrorum unum virgam tenentem alloquitur. Alius qui intra ſeptum eſt, illa deſcribit, quæ ſibi refert homo quiſpiam, negotii ſui cauſa ad Judices accedens. In extremo latere viſitur Oſtiarius ſedens virga inſtructus & chartam tenens. Inſcriptio & nomen & officium ejus docet: *Oſtiarius Robertus de Heſdeno.*

Certum videtur hanc Senatus frequentiam coactam ideo fuiſſe, ut de privatorum negotiis ageretur. Neſcitur autem qua in urbe, neque annotatur annus: ſed quia hic Senatus haud dubie coactus fuit poſtquam Hugonetus Cancellarii officio donatus eſt, quod contigit anno 1471. hic conſeſſus in illud temporis ſpatium cadat oportet, quod intercedit inter annum 1471. & dimidium anni 1475. quo Carolus Burgundiæ graviſſimis ſemper diſtentus bellis fuit, & infeliciter periit ineunte anno 1477.

Franciſcus hujus nominis II. Dux Britanniæ, qui in ſequenti tabula primus eſt, filius erat Ricardi Britanniæ Ducis, & Margaritæ Aurelianenſis. Cum Ludovico XI. ſæpe contendit, imo concertavit, ut ſupra vidimus, & mortuus eſt anno 1488. Ita genibus flexis viſitur in vitreis feneſtris Eccleſiæ Franciſcanorum

liers de Nantes, couronné comme on le voit ici. Sa cotte d'armes eſt chargée de ſon blâſon.

2. Marguerite de Bretagne [2] premiere femme de François II. fille de François I. Duc de Bretagne & d'Iſabelle Stuart, eſt repreſentée telle que nous la donnons ici ſur les vitres des Cordeliers de Nantes. Elle eut un fils qui ne vêcut que fort peu de tems. Elle mourut l'an 1469.

3. François II. ſe voit encore ſur ſon [3] magnifique tombeau au milieu du chœur des Carmes de Nantes. Il porte une couronne à fleurs de lis de même forme que celle des Rois de France. Il eſt revêtu d'un grand manteau, & porte l'Ordre de la Toiſon d'or. Il refuſa l'Ordre de S. Michel que lui offrit au tems de ſon inſtitution le Roi Louis XI. Auprès de lui eſt enterrée & repreſentée ſa
4. ſeconde femme Marguerite fille de Gaſton IV. du nom Comte de Foix & d'Eleonor de Navarre. Elle fut mariée l'an 1471. & mourut l'an 1487. Elle fut mere d'Anne Ducheſſe de Bretagne qui fut femme ſucceſſivement de deux Rois de France, & réunit la Bretagne à la Couronne. Marguerite eſt ici couronnée comme ſon mari.

5. Jean II. du nom Vicomte [5] de Rohan Comte de Porhoet, ſe maria en 1461. avec Marie de Bretagne fille de François I. Duc de Bretagne, & d'Iſabel d'Ecoſſe. Il eſt repreſenté aux vîtres des Cordeliers de Nantes. Sa cotte d'armes rouge ou de gueules eſt chargée de neuf macles d'or, poſées trois, trois & trois. Marie
6. de Bretagne [6] ſa femme eſt repreſentée ſur les mêmes vîtres auprès de ſon mari. Son corſet eſt bleu, ſon ſurcot eſt d'hermines. Sa juppe eſt chargée du blaſon de Rohan parti de Bretagne.

PL. LXVII. Jean Juvenel des Urſins, ſa femme & ſes enfans tiennent toute la planche ſuivante. Trois de ſes fils occuperent les principales dignitez dans l'Egliſe & dans la Magiſtrature. Jean Juvenel des Urſins Chevalier Baron de Trainel, Conſeiller du Roi, pourvu de charges conſiderables, fut toujours attaché au
1. Roi Charles VII. Il mourut l'an 1431. Il eſt [1] repreſenté en relief ſur ſon tombeau à genoux, dans la Chapelle de ſaint Remi à Notre-Dame de Paris. M. de Gagnieres l'a fait deſſiner debout, tel que nous le donnons ici. Il eſt revêtu de ſon blaſon bandé d argent & de gueules de ſix pieces, au chef d'argent, chargé d'une roſe de gueules.

Namnetenſium, coronatus, ut hic conſpicitur: thorax inſignia ipſius præ ſe fert.


Margarita Britannica, prima uxor Franciſci II. filia Franciſci I. Britanniæ Ducis & Elizabethæ Stuariæ. In vitreis feneſtris viſitur Franciſcanorum Namnetenſium, ut illam hic proferimus. Filium ipſa peperit, qui breviſſimo tempore vixit. Ipſa vero anno 1469. mortua eſt.

Franciſcus etiam Secundus viſitur in magnifico ſepulcro ſuo in medio Chori Carmelitarum Fratrum Namnetenſium. Coronam ille geſtat liliis ornatam, Regiis Francicis coronis ſimilem. Pallio grandi amicitur, Ordiniſque Velleris aurei inſigne geſtat. Torquem ſancti Michaelis obtulit ipſi Rex Ludovicus, cum Ordinem illum inſtituit; ſed noluit Franciſcus Equitum ejus numero adſcribi. Juxta illum ſepulta repræſentatur ſecunda ejus uxor Margarita filia Gaſtonis hujus nominis IV. Comitis Fuxenſis, & Eleonoris Navarræ, quæ nupſit illi anno 1471. & mortua eſt anno 1487. materque fuit Annæ Britanniæ Duciſſæ, quæ duorum Franciæ Regum uxor Britanniam coronæ Franciceæ junxit. Margarita hic coronam geſtat viri ſui coronæ ſimilem.

Joannes II. Vicecomes Rohani Comes Porhoeti anno 1461. uxorem duxit Mariam filiam Franciſci I. Britanniæ Ducis & Elizabetæ Scoticæ. Viſitur autem in vitreis feneſtris Franciſcanorum Namnetenſium. Veſtis ejus rubra novem *maclis* aureis inſignita: tres nempe Ordines ſunt, ſinguli *maclas* tres habent. Maria Britannica uxor ejus in eiſdem vitreis feneſtris prope virum ſuum conſpicitur. Tunicæ thorax cæruleus eſt, *ſurcotium* ſeu ſuperpoſitus pannus ex muris Pontici pellibus concinnatus eſt. Tunica inferior Rohani inſignia Britannicis adjuncta præ ſe fert.

Joannes Juvenellus de Urſinis, ejus uxor & filii totam ſequentem tabulam occupant. Ex filiis ejus tres præcipua munia in Regno & in Magiſtratu obtinuere. Joannes Juvenellus de Urſinis Eques, Trianguli ſeu Trainelli Baro, Regi a conſiliis, ad officia evectus inſignia, Regi Carolo VII. ſemper hæſit, mortuuſque eſt anno 1431. In ſepulcro flexis genibus viſitur in Capella ſancti Remigii Eccleſiæ Cathedralis B. Mariæ Pariſienſis. Gagnerius vero ipſum ſtantem delineari curavit, qualis in tabula noſtra conſpicitur. Inſignibus ille ſuis veſtitur, quæ ſunt tres tranſverſæ tæniæ alternatim argenteæ & rubræ. Scuti caput argenteum eſt cum roſa rubra.

Guillaume




François II. Duc de Bretagne et ses deux femmes.
1
2
4
Vicomte de
5


LXVI. Planche du Tom. III.
p. a 352.
3
an.
Anne de Bretagne
6

Guillaume Juvenel des Urſins ſon fils qui ſuit, fut fait Chancelier de France en 1445. Il fut deſtitué en 1461. & rétabli en 1465. Il mourut le 23. Juin 1472. Nous [2] le donnons ici tel qu'il ſe trouve dans les portefeuilles de M. de Gagnieres. Il eſt repreſenté priant Dieu les mains jointes, aiant un livre ouvert devant lui. Il porte une eſcarcelle à ſa ceinture à la maniere de ces tems-là. On le voit encore gravé ſur ſa tombe [3] dans une chapelle de Notre-Dame de Paris. Il a à ſes pieds un mortier & une layette chargée de fleurs de lis, dans laquelle étoient apparemment les ſeaux du Roi. 2. 3.

Le tableau d'en bas nous montre Jean Juvenel des Urſins avec ſa femme & ſes enfans au nombre d'onze. Il eſt deſſiné d'après une peinture de la même chapelle.

Ils y ſont repreſentez le pere & la mere, & onze fils ou filles rangez ſelon leur âge & leur naiſſance, avec des inſcriptions au deſſous de chacun qui indiquent leur nom & leur état. Le pere eſt [4] à genoux l'épée au côté, revêtu de ſon blaſon, aiant un livre ouvert devant lui d'un côté, & ſon caſque de l'autre. 4.
Sa femme [5] eſt auſſi à genoux derriere lui, vêtue en Religieuſe. L'inſcription 5.
ſous les deux eſt telle. » Ce ſont les repreſentations de Nobles perſonnes Meſſire Jehan Juvenel des Urſſins Chevalier & Baron de Trainel, Conſeiller du » Roy, & de Dame Michelle de Vitri ſa femme, & de leurs enfans. Urſins dans ces inſcriptions eſt toujours écrit par deux ſſ au milieu, Urſſins.

Le premier des enfans eſt un Evêque [6] croſſé, mitré & en chappe. Son inſcription eſt, » Reverend pere en Dieu Meſſire Jean Juvenel des Urſſins Docteur » en Loys & en Decret, en ſon temps Eveſque & Comte de Beauvais, de- » puis Eveſque & Duc de Laon, * Per de France, Conſeiller du Roy. Il fut depuis Archevêque de Rheims par la reſignation de Jaques ſon frere Archevêque de la même ville. Cette reſignation fut confirmée à Rome. Ce Jaques comme le plus jeune des enfans, eſt ici le dernier de la bande. 6.

Puis vient une Dame [7] vêtue en Religieuſe à peu près comme ſa mere. On lit ſous elle, » Jeanne Juvenel des Urſſins, qui fut conjointe par mariage avec » noble homme Maiſtre * Nichola Brulart Conſeiller du Roy. 7.

Le ſuivant [8] eſt un homme d'épée revêtu de ſon blaſon : on lit au deſſous : 8.

Guillelmus Juvenellus de Urſinis filius ejus, qui Franciæ Cancellarius creatus fuit anno 1445. deſtitutus poſtea anno 1461. reſtitutus fuit anno 1465. obiitque 23. Junii anno 1472. Hic profertur qualis habetur in manuſcriptis D. de Gagneriis, genibus flexis & precans, manibus junctis librum ante ſe apertum habens. Marſupium ad zonam geſtat iſtius ævi more; etiamque in tumulo ſuo inſculptus viſitur in quadam Capella B. Mariæ Pariſienſis; ad pedes habet ſenatorium pileum & arculam lilii floribus ornatam, quæ arcula ſigilla regia complecti putatur.

Quæ infra conſpicitur oblonga tabella Joannem Juvenellum de Urſinis, uxorem ejus, & undecim filios exhibet; qui delineati omnes fuere ad fidem tabulæ depictæ, quæ in eadem Capella habetur.

Repræſentantur porro omnes, pater, mater & undecim filii aut filiæ, ſecundum ætatis & ortus ſui ordinem cum inſcriptionibus ſub unoquoque, queis & nomen & ſtatus ſingulorum indicatur. Pater genibus flexis eſt, gladio præcinctus & inſignibus ſuis veſtitus, ex altera parte librum ante ſe apertum habens, ex altera vero galeam. Uxor quoque ejus pone illum genibus flexis eſt, Monialium induta ritu. Sub ambobus legitur inſcriptio hujuſmodi. » Hic repræſentantur » nobiles D. Joannes Juvenellus de Urſinis Eques & » baro de Trainello Regi a conſiliis, & D. Michaela » de Vitriaco uxor ejus & filii eorum. *Urſſinis* ſic cum » duplici *ſſ* ſemper legitur in his inſcriptionibus.

Filius primogenitus, Epiſcopus eſt, baculum tenens paſtoralem, mitram geſtans & cappa indutus. Inſcriptio autem talis eſt. » Reverendus in Deo pater » Dominus Joannes Juvenellus de Urſinis, Doctor in » Legibus & in Decreto, ſuo tempore Epiſcopus & » Comes Bellovacenſis, Par Franciæ, Regi a conſiliis. Deinde vero Archiepiſcopus Rhemenſis fuit, reſignante ſibi Archiepiſcopatum Jacobo fratre ſuo, ejuſdem civitatis Archiepiſcopo : quæ reſignatio a Summo Pontifice confirmata eſt. Iſte Jacobus omnium natu poſtremus eſt : ideo hic ultimus locatur.

Sequitur poſtea nobilis femina, quæ perinde atque mater ſua, Monialium veſte induitur. Hæc porro de illa leguntur : » Joanna Juvenella de Urſinis, quæ » connubio juncta fuit cum nobili viro Magiſtro Ni- » colao Brulartio, Regi a conſiliis.

Poſt hanc viſitur alius, gladium geſtans inſignibuſque indutus ſuis. Inſcriptio hujus ſic habet : » Do-

» Messire Loys Juvenel des Ursins, Chevalier, Conseiller & Chambellan du » Roy, & Bailly de Troyes.

Puis viennent deux Dames vêtues de même; la premiere a cette inscription:
9. » [9] Dame Jehanne Juvenel des Urssins, qui fu conjointe par mariage avecque
10. » Pierre de Chailli. La seconde: » Damoiselle [10] Eude Juvenel des Urssins qui » fut conjointe par mariage a Denis des Mares Escuyer, Seigneur de Doue.

11. Celui qui suit est [11] Denis Juvenel des Urssins Escuyer, Eschanson de Monseigneur Loys, Delphin de Viennois & Duc de Guienne.

12. La Religieuse qui suit [12] a cette inscription, » Seur Marie Juvenel des Urssins » Religieuse a Poissy.

Après vient le Chancelier que nous avons déja vu representé deux fois. Il est
13. revêtu [13] de son blason, à genoux sur un oratoire, aiant un livre ouvert devant lui, auprès duquel est un casque. L'inscription est: » Messire Guillaume Juvenel » des Urssins, Seigneur & Baron de Trainel, en son tems Conseiller du Roy, » Bailly de Sens, depuis Chancelier de France.

14. Le suivant est [14] Pierre Juvenel des Urssins Escuyer.

15. Le penultiéme, Michel [15] Juvenel des Urssins Escuyer & Seigneur de la Chappelle en Brye.

Le dernier de tous étoit Archevêque de Rheims, & se voit ici crossé, mitré & en chappe. L'inscription est telle: » Tres Reverend Pere en Dieu Messire
16. » Jacques Juvenel [16] des Urssins, Archevesque & Duc de Reins, premier * Per » de France, Conseiller du Roy, & President en la Chambre des Comptes.

PL. LXVIII. La planche qui vient ensuite avoit déja été gravée depuis peu d'années *d'après une miniature qui est dans le manuscrit original de P. le Baud, conservé par M. de Piré-Rosnyvinen*, comme il est porté sur la planche même, où l'on ajoûte l'explication suivante.

» Pierre le Baud Chanoine de la Madeleine de Vitré, Chantre de St Tugual » de Laval, & Aumosnier de Gui XV. de Laval, depuis nommé à l'Eveché de » Rennes, presente sa premiere histoire de Bretagne à Jean de Châteaugiron » Seigneur de Derval, mari d'Helene de Laval, frere de Gillette & de Marguerite de Châteaugiron; la premiere, femme de Jean Raguenel, Baron de Malestroit, mere de Françoise Dame de Rieux, & de Jeanne femme de T. du

---

» minus Ludovicus Juvenellus de Ursinis, Eques, » Regi a consiliis & ipsius Cambellanus, Balliviusque Trecarum.

Quæ deinde sequuntur duæ nobiles feminæ pari sunt cultu & vestitu. Prioris inscriptio est: » Domina » Joanna Juvenella de Ursinis, quæ connubio juncta » fuit cum Petro de Calliaco. Secundæ inscriptio est, » Domina Odina Juvenella de Ursinis, quæ uxor fuit » Dionysii de Marestis, Scutiferi, Doveæ Toparchæ.

Deinde Dionysius Juvenellus de Ursinis Scutifer: » Pocillator Domini mei Ludovici Delphini Viennensis & Ducis Aquitaniæ.

Monialis sequens hac inscriptione signatur: » Soror Maria Juvenella de Ursinis Monialis Pissiacensis.

Postea sequitur Cancellarius, cujus schemata duo jam vidimus. Insignibus vestitus suis genibusque flexis in oratorio librum ante se apertum habet, & galeam juxta positam. Inscriptio est: » Dominus Guillelmus Juvenellus de Ursinis, Toparcha & Baro Trainelli, suo tempore Regi a consiliis, Ballivius Senonensis & postea Cancellarius Franciæ.


Occurrit deinde » Petrus Juvenellus de Ursinis Scutifer.


Penultimus est » Michael Juvenellus de Ursinis Scutifer & Dominus Capellæ in Bria.


Postremus omnium erat Archiepiscopus Rhemensis & hic cum pedo pastorali comparet, mitram gestans & cappam. Inscriptio est: » Reverendissimus in » Deo pater Dominus Jacobus Juvenellus de Ursinis, » Archiepiscopus & Dux Rhemensis, Primus Par Franciæ, Regi a consiliis, & in Camera Computorum » Præses.

Tabula sequens a paucis annis in ære incisa & in publicum emissa fuit, *excepta ex depicta imagine, quæ est in Manuscripto Codice autographo Petri le Baud, qui servatur apud Dominum de Pire-Rosnyvinen*, ut in tabula incisa scribitur, ubi etiam sequens explicatio exaratur.

» Petrus le Baud Canonicus in Ecclesia Magdalenæ Vitreiensis, Cantor sancti Tudgualis Lavalliensis & » Eleemosynarius Guidonis XV. de Lavallio, qui » postea in Episcopum Rhedonensem cooptatus est, » primam suam Britanniæ historiam offert Joanni de » Castro-Gironis, Dervallii Toparchæ, marito Helenæ Lavalliæ, fratri Ægidiæ & Margaritæ de Castro-Gironis, quarum prior uxor fuit Joannis Raguenelli, Baronis Mali-structi, mater Franciscæ Dominæ » Ruesii & Joannæ uxoris T. de Castello. Secunda




LA MAISON DES JUV
1
2
4
5
6
7
8


NEL DES URSINS.
LXVII. Planche du Tome III.
pag. 359.
3
9
10
11
12
13
14
15
16



[illegible] depuis nommé à l'Evêche de Rennes presente sa premiere Histoire de Bretagne à Jean de Chateaugiron seigneur de Derval [illegible] d'Helene de Laval [illegible] et de Marguerite de Chateaugiron la premiere femme de Jean [illegible] mere de Françoise Dame de Rieux et de Jeanne femme de [illegible] du Chastel, la seconde femme [illegible] de Jean [illegible] le dit Pierre le Baud fils de [illegible] le Baud chevalier seigneur de [illegible] de Chasteaugiron fille naturelle de Pierre oncle du dit Jean de Chasteaugiron [illegible] Jean n'eut [illegible] mourut l'an 148[illegible]

T. III. [illegible]

» Chastel : la seconde, femme en premieres noces de Gui de Molac ; en secondes noces de Jean Blocet. Ledit Pierre le Baud fils de Messire P. le Baud Chevalier, Seigneur de S[t] Ouen, & de Jeanne de Chasteaugiron, fille naturelle de Patri oncle dudit Jean de Chasteaugiron ; lequel Jean n'eut qu'un fils naturel, George de Derval, & mourut l'an 1482.

Pierre le Baud un genou à terre, presente à Jean de Chasteaugiron assis son livre de l'histoire de Bretagne couvert d'hermines. Jean de Chasteaugiron assis est en robe longue & porte un bonnet noir. Il paroît avoir à son cou les marques d'un Ordre que je ne distingue pas bien. Il y a auprès de lui cinq hommes & autant de Dames, qui portent cet ornement de tête de figure conique & fort long ; ornement qui avoit été en usage pendant long-tems, & qui ne s'observe gueres après le regne de Louis XI.

Au bas de la planche & sur les bords du marchepied de la chaise on voit ces mots SANS PLUS repetez plusieurs fois ; c'est une devise, qui peut avoir plusieurs sens. Les devises étoient fort en regne en ces tems-là, sur-tout parmi les gens de qualité : chacun s'en faisoit à sa maniere.

Antoine de Chabannes Comte de Dammartin qui commence la planche [1] suivante, servit utilement l'Etat dans les guerres contre les Anglois du tems de Charles VII. Il avoit la reputation d'être avide du bien d'autrui, & de s'enrichir de pillage dans les guerres. Le Roi Louis XI. le fit mettre en prison au commencement de son regne. Il s'échappa, & fut remis depuis en grace & commanda quelquefois des armées. Il mourut l'an 1488. On le voit ici tel qu'il est sur son tombeau dans l'Eglise de S. Pierre de Dammartin. Il a le collier de l'Ordre de S. Michel. PL. LXIX. 1.

Bertrand de Beauvau Chevalier, Baron de Precigni, Sillé-Guillaume & Briançon, Conseiller & Chambellan du Roi, President de ses Comptes, & Conservateur de son Domaine, Conseiller, Chambellan, & Grand-Maître d'Hôtel de René Duc d'Anjou Roi de Sicile & Capitaine du Château d'Angers, mourut le 30. Septembre 1474. Il est [2] representé en relief sur son tombeau de cuivre au milieu du chœur des Augustins d'Angers, tel que nous le donnons ici. On le trouve ci-dessus parmi les Chevaliers de l'Ordre du Croissant, fondé par le Roi René. 2.

Jeanne de la Tour sa premiere femme [3] est gravée en cuivre à côté de son mari. 3.

» vero uxor fuit primo Guidonis de Molaco ; secundo Joannis Blocetti. Is ipse Petrus le Baud filius fuit D. Petri le Baud, Equitis, Domini sancti Audoeni, & Joannæ de Castro-Gironis, filiæ spuriæ Patrii avunculi supradicti Joannis de Castro-Gironis, qui Joannes filium unicum nothum habuit Georgium de Dervallio, & obiit anno 1482.

Petrus le Baud genuflectens librum suum Britanniæ historiam complectentem, muris Pontici pellibus opertum offert Joanni de Castro Gironis, qui sedens veste talari induitur, pileumque nigrum capite gestat. In collo habere videtur insigne Ordinis militaris cujusdam, quem vix internoscere possis. Juxta illum comparent quinque viri, totidemque mulieres, ornatum illum capitis gestantes, oblongum & in conum desinentem, qui in usu diu fuerat, & post Ludovici XI. obitum vix ultra comparet.

In ima tabula & ad oram suppedanei cathedræ hæc leguntur verba *Sans plus*; id est *non plus*, quæ pluries repetuntur. Est autem symbolicum dictum, quod diverse possis interpretari. Illis utique temporibus symbolica dicta hujusmodi in usu frequenti erant, maximeque apud proceres : quisque arbitrio suo dictum sibi symbolicum adoptabat.

Antonius de Cabannis Comes Domni-Martini, qui in tabula sequenti primus comparet, in bello contra Anglos strenue pugnavit regnante Carolo VII. Rumor autem erat illum aliena appetere bona, & prædæ sibi parandæ in bellis advigilare. Ludovicus XI. ineunte regno suo illum in carcerem trudi jussit. Furtim ille dilapsus est, & postea in Regis gratiam reductus, exercituum ejus aliquando dux fuit. Obiit porro anno 1488. Hic delineatus adest, qualis in sepulcro suo visitur in Ecclesia sancti Petri Domni - Martini. Torquem ille Ordinis sancti Michaelis gestat.

Bertrandus de Beauvau, Eques, Baro de Preciniaco, Sille-Guillelmo & Brigantio, Regi a consiliis & Cambellanus ejus, Præses Computorum & Conservator Dominii Regii, a consiliis item, Cambellanus & magnus Magister domus apud Renatum Andegavensem Ducem & Regem Siciliæ, Castelli Angeriacensis Præfectus, obiit 30. Septembris anno 1474. Prominente autem corporis figura repræsentatur in sepulcro æneo in medio chori Augustinianorum Andegavensium, illa quam hic proferimus forma. Occurrit vero supra memoratus inter Equites Ordinis Crescentis Lunæ a Renato Rege fundati.

Joanna de Turre prima ejus uxor juxta virum suum

Sa juppe eſt blaſonnée de Beauvau & de ſes propres armes. Elle mourut l'an 1435.

Jaques de Villiers Seigneur Chaſtellain de l'Iſle Adam, & Nogent ſur Oiſe,
Conſeiller & Chambellan du Roi, Prevôt de Paris, mourut le 15. Avril l'an
4. 1471. Il eſt repreſenté [4] tel qu'on le voit ici, dans l'Egliſe de l'Abbayie du Val
ſur ſon tombeau de pierre, revêtu de ſon blaſon, d'or au chef d'azur, chargé
5. d'un dextro-chere revêtu d'hermines. Jeanne de [5] Neelle ſa femme eſt repre-
ſentée ſur ſon tombeau auprès de ſon mari. Elle mourut le 6 Decembre l'an
1465. Elle porte ſur ſa juppe le blaſon de ſon mari parti du ſien, qui eſt de
gueules ſemé de trefles d'or, aux deux bars addoſſez de même.

Gille de Fay Chevalier Seigneur de Richemont, de Farcourt & de Château-
rouge, Conſeiller & Chambellan du Roi, mourut le 13. Juin l'an 1485. Il eſt
6. repreſenté en relief ſur ſon [6] tombeau de pierre dans le chœur de l'Egliſe de
Cauvigny en Beauvoiſis. Ses armures ont été dorées : ſa cotte d'armes eſt blan-
che, ſemée de fleurs de lis de ſable. Ce ſont ſes armes.

7. Jeanne de Lanvin [7] ſa femme mourut au mois d'Août en 1480. Elle eſt
ſculptée en relief auprès de ſon mari ſur un tombeau de pierre, qui eſt dans
le chœur de l'Egliſe de Cauvigni en Beauvoiſis. Sa figure eſt colorée, ſon cor-
ſet eſt rouge, le ſurcot blanc, & ſa juppe partie des armes de ſon mari & des
ſiennes, qui ſont d'or à trois faſces de gueules.

Louis de Laval Seigneur de Chaſtillon en Vendelais, Grand-Maître des Eaux
& Forêts de France, fut ſucceſſivement Gouverneur de Dauphiné, de Gennes,
8. de Paris, de Champagne & de Brie, & mourut en 1489. Il eſt [8] peint en
miniature au premier feuillet d'un Traité des *Paſſages* faits outre mer par les
François, compoſé en 1472. par ordre du même Louis de Laval. Ce manuſcrit
in-folio eſt à la Bibliotheque du Roi, cotté n° 10025. Louis de Laval a le
collier de l'Ordre de S. Michel, & fut de la premiere creation.

Guillaume le May Capitaine de ſix-vingts Archers du Roi & de la ville de
Paris, Gouverneur des ſceaux du Roi, & Tailleur de la monnoie en la ville de
9. Rouen, mourut le 22. Janvier 1480. Il eſt [9] gravé ſur ſa tombe à S. Pierre des
Arcis, auprès de la porte du chœur. C'eſt apparemment la maniere dont les Ar-
chers alloient vêtus & armez ; mais ils avoient auſſi un pavois eſpece de bou-
clier, qui ne paroît pas ici.

---

in ære inciſa ac delineata conſpicitur. Veſtis ejus inſignia de Beauvau præ ſe fert cum ſuis conjuncta. Obiit autem anno 1454.

Jacobus de Villariis Dominus Caſtellanus Inſulæ-Adami & Novigenti ad Iſaram, Regi a conſiliis & Cambellanus ejus, Præpoſitus Pariſienſis, diem clauſit anno 1471. Viſitur autem, qua forma hic exhibetur, in Eccleſia Abbatiæ Vallis in ſepulcro ſuo lapideo, inſignibus veſtitus ſuis, nempe in campo aureo caput ſeu ſumma pars cærulea eſt, in qua brachium dextrum repræſentatur muris Pontici pellibus onuſtum. Joanna de Nigella ejus uxor in ſepulcro ſuo juxta virum ſuum exhibetur. Obiit autem 6. Decembris anno 1465. Inferior ejus veſtis inſignia præfert viri ſui, quibus adjunguntur ſua, nempe in campo rubro trifoliis aureis conſperſo duo barbi aurei obverſis dorſis.


Ægidius de Fayo Eques, Toparcha Ricomontis, Farecurtii & Caſtri-Rubri, a conſiliis & Cambellanus regius mortuus eſt decima tertia Junii anno 1485. Schema ejus prominens in ſepulcro ſuo lapideo comparet in choro Eccleſiæ Calviniacenſis in Bellovacenſi tractu, arma ejus deaurata fuere, thorax ejus albus eſt, conſperſus nigris liliis. Hæc ſunt inſignia ipſius.

Joanna de Lanuino uxor ejus obiit menſe Auguſto anno 1480. Sculpta autem fuit prominente figura juxta virum in ſepulcro lapideo, quod viſitur in Choro Eccleſiæ Calviniacenſis in Bellovacenſi tractu. Schema ejus coloribus tinctum eſt. Superior veſtis rubra *Surcotium* dicta, eſt ſuperpoſitus pannus albus. Inferior veſtis inſignia præ ſe fert viri ſui, queis adjunguntur ſua, nempe in campo aureo tres faſciæ rubræ.

Ludovicus Lavallius Toparcha Caſtellionis in Vindelenſi, Magnus Magiſter Aquarum & Silvarum in Francia, Præfectus Regius fuit in Delphinatu, inde Genuæ, poſtea Lutetiæ Pariſiorum, demum in Campania & Bria, mortuuſque eſt anno 1489. Minio depictus occurrit, ut hic conſpicitur in frontiſpicio libri tranſmarinarum expeditionum a Francis ſuſceptarum; quod opus juſſu ejuſdem Ludovici Lavallii factum eſt. Hic vero codex in Bibliotheca Regia eſt, n° 10029. Ludovicus Lavallius torquem Ordinis S. Michaelis geſtat, quem in prima ejus inſtitutione ſuſcepit.

Gulielmus Maius centum viginti ſagittariorum Regis & urbis Pariſienſis Præfectus, ſigillorum Regis Gubernator, Sciſſor Monetæ in urbe Rothomago, obiit 22. Januarii anno 1480. In lapide ſepulcrali inciſus delineatur in Eccleſia ſancti Petri de Arciſiis prope portam chori. Hoc, ut credere eſt, modo induti, armatique erant Sagittarii; ſed ſcuto etiam peculiaris formæ inſtructi erant, quod hic non comparet.

Fin du Troiſiéme Volume.




SEIGNEURS, DA
1
2
3
6
7


, OFFICIERS DU ROI. 4
5 LXIX Pl du Tom III pa. 356
8
9
Tom. III. ZZZ



TABLE DES MATIERES.

A

C

G

H

Peinture

Q

R





INDEX.

A

Artus,

B

C

G

H

N

O

P

Q

Reductio

R

S

T

FIN DES TABLES.

De l'Imprimerie de CLAUDE SIMON.

